terraſ quinquieſ circuiuit omnibuſq; amicaſ atq; cognatiſ ſuiſ imperiú diuiſit: reliquitq; hominibuſ legeſ moreſ frumentaq; parauit: multaq; alia bona fecit immortali gloria memoriaq; affectuſ ſempiterna monuméta ſuiſ reliquit etate perſumata in chreta uitam conſumauit & ad deoſ abiit. Eúq; cureteſ filii ſui decorauerunt curauerútq; eú. & ſepulchrú eiuſ eſt í chreta in oppido cnoſſo: & dicitur Veſta hanc urbem creauiſſe í quo ſepulchro eiuſ eſt inſcriptum átiquiſ literiſ grecaſ. ξεῦσ κρονον id eſt latine. Iupiter Saturni. Hoc certe nó poete tradunt ſed antiqrú literaꝝ ſcriptoreſ. que adeo uera ſunt ut ea ſibilliniſ uerſibuſ confirmentur qui ſunt taleſ. δαιμορεσ αψῦχονσ μεκῦωρ ειδωλα καμωρτωρ ωρ κριτι καυ χιμα ταφονσ ι δῖσμοροσ εξει. i. demóeſ iaieſ cadaueꝝ ſimulachra mortuoꝝ quoꝝ ſepulchra habet chreta male peritura. Cicero de natura deorum cum treſ Ioueſ a theologiſ nominari diceret: ait tertiú fuiſſe chretenſem Saturni filium cuiuſ in illa inſula ſepulchrú oſtenditur. Quomodo igitur poteſt deuſ alibi eſſe uiuuſ alibi mortuuſ alibi habere templum alibi ſepulchrum. Sciant ergo romái capitoliú ſuum id eſt ſummú caput religionú ſuarum publicarum nihil eſſe aliud q̄ inane monumentú. Veniamuſ nunc ad eiuſ patrem qui áte regnauit & q fortaſſe pluſ hébat in ſe q̄ ex coitu tantorum elementorum genituſ eſſe dicatur. Videamuſ quid í eo fuerit deo dignum. In primiſ illud quod aureum ſeculum narratur habuiſſe: ꝙ iuſtitia ſub eo fuerit in terra. Teneo aliquid in eo quod í eiuſ filio non fuit. Quid.n. tam conueniens deo q̄ iuſtú regimen ac piú ſeculum. Sed cum eadem ratione natum eſſe cogito: non poſſum putare deum ſummú ꝙ uideam eſſe aliquid antiquiuſ celum atq; terram. At ego deum quero ultra qué nihil eſt omíno: qui fonſ & origo ſit rerum. Hic ſit neceſſe eſt qui celum ipſum condidit terráq; fundauit. Saturnuſ autem ſi ex hiſ natuſ eſt ut putatur qué/admodum poteſt eſſe deuſ principaliſ qui aliſ ortú ſuú debet. Aut quiſ prefuit mundo: anteq̄ Saturnuſ gigneretur. Sed hoc poeticum eſt ut dicebam ante figmétú. nec enim fieri poterat ut elementa inſenſibilia tantoq; interuallo ſeparata in unum coirent ac filiú ꝓcrearent aut iſ qui natuſ eſſet nó potétiſſimú genitoribuſ ſimiliſ exiſteret: ſed eá formá gereret quá paréteſ ſui non habebant. Queramuſ ergo qd ueritatiſ ſub hac figura

2008 Ministerio de Cultura

lateat. Minutiuſ felix in eo libro qui octauuſ inſcribitur ſic
argumentatuſ eſt. Saturnū cum fugatuſ eſſet a filio ī italiāq;
uēiſſet celi filium dictū ꝙ ſoleamuſ eoſ quoꝝ uirtutē miremur
ad eoſ qui repentine aduenerint de celo cecidiſſe dicere: terre
autem ꝙ ignotiſ parentibuſ natoſ filioſ nominemuſ. Sunt hec
quidē ſimilia ueri nō tamen uera quia conſtat & tūc regnaret
ita eſſe habitum. Potuit & ſic argumentari. Saturnum cū po/
tentiſſimuſ Rex eſſet ad retinendam parentum ſuoꝝ mēoriā
nomina eoꝝ celo terreq; indidiſſe cū hec priuſ aliiſ uocabuliſ
appellarentur qua ratōne & montibuſ & fluminibuſ noīa ſūt
impoſita. Neq; enim cum dicunt poete de progenie Athlātiſ
aut Inachi fluminiſ id potiſſimum dicunt homineſ ex rebuſ
ſenſu carentibuſ potuiſſe generari: ſed eoſ utiq; ſignificant qui
nati ſūt ex hiſ hominibuſ q̨ uel uiui uel mortui noīa mōtibuſ
aut fluminibuſ īdiderūt. Nam id apud ueteres maxīe grecoſq;
uſitatum fuit ſic maria eorum traxiſſe nomina accipimuſ qui
deciderant in ea ut Egeum Icarum helleſpontum et in latio
Auentinuſ uocabulū mōti dedit ī quo ſepultuſ eſt. Tiberinuſ
uel tibriſ amni quo merſuſ eſt. Non ergo mirandum ſi nomīa
eorum celo terreq; attributa eſſent. qui regeſ generant poten/
tiſſimoſ. Apparet ergo non ex celo natū eſſe qđ fieri nō pōt
ſed ex hoc hoīe cui nomē Urano fuit qđ eſſe ueꝝ Triſmegiſtuſ
auctor eſt. qui cum diceret admodum paucoſ extitiſſe in qbuſ
eſſet perfecta doctrina in hiſ Uranū Saturnum Mercurium
nominauit. Nec ille quia ignorauit alio traduxit hiſtoriam
qui quomodo potuerit argumentari oſtendi: nūc dicā quomō:
ubi: a quo ſit hoc dictum. Non enim Saturnuſ hoc ſed Iupiter
fecit in ſacra hiſtoria ſic Enniuſ tradit. Deinde Paneū deducit
in montem qui uocat̄ celi ſtella. Poſtq̄ eo aſcendit cōtēplatuſ
eſt late terraſ: ibiq; in eo monte aram eream celo primuſq; in
ea ara Iupiter ſacrificauit. in eo loco ſuſpexit in celum quod
nunc noſ nominamuſ: idq; quod ſupra mundū erat qđ ether
uocabatur de ſui aui nomine celo nomē indidit. Idq; Iupiter
qđ ether uocatur placāſ primuſ celum noīauit: terreq; hoſtiā
quam ibi ſacrauit totam adoleuit. Nec hiſ tantum ſacrificaſſe
Iupiter inuenitur. Ceſar quoq; in aratro refert Agloaſtenem
dicere Iouem: cum ex inſula naxo aduerſuſ titanaſ ꝓficiſceret̄
& ſacrifitium faceret in littore: aquilā ei in auſpitiū aduolaſſe

2008 Ministerio de Cultura

quã uictor bono omine acceptã tutele ſue ſubiugarit. Sacra uero hiſtoria & ante conſediſſe illi aquilam in capite atq; ei regnum portendiſſe teſtat̃. Cui ergo ſacrificare Iupiter potuit niſi celo quẽ dicit Eubemeruſ in occeania mortuũ & ĩ oppido alaria ſepultum.

Capitulum. xii. Quomodo ſtoici figmenta poetarum ad philoſophicam tranſferant rationem.

QVoniã reuelauimuſ miſteria poetaꝝ & Saturni parẽteſ inuẽimuſ ad uirtuteſ eiuſ & facta redeãuſ. Iuſtuſ ĩ regno fuit. primũ ex hoc ipſo iam deuſ nõ eſt qui fuit. Deniq; quod ne iuſtuſ quidem fuit: ſed impiuſ nõ modo in filioſ quoſ necauit uerum etiam in patrẽ cui dicit̃ abſcidiſſe genitalia qđ forſitan uere acciderit. Sed homineſ reſpectu elementi quod dicit̃ celũ totam fabulam explodũt tanq̃ ineptiſſime fictam. quã tamẽ ſtoici ut ſolent ad ratiõem phiſicam conant̃ traducere quoꝝ ſententiam Cicero de natura deorum diſſerenſ poſuit. Celeſtẽ inquit altiſſimam ethereamq; naturam. id eſt igneã que ꝑ ſeſe oĩa gigneret uocare uoluerunt ea parte corporiſ que cõiũctiõe alteriuſ non egeret ad procreandum que ratio ĩ Veſtã potuit conuenire ſi maſ diceretur. Idcirco enĩ uirginem putãt Veſtã quia igniſ inuiolabile ſit elementum nihilq; naſci poſſe ex eo quippe qui omnia que corripiunt aſſumat. Ouidiuſ in faſtiſ Nec tu aliud Veſtam q̃ uiuam ĩtellige flammam. Nataq; de flãma corpora nulla uideſ. Iure igit̃ uirgo ẽ que ſemĩa nulla remittit: nec capit: & comiteſ uirginitatiſ amat. Vulcanoq; id potuit aſcribi qui quidem putatur igniſ & tamen poete eũ nõ abſciderunt. Potuit & ſoli ĩ quo ẽ natura & cauſa gignentiũ: nam ſine ſoliſ igneo calore neq; naſci quicq̃ neq; augeri poteſt ut nulli alii elemento magiſ opuſ ſit gẽitalibuſ q̃ calori: cuiuſ fetu concipiuntur: naſcuntur: ſuſtentantur omnia. Poſtremo etiam ſi ita ſit ut uolũt qui magiſ abſciſum celo putemuſ q̃ oĩo ſine genitalibuſ natum. Nã ſi per ſe gignit nõ indigebat utiq; gẽitalibuſ cum Saturnũ ipſum procrearet. Si uero habuit et a filio abſciſa ſunt: ortuſ rerũ & natura omniſ interiſſet. Quid ꝗ ipſi Saturno nõ diuinum modo ſenſum: ſed humanũ quoq; adimunt cum affirmant eſſe eum Saturnum qui curſum & cõ/uerſionem ſpatiorum ac temporum contiet. Eũq; grece idipm

2008 Ministerio de Cultura

nomen habere. κρωρον enim dicitur qui eſt idem q̄d ſpatium temporiſ: Saturnuſ enim eſt appellatuſ q̄ ſaturet̃ anniſ. Hec Ciceroniſ uerba ſunt exponentiſ ſententiā ſtoicoꝝ que q̃uera ſit cuiuſuiſ intelligere promptiſſimū eſt. Si enim Saturnuſ celi eſt filiuſ quomodo potuit aut tempuſ e celo gigni aut celum a tempore abſcidi aut poſtea tēpuſ imperio ſpoliari a filio Ioue Aut quomodo Iupiter natuſ eſt ex tempore: aut quibuſ āniſ ſaturari eternitaſ cui nulluſ eſt finiſ.

## Capitulum. xiii. Quomodo poete & hiſtorici euacuiāt ſtoicorum traditionem de Ioue & Saturno & aliiſ diiſ.

SI ergo uane ſunt iſte rationeſ philoſophorum q̄d ſupeſt niſi ut uere factum eſſe credamuſ. id eſt. hoīem ab hoīe abſciſum: niſi forte aliquiſ exiſtimet dictum fuiſſe qui timuit coheredem: cū ſi quid diuinitatiſ habuiſſet non patriſ gēitalia debuerit amputare: ſed propria ne Iupiter naſceretur qui eū regni poſſeſſiōe priuauit. Idem ſororem ſuam Rheam quam latine Opem dicimuſ cum haberet uxorem. Reſpōſo uetituſ ē dicit̃ mareſ liberoſ educare q̄d futuruſ eſſet ut a filio pelleret̃ quā rem metuenſ natoſ ſibi filioſ non utiq; deuorabat ut ferūt fabule: ſed necabat: q̄q̄ ſcriptum ſit in hiſtoria ſacra Saturnum & Opem ceteroſq; tunc homineſ humanam carnem ſolituſ beſitare. Verum primū Iouem legeſ hominibuſ moreſq; cōdentē edicto prohibuiſſe ne liceret eo cibo ueſci: quod ſi uerum eſt que pōt in eo fuiſſe iuſtitia. Sed fictū ſane putemuſ Saturnū filioſ deuoraſſe modo cum aliqua ratione. Nunc idcirco quod ait uulguſ comediſſe filioſ eū qui extulerit ſepultureq; mandauerit. Opſ autem cum Iouem peperiſſet ſubtraxit infātem eumq; nutriendum furtim miſit in chretā. Rurſū in prudētiā reprehendam neceſſe eſt. Cur enim reſponſum ab alio accepit potiuſ? Cur in celo conſtitutuſ in terra non uidebatur? Cur eū coribanteſ cymbaliſ fefellerunt? Poſtremo cur extitit aliqua uiſ potentior aut maior que illiuſ uinceret poteſtatē. Nimirū ſenex a iuuene facile uictuſ eſt ac ſpoliatuſ imperio: fugit igit̃ expulſuſ & in italiā nauigio uenit cū erraſſet diu ſic Ouidiuſ in faſtorum libriſ refert. Cauſa ratiſ ſupereſt tuſcum rate uenit ad amnem: ante perrato falſiter orbe deuſ. Hūc errantē atq;

2008 Ministerio de Cultura

inopem Ianuſ excepit cuiuſ rei argumēta ſunt numi ueteres in quibuſ eſt cum duplici fronte Ianuſ. Et ĩ altera parte nauiſ: ſic idem poeta ſubiecit. At bona poſteritaſ puppim formauit in ere. hoſpitiſ aduentum teſtificata dei. Omneſ ergo nõ tãtũ poete: ſed hiſtoriarum quoq; ac rerum antiquarum ſcriptoreſ hominem fuiſſe conſentiunt: qui reſ eiuſ ĩ italia geſtaſ mẽorie ꝑdiderũt. Greci Diodoruſ & Thalluſ: latini Nepoſ & Caſſiuſ & Varro: nam cum agreſti quodam more in italia uiueretur: iſ genuſ ĩdocile ac diſperſum montibuſ altiſ compoſuit legeſq; dedit: latiumq; uocari maluit hiſ quoniã tutuſ latuiſſet ĩ oriſ. Cenſet ne aliquiſ deũ eſſe qui pulſuſ eſt: qui fugit: qui latuit? Nemo tam ſtultuſ eſt qui eñ fugit aut latet & uim & mortẽ timeat neceſſe ẽ. Orpheuſ quia temporibuſ eiuſ recentior fuit aperte Saturnũ in terra & apud hoĩeſ regnaſſe cõmemorat. πρωτΐστοσ μεν αναξεν επϊχθονΐον κρονοσ ανδρωνεκ δε κρονον γενεταναξ μεγασ ευρϋοπα ξενσ id eſt. primuſ q̃dam regnauit terreſtriũ Saturnuſ uirorũ. Ex Saturno autẽ gene/ rat̃ ipſe Rex magnuſ latuſ uiſibuſ Iupiter. Itẽ noſter Maro. Aureuſ hãc uitã ĩ terriſ Saturnuſ agebat. Et alio loco. Aurea que perhibent illo ſub rege fuere. Secula ſic placida populoſ in pace regebat. Neq; ſuperiuſ dixit in celo egiſſe uitam: neq; inferiſ ſuperoſ ĩ pace rexiſſe. Vnde apparet illum regem fuiſſe terrenũ quod alibi apertiuſ declarat. Aurea condet ſecula que rurſuſ latio regnata per arua Saturno quondam. Enniuſ q̃ dẽ in Euhemero non primũ dicit regnaſſe Saturnũ: ſed Vranũ patrem. Initio inquit primuſ in terriſ imperium ſummũ Celuſ habuit id regnum una cum fratribuſ ſuiſ inſtituit atq; ꝑauit. Non magna diſſentio: ſi quidem maximorum auctorum de filio patreq; dubitatio eſt ſed tamen utrunq; fieri poteſt: ut & ꝓmuſ Vranuſ eminere ĩter ceteroſ potẽtia ceperit & ꝓncipatũ habere nõ regnum: poſtea Saturnuſ maioreſ ſibi opeſ cõpauit ac regium nomen aſciuerit.

Capitu. xiiii. Quid inde Enniuſ doceat ĩ ſacra hiſtoria.

Nunc quoniã ab hiſ que retulimuſ aliq̃ntũ ſacra hiſtoria diſſẽtit apiamuſ ea que ueriſ literiſ cõtinent̃ ne poetarũ ineptiaſ in accuſandiſ religionibuſ ſequi ac probare uideamur.

2008 Ministerio de Cultura

Hec enim uera ſunt. Exin Saturnuſ uxorem duxit Opem. Titan q maior natu erat poſtulat ut ipſe regnaret ubi Veſta mater eorum & ſororeſ Cereſ atq; Opſ ſuadent Saturno ut de regno non concedat fratri. Ibi Titan qui facile deterior eſſet q̃ Saturnuſ: idcirco & ꝗ iubebat matrē opā dare ut Saturnuſ regnaret: cōceſſit ei ut iſ regnaret. Ita ꝗ pactuſ ē cū Saturno uti ſi quid liberoꝝ uirilis ſexuſ ei natū eſſet ne quid educaret. id eiuſ rei cauſa fecit uti ad ſuoſ gnatoſ regnum rediret. Tum Saturno filiuſ qui primuſ natuſ eſt eum necauerunt. Deinde poſteriuſ nati ſunt gemini Iupiter atq; Iuno. Tunc Iunonē Saturno in cōſpectu dedere atq; Iouē clam abſcondūt. dātq; eum Veſte educandum celanteſ Saturno. Item Neptunū dū Saturno Opſ parit eumq; clanculū abſcondit ad eundē modū Tertio partu Opſ parit gemíoſ Plutonem & Glaucā. Pluto latine eſt Dieſpiter: alii Orcbum dicunt: ibi Glaucam filiam Saturno oſtendunt ac filium Plutonē celant atq; abſcōdūt. Deinde Glauca parua emoritur. Hec ubi ſcripta ſunt Iouiſ fratrum atq; eiuſ ſtirpſ aut cognatio in bunc modum nobiſ ex ſacra ſcriptione traditū eſt. Item paulo poſt bec refert. Deíde Titan poſtq̃ reſciuit Saturno filioſ ꝓcreatoſ atq; educatoſ eē clam ſeducit ſecum filioſ ſuoſ qui titani uocantur fratrēq; ſuū Saturnum. atq; Opem comprebendit: eoſq; muro circumegit & cuſtodiam biſ appōit. Hec biſtoria q̃uera ſit docet Sibilla eritbrea eadem fere dicenſ niſi ꝗ in paucíſ que ad rē nō ꝑtinent diſcrepat. Iupiter ergo liberatur ſummi ſceleriſ crimíe ꝗ pater uinxiſſe compedibuſ perbibet. Id enim Titan patruuſ fecit ꝗ ille cōtra pactionem iuſq; iurandū mareſ liberoſ ſuſtuliſſet. Reliqua biſtoria ſic contexitur: Iouē adultum cū audiuiſſet patrem atq; matrē cuſtodiiſ circūceptoſ atq; í uincula cōiectoſ ueniſſe cum magna crbetenſium multitudíe titanūq; ac filioſ eiuſ pugnando uiciſſe: parenteſ uinculiſ exemiſſe: patri regnū reddidiſſe: atq; ita in crbetā remeaſſe. Poſt bec deinde Saturno datam ſortē ut caueret ne filiuſ eū expelleret. Illum eleuāde ſortiſ atq; effugiendi periculi gratia inſidiatum Ioui ut eum necaret. Iouem cognitiſ inſidiiſ regnum ſibi denuo uendicaſſe ac fugaſſe Saturnum: qui cum iactatuſ eſſet per omneſ terraſ ꝑſequentibuſ armatiſ quoſ ad eum perſequendum uel necādū Iupiter miſerat. uix in italia locum in quo lateret inuenit.

2008 Ministerio de Cultura

## Capitulum.xv. Qua ratione hoíeſ dii ceperint noíari.

QVibuſ ex rebuſ cum conſtet illoſ homineſ fuiſſe non eſt obſcurum qua ratiõe dii ceperint nominari. Si ení nulli regeſ ante Saturnum uel Vranum fuerunt propter hominū raritatem qui agreſtem uitam ſine ullo rectore uiuebant nõ ẽ dubiū qn illiſ tpibuſ hoíeſ gregẽ ipm totamq; gentẽ ſūmiſ laudibuſ ac nouiſ honoribuſ tractare ceperunt ut etiam deoſ appellarẽt: ſiue ob miraculū uirtutiſ hoc uere putabãt rudeſ adhuc & ſimpliceſ ſiue ut ſolet in adulationẽ preſentiſ potẽtie ſiue ob benefitia quibuſ erant ad humanitatẽ cõpoſiti. Deíde ipſi regeſ cum cari fuiſſent hiſ quoꝝ uitã cõpoſuerant magnū ſui deſiderium mortuiſ reliquerunt. Itaq; homineſ eorū ſimu/lachra finxerunt ut haberent aliqđ ex imaginū cõtemplatiõe ſolatiū: progreſſiq; lõgiuſ per amorẽ meriti mẽoriã defūctorū colere ceperunt: ut gratiam referre benemeritiſ uiderentur: & ſucceſſoreſ eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem: quod Cicero de natura deorum docet dicenſ. Suſcepit autem uita hominū conſuetudoq; cõmuniſ: ut benefitiiſ excellenteſ uiroſ in celum fama ac uoluntate tolleret. Hinc Herculeſ: hic Caſtor: hinc Pollux: hinc Aeſculapiuſ: hic liber. Et alio loco atq; alio in pleriſq; ciuitatibuſ intelligi põt acuende uirtutiſ gratia: aut quo libentiuſ reipublice cauſa piculū adiret opti/muſ quiſq; uirorum fortiū memoriã honorandorū ímortaliū conſecratã. Hac ſcilicet ratione romãi Ceſareſ conſecrauerūt. & mauri ſuoſ regeſ. Sic paulatim religioneſ eſſe cepere: dum illi primi qui eoſ nouerãt eo ritu: eoſ liberoſ ac nepoteſ: deíde omneſ poſteroſ imbuerunt. Et hi tamen ſummi regeſ ob cele/britatẽ nominiſ in prouintiiſ omnibuſ colebant. Priuati uero ſinguli populi gentiſ aut urbiſ conditoreſ: ſeu uiri fortitudine inſigneſ erãt ſeu femine caſtitate mirabileſ ſumma ueneratiõe coluerūt: ut egiptuſ Iſidem: mauri Iubã: macedoneſ Cabyrim poeni Vranū: latini Fannū: ſabini Xanctū: romãi Quirinū. Eodem utiq; modo athene Mineruã: ſamoſ Iunonẽ: paphoſ Venerem: lemnoſ Vulcanū: naxoſ Liberū: Apollinẽ delphoſ. Sic per populoſ atq; regioneſ uaria ſacra ſuſcepta ſunt: dum grati hoíeſ eſſe in ſuoſ p̄ncipeſ cupiūt. Et quoſ alioſ honoreſ uita carentibuſ deferant inuenire nõ poſſūt. Preterea poetaſ

2008 Ministerio de Cultura

eorum qui ſucceſſerant plurimum contulit ad errorem qui ut
diuina ſtirpe nati uiderētur diuinoſ honoreſ parentibuſ detu/
lerunt: deferriq; iuſſerunt. An poteſt aliquiſ dubitare quomō
religioneſ deorum ſint īſtitute cū apud Maronē legat Enee
uerba ſotiuſ imperantiſ. Nunc pateraſ libate Ioui precibuſq;
uocate. Anchiſe genitorem: cui non tantū immortalitatē ueꝝ
etiam uentorum tribuit poteſtatem. Poſcamuſ uentoſ atq; hec
mea ſacra quot ānīſ. urbe uelit poſita templiſ ſibi ferre dicatiſ.
Idem ſcilicet deo Ioue Liber & Pean & Mercuriuſ & Apollo
fecerunt. Ac poſtea de hiſ ipſiſ ſucceſſoreſ eorū acceſſerunt etiā
poete & compoſitiſ ad uoluptatē carminibuſ in celū eoſ ſuſtu/
lerunt: ſicut fatiunt qui apud regeſ etiam maloſ panegiribuſ
mendacibuſ adulantur: quod malum a greciſ ortum eſt quoꝝ
leuitaſ inſtructa dicendi facultate & copia incredibile ē q̄ntaſ
mendatiorum nebulaſ excitauerit. Itaq; admirati eoſ & ſuſce/
perunt primi ſacra illorum & uniuerſiſ gētibuſ tradiderūt. Ob
hanc uanitatē Sibilla ſic eoſ increpat. ελλασ δη τί πεποιθασ
επανδρασ ηγεμονασ προσ τί δε δωρα ματαια καταφθ
ίμενοισ ανατίθησ θύεισ ειδωλοισ τίσ σοι εν νω πλανην
εβαλλεν ωστε σε ταδε ποιειν μεγαλον θεοιο προσωπον
απολελειμμενον. id eſt. grecia quid confidiſ in uiroſ princi/
peſ: quid dona inania mortuiſ acquiriſ immolaſ idoliſ qui tibi
in mentem errorem impoſuit dei fatiem relinquenti. Marcuſ
Tulliuſ qui nō tātum perfectuſ orator ſed philoſophuſ fuit.
Siquidem ſoluſ extitit Platoniſ imitator in eo libro quo ſe/
ipſum de morte filie conſolatuſ eſt non dubitauit dicere deoſ
qui publice colerentur homineſ fuiſſe. Quid ipſiuſ teſtimoniū
eo debet grauiſſimū iudicari qđ & augurale habuit ſacerdotiū
& eoſdem ſe colere uenerariq; teſtatur. Itaq; ītra paucoſ uer/
ſiculoſ duaſ reſ nobiſ dedit. Nam dum imaginē filie eodem ſe
modo conſecraturum eſſe profiteretur quo illi a ueteribuſ ſūt
conſecrati: & illoſ mortuoſ eſt docuit originē uane ſupſtitōiſ
oſtendit. Cum uero inquit & mareſ & feīaſ cōpluréſ ex hoībuſ
in deorum numero eſſe uideamuſ: & eoꝝ in urbibuſ atq; agriſ
anguſtiſſima delubra ueneremur: aſſentiam eorū ſapīe quorū
ingeniiſ & inuentiſ omnem uitam legibuſ & inſtitutiſ excultā
conſtitutamq; habemuſ. Quod ſi illud unq̄ animal cōſecrādū
fuit. illud profecto fuit ſi Cadmi aut Amphitrioniſ progenieſ

2008 Ministerio de Cultura

aut Tindari tollenda fama fuit. huic idem honoſ certe dicã/
duſ eſt: quod quidem fatiam. Teq; omnium optimam doctiſ/
ſimamq; approbantibuſ diiſ immortalibuſ ipſiſ in eorum cetu
locatam ad opinionem omnium mortalium conſecrabo.
fortaſſe dicat aliquiſ ꝑ nimio luctu delirasſe Ciceronem. Atq;
omniſ illa oratio & doctrina & exẽpliſ & ipſo loquẽdi genere
perfecta non egri ſed cõſtantiſ aĩmi ac iuditii fuit. Et hec ipſa
ſententia nullum profert iuditiũ doloriſ. Neq; enim puto tã
uarie tam copioſe tam ornate ſcribere potuiſſe niſi luctũ eiuſ
& ratio ipſa & cõſolatio aĩcoꝝ & tẽporiſ lõgitudo mitigaſſet.
Quid ꝙ idem dicit in libriſ de republica: idem de gloria. Nam
de legibuſ quo in opere Platonem ſecutuſ legeſ uoluit ponere
quibuſ putaret uſuram eſſe iuſtam: & ſapientem ciuitatem de
religione ita ſanxit. Diuoſ & eoſ q celeſteſ habiti ſunt colũto.
Et illoſ quoſ in celo merita locauerũt Herculẽ: Libeꝝ Eſcu/
lapiũ Pollucẽ: Caſtorẽ: Quirinũ. Item in tuſculaniſ cũ diceret
totum pene celum humano genere completum. ſi uero inquit
ſcrutari uetera ut ex illiſ ea que ſcriptoreſ grece prodiderunt
eruere coner: ipſi illi maiorum gentium dii qui habenẽ: hinc a
a nobiſ profecti in celum repertentur. Quare quoꝝ demõſtrãẽ
ſepulchra ĩ gretia reminiſcere quoniã eſ initiatuſ que tradãtur
ſepulchra miſteriiſ. Tum deniq; q̃m hoc late pateat intelligeſ
teſtatuſ eſt. uidelicet Athici cõſcientiã ex ipſiſ miſteriiſ ĩtelligi
poſſe: ꝙ omneſ illi hômineſ fuerunt qui colunẽ & de Hercule
Libero: Eſculapio: Caſtore: Polluce incunctanter fatentur.
De Apolline ac patribuſ eorum. Item de Neptuno: Vulcano
Marte: quoſ maiorum gentium deoſ appellauit timuit aperte
confiteri. Et idcirco ait late hoc pater ut idẽ de Ioue ceteriſq;
antiquioribuſ diiſ intelligamuſ: quorum memoria ſi eadẽ rõe
uetereſ cõſecrauerunt qua ſe imaginem nomenq; filie conſe/
craturum eſſe dicit ignoſci merentibuſ poteſt credentibuſ non
põt. Quiſ enĩ tam demenſ qui cõſenſu & placito ĩnumerabiliũ
ſtultorum aperire celum mortuiſ arbitretur: aut aliquem qđ
ipſe non habeat dare alteri poſſe. Apud noſ deuſ Iuliuſ quia
hoc ſcelerato homini placuit Antõio. deuſ Quirinuſ quia hoc
paſtoribuſ uiſum eſt: cum alter germani fratriſ extiterit: alter
patrie parricida. quod ſi cõſul non fuiſſet Antoniuſ. C. Ceſar
pro ſuiſ in rempublicam meritiſ: & defuncti hominiſ honore

2008 Ministerio de Cultura

caruiſſet. Et q̃dẽ conſilio Piſonis ſoceri & L. Ceſaris ꝓpinqui qui uetabant funus fieri. Et Dolobelle conſulis qui columnã in foro .id ẽ titulũ eius euertit ac forũ expiauit. Nã Romulũ deſiderio ſuis fuiſſe declarat Ennius: apd̃ quẽ populus amiſſũ regem dolens hec loquitur. O Romule Romule dic qualem te patrie cuſtodẽ dii genuerunt. Tu produxiſti nos intra lu/minis oras. O pater o genitor patrie o ſanguine diis oriundũ. Ob hoc deſiderium facilius creditũ eſt Iulio Proculo mẽtienti qui ſubornatus a patribus eſt ut nuntiaret plebi ſue uidiſſe ſe regem humano habitu anguſtiorẽ: eũq; mandaſſe ad populũ ut ſibi delubrum fieret: ſe deum eſſe & Quirinum uocari. Quo facto & ipſi populo perſuaſit Romulum ad deos abiuiſſe: et ſenatum ſuſpitione cedis regie liberauit.

Capitulum. xvi Qua ratiõe dii eſſe non poſſunt quos ſexus diſcernit. Et ꝙ in naturã dei nõ accidit aut ſexus aut coitus: aut offitium generandi.

Poteram his que retuli eſſe cõtentus: ſed ſuperſunt adhuc multa ſuſcepto operi neceſſaria. Nam q̃uis ipſo religionũ capite deſtructo uniuerſa ſuſtulerim: libet tamen ꝓſeq cetera & redarguere plenius inueteratam perſuaſionem: & tandem homines pudeat ſuorum ac peniteat errorum. Magnum hoc opus & homine dignum. Religionũ animos nodis exoluere pergo ut ait Lucretius: qui quidẽ hoc efficere non poterat q̃re nihil ueri afferebat. Noſtrum eſt hoc offitium: qui & uerum deũ aſſerimus & falſos refutamus. Illi ergo qui poetas finxiſſe de diis fabulas opinantur & deas feminas eſſe credunt & colũt. reuoluuntur imprudentes ad quod negauerant coire illos ac parere. Nec enim fieri poteſt quin duos ſexus generandi cauſa ſint inſtituti. Recepta uero ſexuum diuerſitate nõ intelligũt conſequens eſſe ut concipiant quod in deum cadere non põt ſed ut iſti putant: nam & eſſe illos dicunt & ceterorum deorũ. Naſcuntur ergo & quotidie quidẽ dii noui: nec enim uincunt̃ ab hominibus fecunditate. Igitur deorũ innumerabiliũ plena ſunt omnia nullo ſcilicet moriente. Nã cũ hoĩm uis ĩcredibilis numerus ſit ĩeſtimabilis quos tamẽ ſicuti naſcunt̃ mori neceſſe eſſe. Quid deorum eſſe tandẽ putemus qui tot ſeculis nati ſũt:

2008 Ministerio de Cultura

immortaleſq; māſerũt. Cur ergo tã pauci coluntur niſi forte arbitramur non generandi cauſa ſed tantummodo capiende uoluptatiſ duoſ eẽ ſexuſ deoꝝ & ea exercere que homũculoſ & facere & pati pudet. Cur uero dicantur aliqui ex aliquibuſ nati. Conſequenſ eſt ut ſemper naſcantur: ſiquidem aliquãdo ſunt nati uel ſi aliquando naſci deſierũt ſcire noſ cõuenit. Cur aut quando deſierint. Non illepide Seneca ĩ libriſ moralibuſ philoſophie. Quid ergo ẽ ĩquit q̃re apud poetaſ fallaciſſimuſ Iupiter deſierit liberoſ tollere. Vtrum ſexagẽariuſ factuſ eſt: & illi lex papia fabulã impoſuit. An impauit iuſ triũ liberoꝝ. An tamen illi uenit in mentem ab alio expecteſ alteri quod feceriſ. Et timet ne quiſ ſibi fatiat quod ipſe Saturno. At iſti qui deoſ aſſerunt uideant quomõ reſpondeãt huic argumẽto quod inferemuſ. Si duo ſunt ſexuſ deorũ ſequitur cõcubituſ ſi coeũt & domoſ habeãt neceſſe eſt. Nec enim carẽt uirtute ut hoc promiſcue aut in ꝑpatulo fatiant ſicut multa uidemuſ facere animalia. Si domoſ habent conſequenſ eſt ut & urbeſ habeant & quidem auctore Naſone qui ait. Plebſ habitat diuerſa lociſ hac fronte potenteſ. Celicole clariq; ſuoſ poſuere penateſ. Si habent urbeſ & agroſ igitur habebũt. Iam quiſ nõ uidet que ſequantᷣ: arare illoſ & colere & quidem uictuſ cauſa ſit: ergo mortaleſ ſunt: quod argumentum idem retrouerſum ualet. Si enim agroſ nõ habẽt: ne urbeſ quidem: nõne domoſ quidem. Si domibuſ carent ergo & concubitu: ſi concubituſ ab hiſ abeſt & ſexuſ femineuſ. In diiſ autem uidemuſ & feminaſ eſſe ergo dii non ſunt. Diſſoluat hoc argumentum ſi quiſ põt. Ita enim reſ rem ſequitur. Et hec ultima neceſſe ſit confiteri. Sed ne illud quidem diſſoluet aliquiſ ex duobuſ ſexibuſ alter fortior alter infirmior eſt. Robuſtioreſ enim mareſ ſunt feīe imbecillioreſ. Imbecillitaſ autem non cadit in deum ergo nec femineuſ ſexuſ. Huic additur ſuperioriſ argumenti cõcluſio: ut dii non ſint quoniam in diiſ & femine ſunt.

Capitulum .xvii. Quod ſtoici fidẽ hiſtoriaꝝ & poetarũ ficmenta inani fiſiculatione peruertunt & que miſerie & turpitudĩeſ de diiſ referãt.

OB haſ rationeſ ſtoici alio uerſuſ deoſ interpretantur. Et qa non preuident quid ſit in uero conantur eoſ cum rerũ

2008 Ministerio de Cultura

naturalium ratione coniungere quoſ Cicero ſecutuſ de diiſ ac
religionibuſ eorum hãc ſententiam tulit. Videtiſ ne igitur ut
a phiſiciſ rebuſ bene atq; utiliter inuentiſ tracta ratio ad com/
mentitioſ ac fictoſ deoſ que reſ genuit falſaſ opíoneſ erroreſq;
turbulentoſ ſuperſtitioneſ pene anileſ: & forme enim deorum
nobiſ & etateſ & ueſtituſ ornatuſq; noti ſũt. Genera preterea:
cõiugia: cognatiõeſ omneſ: omniaq; traducta ad ſimilitudinẽ
imbecillitatiſ humãe. Quid planiuſ? Quid ueriuſ dici poteſt?
Romãe philoſophie prĩcepſ: & ãpliſſimo ſacerdotio predituſ
commentitioſ ac fictoſ deoſ redarguit quorũ cultuſ ſupſtitõeſ
pene anileſ eẽ teſtatur: falſiſ opiniõibuſ erroribuſq; turbulẽtiſ
implicatoſ eſſe homineſ queritur. Nam totuſ liber tertiuſ de
natura deoꝝ omneſ funditus religioneſ euertit ac delet. Quid
ergo a nobiſ expectatur ampliuſ? Nam eloquentia ſuperare
poſſumuſ Ciceronem: minime id quidem: ſed fiducia illi defuit
ignoranti ueritatẽ: quod ipſe ſimpliciter ĩ eodẽ opere cõfitet.
Ait enim faciliuſ ſe poſſe dicere quid non ſit ꝗ quid ſit: hoc eſt
falſa ſe intelligere uera neſcire. Clarũ eſt igitur homineſ fuiſſe
illoſ qui dii putantur. Et eoꝝ memoriã poſt mortẽ cõſecratã
ideo etiam etateſ diuerſe ſũt. Et certe imagineſ ſingulorum ꝙ
in eo habitu & etate ſingulorum ſimulachra configurata ſũt:
in qua quenq; morſ deprehendit. Cõſideramuſ ſi placet erũnaſ
infelitiũ deorum: Iſiſ filium perdidit. Cereſ filiam expuſam &
per orbem terre iactatam: Latona uix inſulam paruam ĩ qua
pareret inuenit. Deum mater & amauit formoſum adoleſcẽtẽ:
& eundem cũ Pellice deprehenſum exſeptiſ uirilibuſ ſemiuirũ
redidit. Et nunc a galliſ ſacerdotibuſ ſacra eiuſ celebrantur.
Iuno Pelliceſ acerrime perſecuta ẽ: quia parere ipſa nõ potuit
ex fratre. Inſulã ſamũ ſcribit Varro ꝓuſ parthenĩa nomĩatã
ꝙ ibi Iuno adoleuerit: ibiq; etiã Ioui nupſit. Itaq; nobiliſſĩm
& antiquiſſimũ templum eiuſ eſt Sami: & ſimulachrũ in hĩtu
nubentiſ figuratum: & ſacra eiuſ anniuerſaria nuptiarum ritu
celebrantur. Si ergo adoleuit: ſi fuit uirgo ꝓ̃mo: poſtea mulier
hominem fuiſſe: qui non intelligit pecudem ſe fateretur. Quid
loquar obſcenitatem Veneriſ omnibuſ proſtitute libidinibuſ:
non deorum tantum: ſed & hominum. Hec enim ex famoſo
Martiſ ſtupro genuit Harmoniã: Ex Mercurio hermofro/
ditum q ẽ natuſ Androginuſ. Ex Ioue cupidinẽ. Ex Anchiſa

2008 Ministerio de Cultura

Eneam ex Buthe Herichem.. Ex Adone quidē nullū potuit
qui eſt tum puer ab apro ictuſ occaſuſ ē: que pᷓma ut ī hiſtoria
ſacra continet̄ artem meretriciā inſtituit: auctorq; mulieribuſ
in ſtupro fuit uti uulgo corporū queſtū faceret. Quod idcirco
impetrauit ne ſola preter aliaſ mulieres impudica & uirorum
appetēſ uideretur. Etiam ne habet hec aliquid numinis: cuiuſ
plura numerant̄ adulteria ꝗ̄ partuſ. Sed ne ille quidē uirgīeſ
illibatam caſtitatem ſeruare potuerunt. Vnde enim putemuſ
Ericthonium eſſe natum. An ex terra. ut poete uideri uolūt.
At reſ ipſa clamat. Nam cum Vulcanuſ diſ arma feciſſet: eiq;
Iupiter optionē dediſſet pᷓmii qđ uellet poſtulādi: iuraſſetq;
ut ſolebat per infernam paludem ſe nihil negaturum: tamen
faber claudus Minerue nuptiaſ poſtulauit. Hic Iupiter opti/
muſ maximuſ tanta religione conſtrictuſ abnuere nō potuit:
Mineruam tamen monuit repugnare pudicitiamq; defendere
tum in illa colluctatione Vulcanum in terrā profudiſſe aiūt
ſemen unde ſit Ericthoniuſ natuſ. Idq; illi nomē impoſitum.
απο τησ εριδοσ και χθονοσ id eſt. ex certamīe atq; humo.
Cur igitur uirgo eum puerum cum dracone concluſum & ob/
ſignatum tribuſ uirginibuſ cecropidiſ commendauit: eiuſdem
ut opinor inceſtum quod nullo modo colorari poſſit. Altera
cum pene amatorem ſuū pđidiſſet qui erat turbati diſtractuſ
equiſ: preſtātiſſimum medicum Eſculapium curando iuueni
aduocauit: eumq; ſanatum ſecretiſ alma recondit ſedibuſ: et
Nimphe: Egerie: Memoriq; relegat: ſoluſ ubi in ſiluiſ italiſ
ignobiliſ euum exigeret. Verſoq; ibi nomīe uirbiuſ eēt. Quid
ſibi uult hec tā diligenſ tā ſolicita curatio? Quid ſecrete ſedeſ?
Vel tā longe: uel ad mulierē: uel ad ſolicitudinē? Quid deīde
noīſ cōmutatio? Poſtremo qđ equoꝝ tā pertiax abomīatio?
Quid ſignificant hec omnia niſi conſciam ſtupri: aut amorem
minime uirginalem? Erat plane: cur tantum laborem pro tā
fideli iuuene ſuſcipet q amāti nouerce obſequiū ꝑnegaret.

Capitulum. xviii. Quomodo refellantur hi: qui deoſ eſſe factoſ ex hominibuſ mentiantur.

HOc in loco refellendi ſunt etiam hi qui deoſ ex hōibuſ eē factoſ nō tantū fatent̄: ſed ut eoſ laudent & gloriantur

2008 Ministerio de Cultura

aut uirtutiſ gratia ut Herculem: aut munerum ut Cererem ac
Liberum: aut artium repertarum ut Eſculapiũ uel Mineruã.
Hec uero q̃ inepta ſint q̃mq; non digna propter que homineſ
inexpiabili ſe ſcelere cõtaminent: hoſteſq; deo uero fiãt: quo
contempto mortuoꝝ ſacra ſuſcipiũt ex ſingulis rebuſ oſtendã.
Virtutem eſſe dicunt que hominem tollat in celum: nõ illam
de qua philoſophi dixerunt que poſita eſt in boniſ animi: ſed
hanc corporalem que dicitur fortitudo: que quoniã precipua
in Hercule fuit: immortalitatẽ meruiſſe credit̃. Quiſ tã ſtulte
ineptuſ eſt ut corporiſ uireſ diuinum uel etiam humanũ bonũ
iudicet cum ſint & maioreſ pecudibuſ attribute: ut uno morbo
ſepe frangantur: uel ip̃a ſenectute & oculi minuãt̃ & corruãt.
Itaq; idem ille cum deformari ulceribuſ thoroſ ſuoſ cerneret:
nec ſanari ſe uoluit: nec ſemen fieri: ne quando ſeip̃m minor
aut deformior uideret̃. Hũc ergo quo uiuũ ſeip̃m cõbuſſerat
aſcendiſſe in celũ putauerũt: eoq; ip̃a que ſtultiſſime admirati
ſunt ſimulachriſ & imaginibuſ cõpreſſa & cõſecrata poſuerũt
ut in perpetuũ uanitatiſ eorum monumenta perſtarent: qui
ob necem beſtiarum deoſ fieri crediſſent. Sed hec grecorum
fortaſſe culpa ſit: q reſ leuiſſimaſ ꝓ maximiſ ſemp̃ habuerunt.
Quid noſtri num ſapientioreſ: qui athletã uirtutẽ cõtemnũt
quia nihil habent ſed regiã: quia late ſolet nocere ſic admirãt̃
ut forteſ & bellicoſ duceſ in deorum cetu locari arbitrãt̃. Nec
eſſe ullam aliam ad immortalitatem uiam q̃ exercituſ ducere:
aliena uaſtare: urbeſ delere: oppida excidere: liberoſ populoſ
aut trucidare: aut ſubiicere ſeruituti: uidelicet quo plureſ hoĩeſ
afflixerint: ſpoliauerint: occiderĩt: eo ſe nobilioreſ & clarioreſ
putant: & inaniſ glorie ſpetie capti ſceleribuſ ſuiſ nomẽ uirtutiſ
imponunt. Iam mallem ut a ferarum cedibuſ deoſ ſibi fingerẽt
q̃ immortalitatem tam cruentam ꝓbarent. Si quiſ unũ hoĩem
iugulauerit pro cõtamĩato ac nefario habet̃. Nec ad terrenũ
hoc domiciliũ deorum admitti eum faſ putãt. Ille autem qui
infinita hominũ milia trucidauerit: cruore cãpoſ inundauerit:
flumina infecerit: non modo in templum ſed etiam in celũ ad/
mittitur. Apud Ennium ſic loquit̃ Africanuſ. Si faſ credẽdo
celeſtia ſcãdere cui q̃ eſt. mihi celi maxima porta patet. ſcilicet
quia magnam partem generiſ humani extĩxit ac perdidit. O
quantiſ ĩ tenebriſ Africane uerſatuſ eſ. uel potiuſ o poeta qui

per cedeſ & ſanguinem patere in celū aſcenſum putaueriſ. Cui uanitati & Cicero aſſentit. Eſt uero inquit Africane: nam & Herculi eadem uia iſta patuit tanq̄m ipſe plane cum id fieret ianitor fuerit in celo: equidē ſtatuere non poſſum dolendum ne potiuſ ridendum an putem: cum uideam & graueſ & doctoſ & ut ſibi uidentur ſapienteſ uiroſ: in tam miſerandiſ errorum fluctibuſ uolutari: ſed hec eſt uirtuſ que noſ immortaleſ: mori qdē malim q̄ exitiū eē q̄plurimiſ: ſi aliter parari īmortalitaſ non poteſt niſi per ſanguinem quod fiet: ſi omneſ ī concordiā conſenſerint. Quod fieri poteſt ſi pernitioſo & impio furore proiecto innocenteſ eſſe ac iuſti uelint. Num igitur nemo erit celo dignuſ? Num peribit uirtuſ quia hominibuſ in homineſ ſeuire non dabitur? Sed iſti qui euerſioneſ urbium populoꝝq; ſummam gloriam cōputāt: otium publicū nō ferent: rapient: ſeuiēt: & iīuriiſ inſolenter illatiſ hūane ſocietatiſ feduſ irrūpēt ut habere hoſtem poſſint quē ſceleratiuſ deleāt q̄ laceſſierint. Nunc ad reliqua pergamuſ. Nomen deorū Cereri ac Libero traditio numerum fecit. Poſſum diuiniſ docere literiſ. Vinum atq; frugeſ ante progeniem celi atq; Saturni fuiſſe ī uſū hoīm ſed ab hiſ ſane īuenta eſſe fingamuſ. Num poteſt pluſ uideri aut maiuſ collegiſſe frugeſ: hiſq; fractiſ panem facere docuiſſe aut uuaſ de uitibuſ lectaſ expreſſiſſe: uinumq; feciſſe: q̄ frugeſ ipſaſ aut uiteſ generaſſe aut ꝓtuliſſe de terra. Reliquerit hec ſane deuſ humaniſ ingeniiſ eruenda: tamē fieri nō poteſt quin ipſiuſ ſint omnia qui tribuit ſapientiam homini ut īueniret: & ipſa illa que poſſent inueniri primuſ inuenit. Arteſ quoq; ſuiſ inuentoribuſ immortalitatem peperiſſe dicūtur ut Eſculapio medicīa. Vulcāo fabrica. Colāuſ igit̄ & illoſ q fullonicā ſutri/nāq; docuerūt. Cur aūt figigīe reptori honoſ non habet̄. An quia iſti diuiteſ uaſa ſamia contemnunt. Sunt & alie arteſ q̄ꝝ repertoreſ humane uite plurimū profuerunt. Cur non etiam illiſ attributa ſunt templa: ſed nimirum Minerua eſt que oēſ reperit. Ideo illi opificeſ ſupplicāt. Ergo ab hiſ ſordibuſ Mi/nerua aſcendit in celum. Eſt uero cauſa cur quiſ q̄ derelīquat eum qui terram cum animātibuſ: celum cū aſtriſ & luminibuſ exorſuſ eſt: ut eam ueneretur que telam docuit ordiri. Quid ille qui uulnera in corporibuſ ſanare docuit? Num poteſt eē preſtantior q̄ qui corpora ipſa formauit: ſentiendi aut uiuēdi

2008 Ministerio de Cultura

rationem dedit? Herbaſ deniq; & cetera quibuſ medendi arſ conſtat excogitauit atq; propulit.

## Capitulum.xix. Quod deoſ uanoſ & deũ uerum nemo ſimul poteſt colere.

AT enĩ dicet aliquiſ & huic ſummo qui fecit omnia & illiſ qui partem profuerunt ſuã uenerationẽ eſſe tribuendã. Primũ nec factum eſt unq̃ ut qui hoſ colit etiã deũ coluerit: neq; fieri poteſt: quoniam ſi honoſ idem tribuit᷑ aliiſ ipſe ideo nõ colitur cuiuſ religio eſt illum eſſe unũ ac ſolũ deũ credere. Clamat ſummuſ poeta eoſ omneſ qui inuentaſ uitã excoluere per arteſ apud inferoſ eſſe: ipſumq; illum medicine repertorem taliſ & artiſ ad ſtigiaſ undaſ fulmĩe eẽ detruſũ ut intelligamuſ quantum ualeat pater omnipotenſ: q & deoſ fulminibuſ ex/tinguat: ſed homineſ ingenioſi hanc ſecum habebant fortaſſe rationem quia deuſ fulminari non poteſt: apparet nõ eẽ factũ imo uero quia factum eſt apparet hominem fuiſſe non deum. Mendatium enim poetarum non in facto ſed in nõie. Metu/ebant enim malum ſi contra publicam perſuaſionẽ faterentur quod erat uerum. Quod ſi hoc cõſtat inter ipſoſ ex hominibuſ deoſ factoſ: cur ergo non credunt poetiſ. ſi quãdo illoꝝ fugaſ & uulnera: & morteſ: & bella: & adulteria deſcribunt. Quibuſ ex rebuſ intelligi datur non potuiſſe ullo pacto fieri deoſ: qa nec homineſ quidem probi fuerunt: eaq; in uita ſua geſſerunt que mortem pariunt ſempiternam.

## Capitulum.xx. De propria romanorum religione.

UEnio nunc ad propriaſ romanorum religioneſ: quoniam de cõmunibuſ dixi. Romuli nutrix lupa honoribuſ eſt affecta diuiniſ. Et ferrem ſi animal ipſum fuiſſet cuiuſ figurã gerit. Cuiuſ auctor eſt Liuiuſ. Iarantine eſt ſimulachrum & quidem non corporiſ: ſed mẽtiſ ac morum. Fuit. n. Fauſtuli uxor: & propter uulgati nominiſ uilitatẽ Lupa ĩter paſtoreſ nuncupata eſt: unde etiam lupanar dicitur. Exemplũ ſcilicet athenienſium in ea figuranda romani ſecuti ſunt apud quoſ meretrix quedam nomine Leena cum tirannũ occidiſſet quia nefaſ erat ſimulachrum conſtitui meretriciſ in templo: aĩaliſ

2008 Ministerio de Cultura

effigiē poſuerūt: cuiuſ nomē gerebat. Itaq; ut illi monumētū
ex nomine: ſic iſti ex profeſſione fecerūt. Huiuſ nominiſ etiā
dieſ feſtuſ dicatuſ eſt & larentinalia conſtituta. Nec hāc ſolā
Romani meretricem colūt: ſed Faulam quoq; quā Herculiſ
ſcortum fuiſſe Verriuſ ſcribit. Iam quanta iſta immortalitaſ
putāda ſit quā etiā meretriceſ aſſequant̄. Flora cum magnaſ
opeſ ex arte meretritia queſiuiſſet populum romanū ſcripſit
heredem: certamq; pecuniam reliquit: cuiuſ ex annuo fenore
ſuuſ natalis dieſ celebraretur: editione ludorum quoſ appellant
floralia. Quod quia ſenatui flagitioſum uidebat̄ ab ipō noīe
argumentum ſumi placuit: ut pudende rei quedam dignitaſ
adderet̄. Deam finxerunt eſſe: que floribuſ p̄ſit: eāq; oportere
placari ut frugeſ cum arboribuſ aut uitibuſ bene p̄ſpereq; flo/
reſcerēt. Eū colorē ſecutuſ ī faſtiſ poeta nō ignobilē nimphā
narrauit que ſit coloriſ uocitata: eamq; Zephiro nuptam q̄ſi
dotiſ loco id accepiſſe muneriſ a marito: ut haberet oīm florū
p̄tātem. Honeſte quidē iſta dicūtur: ſed inhoneſte turpiterq;
creduntur. Non debent cum ueritaſ queritur huiuſmodi noſ
uelamenta decipere. Celebrantur ergo illi ludi cū omī laſciuia
conuenienteſ memorie meretriciſ. Nam preter uerborū licētiā
quibuſ obſcenitaſ omniſ effundit̄ exuunt̄ etiā ueſtibuſ populo
flagitante meretriceſ: que tunc mimorum funguntur offitio:
& in conſpectu populi uſq; ad ſatietatem impudicorū luminū
cū impudendiſ motibuſ detinentur. Cloacine ſimulacbrum in
cloaca maxima repertum Tatiuſ conſecrauit: & quia cuiuſ eēt
effigieſ ignorabat ex loco illi nomen impoſuit. Pauorē pal/
loremq; Tulluſ Hoſtiliuſ figurauit & coluit. Quid de hoc dicā
niſi dignū fuiſſe que ſemp deoſ ſuoſ ſicut optari ſolet p̄ſenteſ
haberet. Ab hoc illud. M. Marcelli de conſecratione honoriſ
atq; uirtutiſ honeſtate nominum differt re congruit. Eadem
uanitate mentem quoq; inter deoſ Senatuſ quoq; collocauit:
quam profecto ſi habuiſſet eiuſmodi ſacra nunq̄ ſuſcepiſſet.
Magnū Cicero audaxq; conſiliū ſuſcepiſſe gretiā dicit: ꝙ cu/
pidinū & amoꝝ ſimulacra ī ginaſiiſ cōſecraſſet: adulatuſ ē ui/
delicet Athico: & irriſit hoīem fāiliarē. Nō ē enī illud magnū
aut omnino conſilium dicendum fuit: ſed impudicorum hoīm
perdita & deplorata nequitia: qui liberoſ ſuoſ quoſ erudire ad
honeſta deberent: proſtituerunt libidini iuuentutiſ: a quibuſ

2008 Ministerio de Cultura

flagitiorum deoſ & in illiſ potiſſimum lociſ ubi nuda corpora
corruptorum luminibuſ patent: & in illa coli etate uoluerunt
que ſimplex & improuida priuſ irrbetitur & ĩ laqueoſ poteſt
cadere q̃ cauere. Quid mirum ſi ab hac gẽte uniuerſa flagitia
manarunt apud quã ipſa uicia religioſa ſunt: eaq; non modo
non utantur uerum etiã colant. Et ideo huic ſententie tanq̃
grecoſ prudentia uinceret adiecit. Virtuteſ enim oportere non
uicia conſecrari. Quod ſi recipiſ o Marce Tulli non uideſ fore
ut irrumpant uicia cum uirtutibuſ: quia mala boniſ adherent
& in animiſ hominum potentiora ſunt: que ſi uetaſ conſecrari
reſpõdebit tibi eadem illa gretia ſe alioſ deoſ colere ut ꝓſint:
alioſ ne noceant. Nec enim ſemper excuſatio eſt eorum qui
mala ſua pro diiſ habent ut romãi rubiginẽ ac febrem: ſi ergo
uicia conſecranda ſunt: non in quo tibi aſſentior: ne uirtuteſ
quidem. Non enĩ ꝑ ſe ſapiunt: aut ſentiũt: neq; intra parieteſ
aut ediculaſ luto factaſ: ſed intra pectuſ collocãde ſunt: & in/
teriuſ comprehendende ne ſint fabule: ſed extra hoĩem fuerint
collocate. Itaq; preclaram illam legem tuã derideo quã poniſ
hiſ uerbiſ. Aſt illa propter que datur homini aſcenſuſ ĩ celum:
mentem: uirtutem: pietatem: fidem: earũq; laudũ delubra ſunt.
An quin hec ſeparari ab homine non poſſunt. Si enim colẽda
ſint in homine neceſſe eſt ſint. Si autem ſunt extra hominem:
quid opuſ eſt ea colere quibuſ careamuſ. Virtuſ colenda ẽ nõ
imago uirtutiſ: & colenda eſt non ſacrifitio aliquo: aut thure
aut precatione ſolenni: ſed uoluntate ſola aut propoſito. Nã
quid eſt aliud colere uirtutem niſi eam comprehendere aĩmo
& tenere. quod unuſquiſq; ſimul accepit uelle conſequit̃. Hic
ſoluſ uirtuti eſt cultuſ: nam religio & ueneratio nulla alia niſi
uniuſ dei tenenda eſt. Quid igitur opuſ eſt o uir ſapientiſſime
ſuperuacuiſ extructionibuſ loca occupare: que poſſint hũaniſ
uſibuſ cedere. Quid ſacerdoteſ conſtituere uana et inſenſibilia
cultoreſ? Quid immolare uictimaſ? Quid tantoſ ſumptuſ uel
fingendiſ uel colendiſ imaginibuſ impẽdere? Firmiuſ & incor/
ruptiuſ templum ẽ pectuſ humanum. hoc potiuſ ornetur: hoc
ueriſ illiuſ numinibuſ impleatur. Haſ ergo falſaſ conſecratõeſ
ſequitur quod neceſſe eſt. Qui enim uirtuteſ ſic colunt. id eſt
qui umbraſ atq; imagineſ uirtutum conſectantur: ea ipſa que
uera ſunt tenere non poſſũt. Itaq; nulla ĩ quoq̃m uirtuſ eſt:

2008 Ministerio de Cultura

uiciiſ ubiq; dominantibuſ nulla fideſ : uno omnia pro ſe quoq;
rapiente : nulla pietaſ nec cõſanguineiſ nec parẽtibuſ : parcẽte
auaritia : & cupiditate in uenenum & ferrum ruẽte : nulla pax
nulla concordia : publice belliſ ſeuientibuſ : priuatiſ inimicitiiſ
uſq; ad ſanguinem furẽtibuſ : nulla pudicitia libidinibuſ effre/
natiſ : omnem ſexum & omneſ corporiſ parteſ cõtaminãtibuſ :
nec tamen deſinunt ea colere que fingunt & oderunt. Colũt
enim thure ac ſummiſ digitiſ : que ſenſibuſ intimiſ horreſcere
debuerũt : qui error omniſ ex illiuſ principaliſ ac ſummi boni
ignoratiõe deſcẽdit. Vrbe a galliſ occupata obſeſſi ĩ capitolio
romani cum ex mulieꝝ capilliſ tormẽta feciſſent : edẽ Veneri
calue fecerunt. Non igitur intelligunt q̃ uane ſint religiõeſ :
uel ex eo ipſo ꝙ eaſ hiſ ineptiiſ cauillantur. A lacedemoniiſ
fortaſſe didicerãt : deoſ ſibi ex euẽtiſ fingere. Qui cũ meſſanoſ
obſiderẽt : & illi furtĩ deceptiſ obſeſſoribuſ egreſſi ad diripiẽdã
lacedemonẽ cucurriſſent : a ſparthaniſ mulieribuſ fuſi fugatiq;
ſunt. Cognitiſ autem hoſtium inſidiiſ lacedemonii ſequebant̃.
Hiſ armate mulieres obuiam longiuſ exiuerunt : que cũ uiroſ
ſuoſ cernerent parare ſe ad pugnam : qui putarent meſſenioſ
eſſe : corpa ſua nudauerũt. At illi uxoribuſ cognitiſ & aſpectu
in libidinem concitati ſicut erãt armati permixti ſunt utiq; ꝑ/
miſcue. Nec enim uacabãt diſcernere : ſic iuueneſ haſdem ãtea
miſſi cũ uirginibuſ ex quibuſ ſũt ꝑthemii nati. Propter huiuſ
facti memoriam edem Veneri armate ſimulachrũ poſuerunt.
Quod tam & ſi ex cauſa turpi : tamen honeſtiuſ uidet̃ armatã
Venerem conſecraſſe : q̃ caluam. Eodem tempore Ioui quoq;
paſtori ara appoſita eſt ꝙ eoſ in quiete monuiſſet ut ex omĩ
frumento quod haberent panem facerent : & in hoſtium caſtra
iactarent : eoq; facto ſoluta eſſet obſidiõe : deſperãtibuſ galliſ
inopia ſubigi poſſe romanoſ. Que iſta religionũ deriſio eſt : ſi
eorum defenſor eſſem quid tã grauiter queri poſſunt : q̃ deoꝝ
nomen in tantum ueniſſe contemptum ut turpiſſimiſ nõibuſ
ludibrio habeantur. Quiſ non rideat fornacẽ deam : uel potiuſ
doctoſ uiroſ celebrandiſ fornacibuſ operari? Quiſ cum audiat
deam mutam tenere riſum queat? Hanc eſſe dicunt ex q̃ ſint
nati lareſ : & ipſam laram nominant uel larundã. Quid p̃ſtare
colenti poteſt que loqui non põt? Colit̃ & ceca : que Herculi
fecit inditium de furto boum : diuinitatem cõſecuta q̄a ꝑdidit

2008 Ministerio de Cultura

fratrem. Et Cuna que infanteſ tuetur ac faſcinaſ ſummouet. Et Stercutuſ qui ſtercorādi rōnē primuſ induxit. Et Titinuſ in cuiuſ ſinu pudendo nubētes preſident ut illarum pudicitiā ꝑor deuſ delibaſſe uideat͞. Et mille alia portēta ut iā iunioreſ qui hec colēda ſuſceperint ꝗ̄ egyptioſ eſſe dicāuſ: q mōſtruoſa & ridicula quedā ſimulachra uenerāt͞ & colūt. hec tamē habēt aliquam imaginem. Quid qui lapideſ colūt informē atq; rudē cui nomen erat Terminuſ. Hic eſt quem pro Ioue Saturnuſ dicitur deuoraſſe: nec immerito illi honoſ tribuitur. Nam cum Tarquinuſ capitolium facere uellet: eoq; in loco multorum deorum ſacella eſſent: conſuluit eoſ per auguria: utrum Ioui cedere uellent: & cedētibuſ ceteriſ ſoluſ Terminuſ māſit. Vnde illum poeta capitolii immobile ſaxum uocat. Iam ex hoc ipo ꝗ̄ magnuſ Iupiter inuēit cui nō ceſſit lapiſ: ea fortaſſe fiducia ꝙ illū de paterniſ faucibuſ liberauerat. Facto itaq; capitolio ſupra ipſum Terminū foramen eſt in tecto relictū ut quia nō ceſſerat libero celo frueretur quo ipi ne quidem fruebant͞ qui lapidem frui putauerunt. Et huic ergo publice ſupplicat͞ ꝗ̄ſi cuſtodi finium deo: qui non tantū lapiſ ſed etiā ſtipeſ interdū eſt. Quid de hiſ dicam qui colunt talia: niſi ipſoſ potiſſimum lapideſ ac ſtipiteſ eſſe.

Capitulum. xxi. De ſacrifitiiſ & miniſteriiſ eorum.

Diximuſ de diiſ ipſiſ qui colunt͞. nūc de ſacriſ ac miſteriiſ eorum pauca dicenda ſunt. Apud cyproſ aūt humanam hoſtiam Ioui Theucruſ immolauit. Idq; ſacrifitium poſteriſ tradidit: quod eſt nuper Adriano imperante ſublatum. Erat lex apud thauroſ inhumanam & ferā gētē ubi Diane hoſpiteſ immolarent: & id ſacrifitium multiſ temporibuſ celebratū eſt. Galli Eſum atq; Theutantem hūano cruore placabant. Nec latini quidem huiuſ immanitatiſ experteſ fuerunt. Siquidem latialiſ Iupiter & nunc ſanguine colitur humāo. Quid ab hiſ boni precantur qui ſic ſacrificant? Aut quid taleſ dii hōībuſ preſtare poſſunt quorum peniſ propitiantur: ſed de barbariſ non eſt adeo mirandum quorum religio cum moribuſ cōgruit Noſtri uero qui ſemper manſuetudiniſ & humanitatiſ gloriā ſibi uendicauerūt: nōne ſacrilegiſ hiſ ſacriſ immāiores repiunt͞. Hi enim potiuſ ſcelerati ſunt habendi: qui cum ſint liberalium

2008 Ministerio de Cultura

diſciplinarum ſtudiiſ expoliti ab humanitate deſciſcũt:quam qui rudeſ & imperiti ad mala facinora bonorum ignoratione labuntur. Apparet tamen antiquum eſſe hunc immolandorũ hominũ ritum. Siquidem Saturnũ in latio eodem genere ſa/crifitii cultuſ eſt. non quidem ut homo ad aram immolaretur: ſed uti in tiberim de ponte miluio mitteretur. quod ex reſpõſo quidem factitatum Varro auctor eſt. Cuiuſ reſponſi ultimuſ uerſuſ eſt taliſ. και κεφαλασ κρονίδη και τω πατρϊ πεμπε ταιφωτα. id eſt hominem. Quod quia uideretur. ambiguum: & faſ illi & homo iaci ſolet. Verum id genuſ ſacrifitii ab Her/cule cum ex Hiſpania rediret dicitur eſſe ſublatum ritu tamẽ permãente ut pro ueriſ hominibuſ imagĩeſ iacerentur ex ſcir/po: ut Ouidiuſ in faſtiſ docet. Donec inde uẽit thirintiuſ arua quot anniſ. Triſtitia leuchadio ſacra parata modo. Illum ſa/turnineoſ ĩ aquam miſiſſe quiriteſ. Herculiſ exemplo corpora falſa iace. Hec ſacra ueſtaleſ uirgineſ fatiunt ut ait idem. Tu quoq; priſcorum uirgo ſimulachra uirorum. Mittere roboreo ſtirpea ponte ſoleſ. Nam de infãtibuſ qui eidem Saturno im/molabant̃ ꝓpter odium Iouiſ: quid dicam? Non inuenio tam barbaroſ tam immaneſ fuiſſe homineſ ut parricidiũ ſuum. id ẽ tetrũ atq; execrabile hũano genere facinuſ ſacrifitiũ uocarẽt cum teneraſ atq; innocẽteſ aĩaſ que maxime eſt etaſ parẽtibuſ dultior ſine ullo reſpectu pietatiſ extinguerent: immãitatẽq; omniũ beſtiarum que tamen fetuſ ſuoſ amãt feritate ſuparẽt. O dementiam inſanabilẽ: quid illiſ iſti dii ãpliuſ facere poſſẽt ſi eſſent iratiſſimi q̃ fatiũt propitii. Cũ ſuoſ cultoreſ parricidiiſ inquinant: orbitatibuſ mactant: hũaniſ ſenſibuſ ſpoliãt. Quid poteſt eſſe hiſ hominibuſ? Aut in profaniſ lociſ fatiẽt q̃ inter araſ deorum ſumma ſcelera committunt? Poſtenniuſ feſtuſ in libriſ hiſtoriarum per ſatyram refert Cartaginenſeſ Saturno hũanaſ hoſtiaſ ſolitoſ immolare: & cũ uicti eẽnt ab Agathocle rege ſiculoꝝ iratũ ſibi deũ putauiſſe. itaq; ut diligẽtiuſ piaculũ ſoluerent ducentoſ nobilium filioſ immolaſſe tantum religio potuit ſuadere malorũ que peperit ſceleroſa atq; impia facta. Cur ergo dementiſſimi homineſ illi ſacrifitio conſulebant: cũ tantam partem ciuitatiſ occiderent: quantã fortaſſe ne Aga/thocleſ quidem uictor occiderat. Ab iſto genere ſacrorum nõ minoriſ inſanie iudicanda ſunt publica illa ſacra: quoꝝ altera

2008 Ministerio de Cultura

cur ergo ratõe requiriſ que poteſt efficere ne credaſ? Si rõne requiriſ & querendã putaſ: ergo nõ crediſ. Ideo enim queriſ ut eam ſequariſ cum inueneriſ. docet te ecce ratio: non eſſe ueraſ religioneſ deorũ. quid fatieſ? Maioreſ ne potiuſ an rationem ſequeriſ? Que quidem tibi non ab alio inſinuata: ſed a teipſo inuenta & electa eſt: cum omneſ religiões radicituſ eruiſti. Si rationẽ maiuiſ: diſcedere te neceſſe ẽ ab íſtitutiſ & auctoritate maioꝝ. quoniã id ſolũ rectũ eſt qđ ratio preſcribit. Si autem pietaſ maioreſ ſequi ſuadet: fatere igiť & ſtultoſ illoſ fuiſſe: q excogitatiſ cõtra rationẽ religiõibuſ ſeruiũt & te ineptũ qui id colaſ quod falſũ eſſe cõuinceriſ. Sed tamen quoniam nobiſ tantopere maioꝝ nomen opponiť. uideamuſ tamen q fuerint maioreſ illi a quorũ auctoritate diſcedi nefaſ diciť. Romuluſ urbem cõditurus: paſtoreſ inter quoſ adoleuerat conuocauit. cũq; hiſ numeruſ codende urbi parũ idoneuſ uideret: cõſtituit aſilum. Eo paſſim cõfugerunt. ex finitimiſ lociſ peſſimi quiq; ſine ullo cõditõiſ diſcrimĩe ita cõflauit ex hiſ omĩbuſ populũ legitq; ĩ ſẽatũ eoſ: q etate ãteibãt. & patreſ appellauit: quorũ conſilio gereret omĩa. de quo ſenatu Proptiuſ elegiaꝝ ſcꝑtor hec loquiť. Buccĩa cogebat priſcoſ ad uerba q̃riteſ. Ceterũ ei ĩ prato ſepe ſẽatuſ erat. Curia ꝑtecto nũc que nitet alta ſẽatu. Pellitoſ habuit ruſtica corda patreſ. Hi ſunt patreſ quoꝝ decretiſ eruditi ac prudẽteſ uiri deuotiſſime ſeruiebãt. idq; uerum ac ĩmutabile omniſ poſteritaſ iudicet. ꝙ centum pelliti ſeneſ ſenatũ eſſe uoluerũt. quoſ tamẽ ut in primo libro dictum eſt: Pompiliuſ illexit ut eẽ crederent ſacra que ipſe tradebat. Eſt uero ꝙ illorum auctoritaſ tãti habeať a poſteriſ: quoſ nemo cũ uiuerẽt neq; ſũmuſ neq; ĩfimuſ affinitate dignoſ iudicauit.

Capitulũ. viii. Quod ratione potiuſ ĩnitendũ ẽ. & que miracula ſcripta ſũt ad confirmationem erroriſ multoꝝ.

QVare oporteret ĩ ea eẽ maxime in qua uite ratõ uerſatur ſibi queq; cõfidere ſuoq; iuditio ac ꝓpriiſ ſenſibuſ niti ad inueſtigãdã & ꝑſpitiendã ueritatẽ quã credẽtẽ alieiſ erroribuſ decipi tanq̃ ipſum rationiſ expertem. dedit omnibuſ deuſ pro uirili portione ſapientiam ut inaudita inueſtigare poſſent & audita perpendere. Nec q̃a noſ illi temporibuſ anteceſſerunt.

2008 Ministerio de Cultura

que ſi omnibuſ equaliter dat̃ occupari: ab antecedentibuſ non pót .illabiliſ ẽ tanq̃ lux & claritaſ ſoliſ. quia ut ſol oculorũ: ſic ſapiẽtia lumẽ ẽ cordiſ hũani. Quare cũ ſapere. id eſt ueritatẽ querere omnibuſ ſit ĩnatũ ſapĩa ſibi adimũt q ſine ullo iuditó inuẽta maiorꝝ ꝓbãt & ab aliiſ pecudũ more ducuntur. ſed hoc fallit ꝙ maiorꝝ nomine poſito nó putãt fieri poſſe ut aut ipſi pluſ ſapiãt: qa minoreſ uocant̃: aut illi deſipuerint qa maioreſ nominãt̃. Quid ergo impedit quin ab ipiſ ſumamuſ exemplũ. Aut quó illi que falſa ĩuenerãt poſteriſ tradiderũt. ſic noſ qui uerũ ĩuenimuſ poſteriſ meliora tradãuſ. Supeſt ingẽſ queſtio cuiuſ diſputatio nó ab ingenio ſed a ſciẽtia uenit que pluribuſ explicãda erit: nequid dubiũ oío relinquat̃. Nã fortaſſe aliqſ ad eã cõfugiat qui a multiſ & nó dubiiſ tradũtur auctoribuſ eoſ ipſoſ quoſ docuimuſ deoſ non eſſe. maieſtatẽ ſuam perſepe oſtẽdiſſe & ꝓdigiiſ & ſomniiſ auguriiſ & oraculiſ & ſane multa enumerari poſſũt digna miracula. In ꝑmiſ illud quod Actiuſ Nauiuſ ſũmuſ augur cũ Tarqniũ Priſcũ cõmoneret ut nihil noui facere inciperet niſi priuſ eẽt ĩauguratuſ. eiq; Rex artiſ eiuſ eleuãſ fidẽ diceret ut cõſultiſ auibuſ renũtiaret ſibi utrum ne fieri poſſet id qđ ipſe aĩmo cõcepiſſet affirmaretq; Nauiuſ poſſe. Cape igitur hãc inquit cotem eamq; nouaculo diſſice. at ille incunctanter accepit ac ſecuit. Deinde illud quod Caſtor & Pollux bello latino apud lacum Iuturne uiſi ſũt equorum ſudorẽ abluẽteſ cũ edeſ eorũ que iuncta fonti erat ſua ſponte pacuiſſet. Idem bello macedonico equiſ albiſ inſidenteſ Publio Vacinio romã nocte ueniẽti ſe obtuliſſe dicũtur nuntiãteſ eo die regem Perſen uictum atq; captũ. quod paucis poſt diebuſ litere Pauli uerum fuiſſe docuerunt. Illud etiam mirabile ꝙ ſimulacbrũ fortune muliebriſ nó ſemel locutũ eſſe tradit̃. Itẽ Iunoniſ monete cũ captiſ ueiſ ex militibuſ ad eã trãſferẽdam unuſ iocabũduſ ac ludenſ interrogaret utrũ ne romã migrare uellet? Reſpõdit uelle. Claudia quoq; ꝓponitur in exemplo miraculi. Nam cũ ex libriſ ſibilliniſ id ea mater eſſet accita & in uado tibirini fluminiſ nauiſ ĩ qua uehebat̃ heſiſſet nec ullo modo aut ulla ui commoueretur. Claudiam ferunt que ſemꝑ impudica eſſet habita ob nimioſ corporiſ cultuſ deã ſubmiſſiſ gẽibuſ oraſſe ut ſi ſe caſtam iudicaret ſuũ cingulum ſequeret̃. Ita nauim que ab omni iuuẽtute nó ualuit cõmoueri ab una

2008 Ministerio de Cultura

muliere eſſe commotam. Illud eque mirum ꝙ Lue ſeuiente
Eſculapiuſ Epidauro accituſ urbē romā diuturna peſtilētia
liberaſſe perhibetur. Sacrilegi quoq; numerari poſſunt quorū
preſentibuſ peniſ iniuriā ſuā dii uindicaſſe creduntur. Appiuſ
Claudiuſ cenſor cum aduerſuſ reſpōſū ad ſeruoſ publicoſ ſacra
Herculiſ tranſtuliſſet luminibuſ orbatuſ eſt. Et potitioꝝ genſ
que ꝑdidit intra uniuſ anni tempuſ extincta eſt. Item cenſor
Fuluiuſ cum ex Iunoniſ lacinie templo marmoreaſ tegulaſ
ſuſtuliſſet: quibuſ edem fortune equeſtriſ quam rome fecerat
tegeret mente captuſ eſt. Et amiſſiſ duobuſ filiiſ in illirico mi/
litantibuſ ſummo animi merore cōſumptuſ eſt. Prefectuſ enī
.M. Antonii Turulliuſ cum apud choo ſeuerſo Eſculapii luco
claſſe feciſſet: eodē poſtea luco a militibuſ Ceſariſ ē īterfectuſ.
Hiſ exempliſ adiūgiť Pirrhuſ: qui ſublata ex thezauro Pro/
ſerpīe locrēſiſ pecunia naufragiū fecit a uiciniſ dee littoribuſ
illiſuſ eſt: ut nihil preter eā pecuniā incolumē reperiret. Cereſ
quoq; Milleſia multū ſibi apud homineſ ueneratōniſ adiecit.
Nā cū ab Alexādro capta ciuitaſ eēt ac militeſ ad eā ſpoliādā
irrupiſſent omniū oculoſ repēte obiectuſ fulgor igniſ extīxit.
Repiūť etiā ſōnia que uim deorū uideāť oſtēdere. Tiberio
nāq; Attiuio hōi plebeio q̃ ꝑ quietem obuerſatuſ eē Iupiter
diciť. & precepiſſe ut cōſulibuſ & ſenatui nuntiaret ludiſ circē/
ſibuſ proximiſ preſultorē ſibi diſplicuiſſe ꝙ Antroniuſ maxīuſ
qui diuerberatum ſeruum ſub furca medio circo ad ſupplitiū
duxerat. ideoq; ludoſ īſtaurari oportere. ꝙ cū ille neglexiſſet
eodē die filiū ꝑdidiſſe. ipſe autem graui morbo eſt correptuſ.
Et cū rurſuſ eādē imaginem cerneret querentē ſatiſ ne penaꝝ
pro neglecto imperio pependiſſet lectica delatuſ ad cōſuleſ.
& omni re ī ſenatu expoſita recepiſſe corporiſ firmitatē. ſuiſq;
pedibuſ domū rediſſe. Illď quoq; ſōniū nō mīoriſ admiratōiſ
fuit: quo Ceſar Auguſtuſ diciť eē ſeruatuſ. Nā cū bello ciuili
brutiāo implicituſ graui morbo abſtīere ꝑlio ſtatuiſſet medico
eiuſ Artorio minerne ſpecieſ obſeruata eſt. monenſ ne propter
corpiſ imbecillitatē caſtriſ ſe contineret Ceſar. Itaq; in acie
lectica perlatuſ eſt. Eodē die a Bruto caſtra capta ſūt. Multa
preterea exēpla ſimilia poſſūt ꝓferri: ſed uereor ne ſi fuero in
ꝓpoſitōe rerū cōtrariarum diutiuſ immoratuſ: aut oblituſ eē
ꝓpoſiti uidear: aut crimen loquacitatiſ incurram.

2008 Ministerio de Cultura

Capitulũ .ix. Quod per ĩuidiam diaboli intrauit morſ. & pullulant radiceſ errorum. Et ꝙ deuſ ipſe n atura eſt. qui materiam primordialem & omnia fecit ex nihilo.

EXponam igitur oĩum iſtorum rationem quo faciliuſ reſ difficileſ & obſcure intelligantur: & haſ omneſ ſimulataſ numiniſ preſtigiaſ reuelabo: quibuſ inducti hoĩeſ a ueritatiſ uia longiuſ receſſerunt. ſed repetam longe altiuſ ut ſi quiſ ad legendũ experſ ueri & ignaruſ acceſſerit. Inſtituat̃ atq; intel/ligat ꝙ tandem ſit caput horum & cauſa malorum. & lumine accepto ſuoſ ac totiuſ generiſ humani perſpitiat erroreſ. Sicut mater ſine exemplo genuit: ſic ĩeffabiliter pater genuiſſe cre/denduſ ẽ coeternum. De matre natuſ eſt: qui ante iam fuit de patre qui aliquando nõ fuit. hoc fideſ credat. intelligẽtia non requirat. Ne autem nõ inuentũ putet incredibile: aut reptuſ nõ credat ſingulare. Cũ eẽt deuſ ad excogitãdũ prudẽtiſſimuſ ad fatiendum ſolertiſſimuſ anteq̃ ordiretur hoc opuſ mundi: quoniam pleni & conſumati boni fonſ in ipſo erat. ſicut ẽ ſẽp ut ab eo bono tãq̃ riuuſ oriret̃: lõgeq; ꝓflueret ꝓduxit ſimilẽ ſui ſpiritum qui eſſet uirtutibuſ dei patriſ predituſ. Quomodo autem id uoluerit: in quarto docere conabimur libro. Deinde fecit alterũ in quo indoleſ diuine ſtirpiſ non permanſit. Itaq; ſuapte inuidia tanq̃ ueneno infectuſ eſt: & ex bono ad malũ trãſcendit ſuoq; arbitrio qđ a deo illi liberũ datum fuerat cõ/trarium ſibi nomen aſciuit. Vnde apparet cunctorum maloꝝ fontem eſſe liuorem. Inuidit enim illi anteceſſori ſuo: qui deo patri perſeuerando tum cõprobatuſ etiam & caruſ eſt. Nunc ergo ex bono per ſe malum effectum greci diabolũ appellãt. noſ criminatorem uocamuſ. ꝙ crimĩa in que ipſe illicit ad deũ deferat. Exorſuſ igitur deuſ fabricam mundi illum primũ et maximũ filiũ prefecit operi immenſo: eoq; ſimul & cõſiliatore uſuſ eſt: & artifice in excogitandiſ ornandiſ fatiendiſq; rebuſ. quoniam iſ & prudentia & ratiõe & poteſtate perfectuſ eſt. de quo nunc partiuſ quod alio loco & uirtuſ & nomen eiuſ & ratõ inenarranda nobiſ eirt. Nemo querat ex quibuſ iſta materiſ tã magna tã mirifica opa deuſ fecerit. Oĩa enĩ fecit ex nihilo. Nec audiẽdi ſũt poete: q aiũt chaoſ ĩ p̃ncipio fuiſſe. id ẽ con/fuſionẽ reꝝ atq; elemẽtoꝝ. Poſtea uero dirimiſſe omnẽ illam

2008 Ministerio de Cultura

congeriẽ: ſingulíſq; rebuſ ex confuſo aceruo ſepatiſ í ordineq; deſcriptiſ inſtruxiſſe mundũ pariter & ornaſſe. quibuſ facile reſpondere poteſtatem dei non intelligentibuſ quem credũt nihil efficere poſſe niſi ex materia ſubiacente ac preparata. in quo errore etiã philoſophi fuerũt. Nã Cicero de natura deoꝝ diſputãſ ait ſic. Primũ igitur nõ eſt probabile eam materiam rerum unde orta ſunt omnia eſſe diuina prouidentia effecta. ſed habere & habuiſſe uim & naturam ſuam. ũde igitur faber cum quid edificaturuſ eſt: nõ ipſe facit materiam: ſed ea utitur que ſit parata pictorq; idem. Sic iſti ꝓuidẽtie diuine materiã preſto eſſe oportuit nõ quam ipſe faceret: ſed quam haberet paratam. ꝙ ſi non eſt a deo materia facta ne terra quidem & aqua & aer & igniſ a deo factuſ eſt. O quanta ſunt uicia í hiſ decem uerſibuſ. Primum ꝙ iſ qui in aliiſ diſputatõibuſ & libriſ fere omnibuſ ꝓuidẽtie fuerit aſſertor: & q̃ acerrimiſ argumẽtiſ impugnauerit eoſ: qui prouidentiam nõ eſſe dixerunt. Idem nũc quaſi proditor aliquiſ aut tranſfuga ꝓuidentiã conatuſ eſt tollere. in quo ſi contradicere ueliſ: nec cogitatiõe opuſ ẽ: nec labore ſua illi dicta recitãda ſũt. Nec enĩ ab ullo poterit Cicero q̃ a Ciceróe uehementiuſ refutari. Sed concedamuſ hoc mori & íſtituto achademicorum: ut liceat hõibuſ ualde liberiſ dicere ac ſentire que uelint: ſententiaſ ipſiuſ cõſideremuſ. Non eſt inquit probabile materiam rerum a deo factã. Quibuſ hoc argumẽtiſ doceſ. Nihil enim dixiſti quare hoc nõ ſit ꝓbabile. Itaq; mihi e contrario uel maxime ꝓbabile uidetur: nec tamẽ temere uidetur cogitanti pluſ eſſe aliquid in deo: quẽ ꝑfecto ad imbecillitatem hominiſ redigiſ: cui nihil aliud q̃ opifitium concediſ. Quomodo igitur ab homine diuina illa uiſ differret: ſi ut homo. ſic etiam deuſ ope indiget aliẽa. Indiget autem ſi nihil moliri poteſt: niſi ab altero illi materia miniſtretur. qđ ſi ſit imꝑfecte utiq; uirtutiſ eſt: & erit iam potẽtior iudicãduſ materie inſtitutor. Quo igitur nomine appellabitur q̃ potẽtia deum uicit. Siquidem maiuſ ẽ ꝓpria facere: q̃ aliẽa diſponere. Si autem fieri non põt ut ſit potẽtiuſ deo quicq̃: quẽ neceſſe eſt perfecte eſſe uirtutiſ poteſtatiſ ratõniſ. Idem igit̃ materie fictor eſt: qui & rerum ex materia cõſtantium neq; enim deo non fatiente & inuito eſſe aliqđ: aut potuit aut debuit. Sed probabile eſt inquit materiã reꝝ & habere & habuiſſe naturã

2008 Ministerio de Cultura

ſuam & uim: quã uim potuit habere nullo dãte: quã naturam nullo generãte. Si habuit uim: ab aliquo eam ſumpſit. A quo autem ſumere niſi a deo potuit. Si habuit naturam que utiq; a naſcendo dicitur: nata eſt. a quo autem niſi a deo potuit. p/creari. Natura enim qua dicitiſ orta eſſe omnia. ſi conſiliũ nõ habet: efficere nihil poteſt. Si aũt generãdi aut faciendi poteſ eſt: habet ergo conſilium: & ꝓpterea deuſ ſit neceſſe eſt. Nec alio nomine appellari poteſt ea uiſ: in qua eſt & prouidentia excogitandi & ſolertia poteſtaſq; faciendi. Meliuſ igit᷑ Seneca oĩum ſtoicorum acutiſſimuſ: qui uidit nil aliud eſſe naturam q̃ deum. Ergo inquit deũ nõ laudamuſ: cui naturaliſ ẽ uirtuſ. nec illã didicit ex ullo: imo laudabimuſ: q̃uiſ ei naturaliſ illa ſit. ſibi illam dedit: quoniam deuſ ipſa natura eſt. Cum igitur ortum rerum tribuiſ nature: ac detrahiſ deo in eodem luto he/ſitaſ uerſuram ſoluiſ. A quo enim fieri negaſ: ab eodem plane fieri mutato nomine cõfiteriſ: Sequit᷑ ineptiſſima cõparatio. ut faber inquit cũ quid edificaturuſ eſt: nõ ipſe facit materiã: ſed utitur ea que ſit parata fictorq; item cera. Sic iſti ꝓuidẽtie diuine materia eſſe ꝑſto oportuit: nõ quã ipe faceret: ſed quã hẽret patã. imo uero nõ oportuit. Erit enĩ deuſ mĩoriſ ꝑtãtiſ ſi ex parato facit quod eſt hominiſ. Faber enĩ ſine ligno nihil edificat: quia lignum ipſum facere nõ poteſt. Non poſſe autẽ imbecillitatiſ eſt humane deuſ uero facit ſibi. ipe materiã: quia poteſt. Poſſe enim dei eſt. nam ſi non põt: deuſ nõ eſt. Homo facit ex eo quod ẽ: quia ꝑ mortalitatẽ imbecillitatẽ definite ac modice poteſtatiſ. Deuſ autem facit ex eo quod nõ eſt: q̃a per eternitatem fortiſ eſt: per fortitudinẽ poteſtatiſ immenſe: que fine ac modo caret ſicut uita factoriſ. Quid ergo mirum ſi facturuſ mundum deuſ: priuſ materiam de q̃ faceret ꝑparauit ex eo q̃d non erat: quia nefaſ eſſet deũ aliũde aliq̃d mutuari: cum in ipſo uel ex ipſo ſint oĩa. Nam ſi eſt aliquid ante illum factum: & quicq̃ non ab illo factũ eſt: poteſtatẽ dei & nomẽ amittet. At enim materia nunq̃ facta eſt. ſic deuſq ex materia fecit hunc mundum. Suo igitur conſtituuntur eterna: & q̃dem inter ſe contraria. quod fieri ſine diſcordia & pernitie non põt. Collidant enim neceſſe eſt ea quorum uiſ & ratio diuerſa eſt. ſi utraq; eterna eſſe non poterunt. ſi repugnant quia ſuperare alterum neceſſe eſt. ergo fieri nõ poteſt quin eterni natura ſit

2008, Ministerio de Cultura

ſimplex: ut inde omnia uelut ex fōte deſcenderint. Itaq; aut deuſ ex materia ortuſ eſt: aut materia ex deo. Quid horum ſit uerius facile eſt intelligi. Ex hiſ enim duobuſ alterum ſenſibile eſt: alterū caret ſenſu. Poteſtaſ faciendi aliq̄d nō poteſt eē niſi in eo quod ſentit: quod ſapit. quod cogitat: qđ mouetur. Nec incipi aut fieri aut conſumari quicq̄ poteſt: niſi fuerit ratione preuiſum. Et quēadmodū fiat anteq̄ eſt. aut quemadmodum conſtet poſtq̄ fuerit effectum. Deniq; iſ facit aliquid qui habet uoluntatem ad faciendū: & manuſ ad id qđ uoluit implendū. Quod autem inſenſibile eſt: inerſ & torpidū ſemper iacet. nihil inde oriri poteſt: ubi nulluſ eſt motuſ uolūtariuſ. Nā ſi omne animal ratione conſtat: certe naſci ex eo nō poteſt quod rōe preditum non eſt. nec aliunde accipi poteſt id: quod ibi unde petitur non eſt. Nec tamē commoueat aliquem: q̄ animalia quedam de terra naſci uident᷑. Hec enī nō terra per ſe gignit: ſed ſpirituſ dei ſine quo nihil gignitur. Nō ergo deuſ ex ma/teria: quia ſenſu preditū & inſenſibili. ſapiēſ ex bruto. īpatibile de patibili. experſ corporiſ de corporali. nunq̄ poteſt oriri: ſed materia potiuſ ex deo eſt. Quicq̄d enim ē ſolido & ītractabili corpore: accepit externam uim. quod accepit uim diſſolubile eſt: quod diſſoluitur īteribit: quod interit ortum ſit neceſſe ē. Quod ortum eſt habuit fontem unde oriretur. id ē factorem aliquem ſentientem: prouidum: peritum faciendi. iſ eſt ꝑfecto nec ulluſ q̄ deuſ. Qui quoniā ſenſu. ratiōe: prouidentia. ptāte. uirtute preditus eſt: & animantia & inaīmata creare & efficere poteſt. quia tenet quō quidq; ſit faciendum. Materia uero ſēp fuiſſe non poteſt. quia mutatōnē nō caperet: ſi fuiſſet. Quod enim ſemper fuit ſemper eſſe non deſit. & unde abfuit: ꝑncipiū abeſſe hinc etiam finem neceſſe eſt. Quinetiā faciliuſ eſt ut id quod habuit initium fine careat: q̄ ut habeat finem. qđ initio caruit. Materia ergo ſi facta non eſt: nec fieri ex ea quicq̄m poteſt. Si fieri ex ea nō pōt: nec materia quidē erit. Materia enī ē ex q̄ fit aliquid. Omne aūt ex quo fit: qa recipit opificiſ manū deſtruit᷑. & aliud eſſe incipit. Ergo quoniā finē habuit materia: tum cū factuſ ē ex ea munduſ. & initiū quoq; habuit. Nam quod deſtruit᷑: edificatū ē. qđ ſoluit᷑ alligatū. qđ finit᷑: īceptū ē. Si ergo ex cōmutatōe ac fīe materia colligit᷑ hūiſſe principium: a quo alio fieri niſi a deo potuit? Soluſ igit᷑ deuſ

2008 Ministerio de Cultura

eſt q factuſ nõ eſt: & idcirco deſtruere alia põt. ipſe deſtrui nõ põt. permanebit ſemper ĩ eo qđ fuit qa nõ ẽ aliũde generatuſ nec ortuſ. nec natiuitaſ eiuſ ex aliqua re alia pendet: que illũ mutata diſſoluat. Ex ſeipſo ẽ ut in pmo dixiuſ libro. Et ideo taliſ ẽ qualẽ ſe eſſe uoluit impaſſibiliſ ĩmutabiliſ incorruptuſ btũſ eternuſ. Iã uero illa cõcluſio q̃ ſentẽtia termĩauit Tulliuſ multo abſurdior. q ſi materia inqt a deo nõ ẽ facta: nec terra quidẽ & aqua: & aer & igniſ a deo factuſ ẽ. Quã callide piculũ pteruolauit. Sic enim ſupiuſ illud aſſumpſit tanq̃ pbatõe nõ indigeret: cũ id multo eſſet ĩcertiuſ: q̃ illud ppter qđ aſſũptũ eſt. Si nõ ẽ inqt a deo facta materia: nec mũduſ a deo factuſ eſt. Ex falſo maluit colligere qđ falſũ ẽ: q̃ ex uero qđ uerũ. Et cũ debeant incerta de certiſ pbari: hic pbatõnẽ ſumpſit ex incerto ad euertẽdũ qđ erat certũ. Nã diuĩa puidẽtia effectũ eſſe mũdũ: ut taceã de maxĩo Trimegiſto q hoc pdicat. Taceã de carminibuſ Sibillarum: que idem nuntiant. Taceam de pphetiſ: q opuſ mũdi & opificium dei uno ſpiritu ac pari uoce teſtant. Etiã inter phõſ pene uniuerſoſ cõuenit. Idẽ etiã pythagorici. ſtoici. pipathetici: q ſũt principaleſ oĩum diſcipline. Deniq; a pmiſ illiſ ſeptẽ ſapiẽtibuſ uſq; a Socrate uſq; ad Platonẽ p cõfeſſo etiã ĩdubitato hitũ ẽ. donec unuſ multiſ poſt ſeculiſ extitit deliruſ Epicuruſ q auderet negare id qđ ẽ euidẽtiſſim ſtudio ſcilicet ĩuenie̅di noua. ut noĩe ſuo cõſtitueret diſciplĩa. & qa nihil noui potuit repire ut tamẽ diſſentire a ceteriſ uideret: uetera uoluit euertere: ĩ quo illũ circũlatrãteſ phi oẽſ coarguerũt. Certiuſ ẽ igit mũdũ puidẽtia ĩſtructũ: q̃ materiã puidẽtia cõglobatã. Quare nõ oportuit putare. idcirco mũdũ nõ eẽ diuĩa puidẽtia factũ: qa materia eiuſ diuĩa puidẽtia facta nõ ſit. ſed qa mũduſ diuĩa puidẽtia ſit effcũſ: & materiã eſſe factã diuĩtuſ. Credibiliuſ ẽ enĩ materiã potiuſ a deo factã. qa deuſ oĩa põt: q̃ mũdũ a deo nõ eẽ factũ qa ſine mẽte ratõe cõſilio nihil fieri põt. Verũ hec nõ Cicerõiſ ẽ culpa: ſed ſecte. Cũ enĩ ſuſcepiſſet diſputatõnẽ q̃ deoꝝ naturã tolleret: de qua garriebãt: oẽm diuĩtatẽ ignorantiã ueri putauit eẽ tollẽdã. Itaq; deoſ potuit tollere. qa nõ erãt. Cũ aũt puidẽtiã diuinã que ẽ ĩ uno deo conaret euertere: qa contra ueritatẽ niti ceperat: defitiẽtibuſ argumẽtiſ in hãc foueam neceſſario decidit. unde ſe extricare nõ poſſet. Hic ergo illũ teneo herẽtẽ. teneo

2008 Ministerio de Cultura

defixū: q̄a Luciliuſ q̄ cōtra diſſerebat obmutuit. Hic ē ergo cardo rerū: hic uertunt̄ omnia. Explicet ſe contra ſi poteſt ex hac uoragine: p̄ferat argumēta q̄buſ doceat ſp̄ fuiſſe materiā: quā nulla ꝓuidentia effecerit. Oſtendat quō quicq̄ pōderoſū & graue aut eē potuerit ſine auctore: aut immutari ualuerit. ac deſierit eſſe qđ ſemper fuit. ut inciperet eē quod nūq̄ fuit. Que ſi docuerit tum demū aſſentiar ne mūdum quidem diuīa prouidētia cōſtitutū. & tamē ſic aſſentiar: ut aliuſ illū laqueiſ teneam. Eodem enim quo nollet reuoluet̄. ut dicat & materiā de qua mūduſ ē: & mūdū qui de materia eſt natura extitiſſe. cum ego ipſam naturam deum eſſe cōtendā. Nec enim poteſt facere mirabilia. id eſt maxima ratōe conſtantia: niſi q̄ habet mentem. prouidētiam. p̄tātem. ita fiet: ut deuſ fecerit oīa. nec quicq̄ eſſe poſſit omnino: qđ nō originem a deo traxerit. At idem quotieſ epicuruſ ē. & non uult a deo factū eſſe mundum. querere ſolet quibuſ manibuſ: quibuſ machiniſ quibuſ uectibuſ qua molitione hoc tantum opuſ fecerit. Videret fortaſſe ſi eo tēpore potuiſſet eē quo deuſ fecit. Sed ne p̄ſpiceret homo dei opera. noluit eū īducere in hūc mūdum niſi p̄fectiſ omnibuſ. ſed ne induci quidem poterat. Quomodo eī ſubſiſteret cum fabricaret̄ deſup̄ celū. terra ſubtuſ fūdaret̄. cū fortaſſe humida uel nimiſ corpata rigoribuſ concreſcerent: uel igneiſ caloribuſ incocta & ſolidata dureſcerent. Aut quomō uiueret ſole nōdū inſtituto: nec frugibuſ ac animalibuſ natiſ. Itaq; neceſſe fuit hoīem poſtremo fieri: cū iā mūdo ceteriſq; rebuſ manuſ ſūma eſſet impoſita. Deniq; ſancte litere docēt hoīem fuiſſe ultimū dei opuſ & ſic īductū fuiſſe ī hūc mūdū: q̄ſi ī domū iā paratā & inſtructā. Illiuſ enī cā facta ſūt oīa. Idē etiā poete fatent̄. Ouidiuſ p̄fecto iam mūdo & uniuerſiſ aīalibuſ figuratiſ hoc addidit. Sāctiuſ hiſ aīal mētiſq; capatiuſ alte. Deerat adhuc & qđ dominari ī cetera poſſet. Natuſ hō ē adeo nefaſ extiandū eſt ea ſcrutari que deuſ uoluit eē celata. Verū ille nō audiēdi aut diſcendi ſtudio requirebat: ſed fallendi q̄a cōfidebat neīem id poſſe dicere. Quaſi uero ex hoc putandum ſit non eſſe hec diuinituſ facta quia quō facta ſint non pōt ꝓuideri. An tu ſi educatuſ ī domo fabrefacta & ornata nullam unq̄ fabricam uidiſſeſ: domū illam putaſſeſ nō ab hoīe eſſe edificatā q̄a quō edificat̄ ignorareſ. Idē p̄fecto de domo quereres quod nunc de

2008 Ministerio de Cultura

mundo requiris: quibus manibus quibus ferramētis homo tāta eſſet opera molitus. maxime ſi ſaxa ingentia: immēſa cemēta: uaſtas colūnas opus totū ſublime & excelſum uideres. Nōne hec tibi humanarū uiriū modū uiderēt excedere. quia illa nā tā uiribus q̄ ratōe atq; artifitio facta eſſe neſcires. ꝙ ſi homo quo nihil pfectū eſt tam plus efficit ratiōe q̄ uires eius exigue patiant. quid eſt cur incredibile tibi eſſe uideatur cū mundus dicit factus a deo. i quo quia perfectus eſt nec ſapiētia poteſt habere terminū: nec fortitudo menſurā. Opera ipſius uidentur oculis. quō aūt ille fecerit nec mēte qdē uidēt: qa ut Hermes ait mortale immortali temꝑale ꝑpetuo. corruptile incorrupto propinquare nō pōt. id ē. ꝓpius accedere & intelligētia ſubſeq. Et ideo terrenū adhuc aīal rerū celeſtiū ꝑfectionē non capet quia corpore quaſi cuſtodia ſeptū tenet: quo miꝰ ſoluto ac libero ſenſu cernat oīa: Sciat igit q̄ inepte faciat q res inenarrabiles querit. hoc ē enim modum conditōis ſue trāſgredi nec intelligere quouſq; homini liceat accedere. Deniq; cū aperiret hōi ueritatē deus ea ſola ſcire nos uoluit: que interfuit hoīem ſcire ad uitā conſequēdam. Que uero ad curioſam & ꝓfanam cupiditatē ꝑtinebāt reticuit ut arcana eēnt. Quid ergo queris que nec potes ſcire? Nec ſi ſcias beatior fias. Perfecta ē i hoīe ſapīa: ſi & deū eē unū: & ab ipo eſſe facta uniuerſa cognoſcat.

Capitulū. x. Quod deus quatuor elemēta diſtinxit & q̄tuor q̄litates. & quatuor tēpa. & ꝙ ex calore & hūore ſit uita. & q̄re hoīes igne: cetera aīalia aq̄ magis utant.

NVnc quoniā refutauimus eos q de mundo & factore eius deo aliter ſētiūt q̄ ueritas habet: ad diuinā mūdi fabricā reuertamur. de qua in arcanis ſancte religionis literis traditur. Fecit igit deus primū oīum celū: & in ſublime ſuſpendit quod eſſet ſedes ipſius dei cōditoris. Deinde terram fundauit ac celo ſubdidit. quā homo cum ceteris animaliū generibus incoleret. Eam uoluit hūore circūflui & contineri. ſuū q; uero hitaculū diſtinxit claris luminibus: & impleuit ſole ſcilicet luneq; orbe fulgenti & aſtroꝝ micantium ſplendentibus ſignis adornauit. tenebras aūt qđ ē his cōtrariū conſtituit in terra. Nihil enim per ſe continet luminis niſi accipiat a celo in quo poſuit lucem

2008 Ministerio de Cultura

perennē. & ſuperoſ & uitā ꝑpetuā. Et contra in terra tenebraſ
& inferoſ & mortem. Tanto enī hec ab illiſ ſuꝑioribuſ diſtāt:
quantū mala boniſ & uicia uirtutibuſ. Ipſiuſ quoq; terre binaſ
parteſ contrariaſ inter ſe diuerſaſq; conſtituit. ſcilicet orientem
occidentēq;. ex quibuſ orienſ deo accenſetur. quia ipē luminiſ
fonſ & illuſtrator ē rerū. & qđ oriri noſ faciat ad uitā ſempi/
ternam. Occidenſ aūt cōturbate illi praueq; menti aſſcribitur.
qđ lumen abſcondat quod tenebraſ ſemper inducat. Et quod
hoīeſ faciat occidere atq; īterire peccatiſ. Nā ſicut lux orītiſ
eſt: in luce autem uite ratio uerſat̄. ſic occidentiſ tenebre ſunt.
In tenebriſ aūt morſ & interituſ cōtinet̄. Deinde alteraſ ꝑteſ
eadem ratiōe dimenſuſ eſt meridiem ac ſeptentrionē. que ꝑteſ
illiſ duabuſ ſocietate iunguntur. Ea enim que eſt ſoliſ calore
flagrātior: ꝓxima eſt & coheret orienti. At illa que frigoribuſ
& perpetuo gelu torpet. eiuſdē eſt cuiuſ extremuſ occaſuſ. Nā
ſicut contrarie ſunt lumini tenebre: ita griguſ calori. ut igitur
calor lumini eſt ꝓximuſ. ſic meridieſ orienti ut friguſ tenebriſ:
ita plaga ſeptentrioniſ occaſui. Quibuſ ſinguliſ partibuſ ſuum
tempuſ attribuit. Ver ſcilicet orienti. eſtatē meridionali plage
autūnuſ eſt ſeptētriōali. occidēſ hibernuſ. In hiſ quoq; duabuſ
partibuſ meridionali & ſeptētrionali figura uite & mortiſ cō/
tinetur: quia uita in calore eſt: morſ ī frigore. Sicut aūt calor
ex igne eſt: ita friguſ ex aqua. Scđm harū partiū dimēſionē
diem quoq; fecit ac noctē. que ſpatia & orbeſ tēporū ꝑpetuoſ
ac uolubileſ quoſ uocamuſ annoſ alterna per uiceſ ſucceſſione
confitiāt. Dieſ quē primuſ orienſ ſubminiſtrat: dei ſit neceſſe
eſt. ut omnia quecūq; meliora ſūt. Nox autem quam occidenſ
extremuſ inducit: eiuſ ſcilicet quem dei eſſe emulum diximuſ.
Que duo etiam in hoc preſciuſ futurorꝫ deuſ fecit: ut ex hiſ &
uere religioniſ: & falſarꝫ ſuꝑſtitōnū imago quedā oſtēderet̄.
Nam ſicut ſol qui oritur in die licet ſit unuſ: unde ſolem eſſe
appellatum Cicero uult uideri: ꝙ obſcuratiſ ſideribuſ ſoluſ ap/
pareat: tamen quia uerū ac perfecte plenitudiniſ lumen eſt: &
calore potiſſimo: & fulgore clariſſimo illuſtrat omīa: ita ī deo
licet ſit unuſ: & maieſtaſ & uirtuſ & claritudo ꝑfecta eſt. Nox
autem quam prauo illi Antitheo dicimuſ attributā eiuſ ipſiuſ
multaſ & uariaſ religioneſ ꝑ ſimilitudinē demōſtrat. Quāuiſ
enim ſtelle īnumerabileſ micare ac radiare uideantur: tamen

2008 Ministerio de Cultura

quia non ſunt plena ac ſolida lumina nec caloriſ pferũt quicq̃:
nec tenebraſ multitudĩe ſua uincũt. Duo igitur illa p̃ncipalia
inueniunt: que diuerſam & contrariã ſibi habent poteſtatem:
calor & humor. que mirabiliter deuſ ad ſuſtentãda & gignẽda
omnia excogitauit. Nã cum uirtuſ dei ſit in calore & igni. niſi
ardorẽ uimq; eiuſ admixta hũoriſ ac frigoriſ materia tpaſſet:
nec naſci quicq̃: nec coherere potuiſſet. q̃n ſtatim cõflagratõe
interiret: quidquid eſſe cepiſſet. Vnde & philoſophi quidem &
poete diſcordi concordia mundum conſtare dixerũt. ſed rõem
penituſ nõ uiderũt. Heraclituſ ex igne nata eſſe omĩa dixit.
Taleſ Mileſiuſ ex aqua. Vterq; uidit aliqd: ſed errauit tamẽ
uterq;. quod alterutrum ſi ſolũ fuiſſet: neq; aqua naſci ex igne
potuiſſet. neq; rurſuſ igniſ ex aqua. ſed ẽ ueriuſ ſimul ex utroq;
permixto cũcta generari. Igniſ quidem permiſceri cum aqua
non poteſt. qa ſunt utraq; inimica. & ſi cominuſ uenerit. alter/
utrum quod ſupauerit conficiat alterũ neceſſe eſt. ſed eorum
ſubſtantie permiſceri poſſunt. Subſtantia igniſ calor eſt. aque
humor. Recte igitur Ouidiuſ. Quippe ubi temperiẽ ſumpſere
humorq; calorq; cõcipiũt & ab hiſ oriunt̃ cũcta duobuſ. Cũq;
ſit igniſ aque pugnax uapor hũiduſ omĩſ. Reſ creat & diſcorſ
cõcordia fetibuſ apta eſt. Alterum enim quaſi maſculinũ ele/
mentum eſt. alterum quaſi femininum. alteꝝ actiuum. alterum
patibile. Ideoq; a ueteribuſ inſtitutũ eſt: ut ſacramento igniſ
& aque nuptiarum federa ſanctiant̃. quod fetuſ animantium
calore & humore corporentur: atq; animentur ad uitam. Cum
enim conſtet omne animal ex aĩa & corpore: materia corpiſ ĩ
humore eſt: aĩme calore. Quod ex auiũ fetibuſ dat̃ ſcire: quoſ
craſſi hũoriſ plenuſ niſi opifex calore fouerit. nec humor põt
corporari. nec corpuſ animari. Exulibuſ quoq; igniſ & aqua
interdici ſolebat. Adhuc enim uidebat̃ nefaſ: q̃uiſ maloſ tamẽ
homineſ ſupplitio capitiſ afficere. Interdicto igit̃ uſu eaꝝ rerũ:
quibuſ uita cõſtat hoĩum: perinde habeatur ac ſi eſſet qui eam
ſentẽtiam exceperat morte multatuſ. Adeo iſta duo elemẽta
prima ſũt habita: ut nec ortũ hoĩſ: nec ſine hiſ uitã crediderĩt
poſſe conſtare. Horum alterum nobiſ cõmune eſt cum ceteriſ
animantibuſ. alterũ ſoli homini datũ. Noſ enĩ quoniã celeſte
atq; immortale aĩal ſumuſ: igne utimur. q nobiſ ĩ argumẽtũ
immortalitatiſ datuſ eſt. quoniam igniſ e celo eſt. cuiuſ natura

2008 Ministerio de Cultura

quia mobiliſ eſt. & ſurſum nitit᷑. uite continet ratione͂. Cetera uero aı̄malia quoniã tota ſũt mortalia: tãtũmodo aqua utũt quod eſt elementum corꝑale atq; terrenũ. cuiuſ natura quia mobiliſ eſt: ac deorſum uergenſ: figuram mortiſ oſtendit. ideo pecudeſ neq; in celum ſuſpitiũt: neq; religióe ſſentiũt. quoniã ab hiſ uſuſ igniſ alienuſ eſt. Vnde autem uel quomó deuſ hec duo principalia: ignem & aquã uel accenderit uel eliquauerit: ſoluſ ſcire pót q fecit.

Capitulũ. xi. Quod creato mũdo facta animalia ꝓpter homineſ ſunt. & tandem homo ipſe. Et quid ſit ꝙ poete finxerunt Deucalione͂ hoı̄eſ reparaſſe. Et ꝙ Ariſtoteleſ falſum putauit mundũ ee͂ eternũ. Et que ſũt treſ parteſ.

COnſumato igitur mũdo: aı̄alia uarii generiſ diſſimilibuſ formiſ: & magna & minora ut fierent imꝑauit. Et facta ſunt bina. ideſt. diuerſi ſexuſ ſingula. ex quorum fetibuſ & aer & terra & maria completa ſũt. Deditq; hiſ omnibuſ generatim deuſ alimenta de terra. ut uſui eſſe hóibuſ poſſent. Alia nimiꝝ ad cibos. alia uero ad ueſtimentũ. Que autem magnarum ſũt uirium ut in excolenda terra iuuarẽt: unde dicta ſũt iumẽta. ita rebuſ omnibuſ mirabili deſcriptione cópoſitiſ: regnum ſibi eternum parare conſtituit. & innumerabileſ animaſ procreare quibuſ immortalitatem daret. Tum fecit ipſe ſibi ſimulachrũ ſenſibile atq; intelligenſ. id eſt ad imaginiſ ſue formam. q̃ nihil poteſt eſſe perfectiuſ hominem figurauit ex limo terre. unde homo nuncupatuſ eſt: ꝙ ſit factuſ ex humo. Deniq; Plato humanam formam theoidem eſſe ait. Et Sibilla quæ dicit. εικωμεσ τ αμθρωποσ εμιν λογ ομ ορθομ εχονσα. id eſt ima/go eſt homo in ea ratioem rectam habenſ. De hac hominiſ fictióe poete quoq; q̃uiſ corrupte: tame͂ nó aliter tradiderũt. Nanq; hominem de luto a Prometheo factum eſſe dixerũt. Reſ eoſ non fefellit. ſed nomen artificiſ. Nullaſ enim literaſ ueritatiſ attigerant: ſed que ꝓphetarum uaticinio tradita in ſacrario dei continebantur. ea de fabuliſ & obſcura opinione collecta & deprauata ut ueritaſ a uulgo ſolet uariiſ ſermóibuſ diſſipata corrumpi. nullo addẽte aliquid aliud quod audierat carminibuſ ſuiſ comprehenderunt. Et hoc quide͂ inepte: ꝙ tã mirabile tamq; diuinũ opifitium homini dederũt. Quid enim

2008 Ministerio de Cultura

opuſ fuit homīem de luto fingi: cū poſſet eadem rōe generari qua ipſe Prometheuſ ex Iapetho natuſ eſt? Qui ſi fuit homo: generare hominem potuit: facere non potuit. De diiſ aūt illū non fuiſſe pena eiuſ in caucaſo mōte declarat. Sed neq; patrē ipſiuſ Iapethum: patruūq; Thitana quiſq̄ deoſ nūcupauit. qa regni ſublimitaſ peneſ Saturnum ſolum fuit. per quā diuinoſ honoreſ cū omnibuſ ſuiſ poſteriſ cōſecutuſ ē. Multiſ argumētiſ hoc figmentum poetarum. coargui poteſt. Factum ē diluuiū: ad perdendam tollendamq; ex orbe terre malitiā cōſtat inter omneſ. Idem & philoſophi poete ſcriptoreſq; rerum ātiquarū loquunt̄. in eo maxime cum ꝓphetarū ſermone cōſentiūt. Si ergo cathacliſmuſ a deo factuſ eſt: ut malitia que per nimiam multitudinem increuerat perderet̄: quō fictor hominiſ Pro/metheuſ fuit: cuiuſ filium Deucalionem iidem ipſi ob iuſtitiā ſolum eſſe dicunt ſeruatum? Quō unuſ graduſ & una ꝓgenieſ orbem terre tam celeriter potuit hominibuſ implere? Sed ui/delicet hoc quoq; ſic corrūpunt ut illud ſuperiuſ. cū ignorarēt in quo tempore cathacliſmuſ ſit factuſ in terra: & qſ ob iuſtitiā meruerit genere hūano pereunte ſaluari. & quomodo aut cum quibuſ ſeruatuſ ſit. que omnia ꝓphetice litere docent. Apparet falſum eſſe quod de opificio Promethei narrant. Verum quia poetaſ dixeram nō omnino mentiri ſolere: ſed figuriſ inuoluere obſcurare que dicāt non dico eſſe mentitoſ: ſed ꝑmū omnium Promethenm ſimulachrum hominiſ formaſſe depingi & molli luto. Ab eoq; natā eē ꝑmo artem ſtatuaſ & ſimulachra fīgēdi. Siquidem Iouiſ temporibuſ fuit: quibuſ ꝑmū templa cōſtitui & noui deorum cultuſ eſſe ceperunt: ſic ueritaſ fucata mēdatio eſt. & illud quod a deo factū ferebat̄ homini qui opuſ diuinū imitatuſ eſt cepit aſſcribi. Ceterum fictio ueri ac uiui hominiſ e limo dei eſt. quid Hermeſ quoq; tradit: qui nō tantū hoīem ad imaginē dei factū eē dixit a deo: ſed etiā illud explanare tentauit. q̄ ſubtili ratione ſingula queq; in corpore hōiſ mēbra formauerit. cum eorum nihil ſit quod nō tantundem ad uſuſ neceſſitatem: quantū ad pulcritudinem ualeat. Id uero etiam ſtoici cum de ꝓuidentia dixerūt facere conantur. & ſecutuſ eoſ Cicero pluriuſ quidem lociſ: ſed tamē materiam tā copioſam & uberem ſtrictim cōtingit: quā ego nūc idcirco pretereo: qa nuper ꝓpriū de ea re librū ad Demetrianū auditorem meum

2008 Ministerio de Cultura

ſcripſi. Illud hoc loco preterire nõ poſſũ. ꝙ errantes philoſophi quidam aiunt homineſ ceteraq; aĩalia ſine ullo artifice orta eſſe de terra. Vnde illud uirgilianũ eſt. Terrea ꝓgenieſ duriſ caput extulit aruiſ. Et hi maxime fuerunt ĩ ea ſententia: qui eſſe ꝓuidentiã negant. Nã ſtoici animantiũ fabricam diuine ſolertie tribuũt. Ariſtoteleſ aũt labore ſe ac moleſtia liberauit dicenſ ſemper fuiſſe mũdũ. Itaq; & hũanũ genuſ & cetera que in eo ſunt initiũ nõ habere: ſed fuiſſe ſemꝑ: ac ſemꝑ fore. Sed cũ uideamuſ ſingula queq; aĩalia que ante non fuerãt ĩcipere eſſe & eſſe deſinere. neceſſe eſt totũ genuſ aliquando eẽ cepiſſe & aliquando deſiniturũ eſſe q̃a cepit. Oĩa enĩ tribuſ tꝑibuſ cõtineri neceſſe eſt. ꝑterito preſenti futuro. Preteriti ẽ origo. preſentiſ ſubſtãtia. futuri diſſolutio. Que oĩa ĩ ſinguliſ hõibuſ apparent. & incipimuſ enim cũ naſcimur. & ſumuſ cũ uiuimuſ. & deſinimuſ cum interimur. Cloto colũ baiulat lacheſiſ trahit atropoſ occat. Vnde etiã treſ parcaſ eẽ uoluerũt. unã que uitã hõiſ ordiat̃. alteram que cõtexat. tertiã que rumpat ac finiat. In toto aũt genere hominũ: q̃a ſolũ preſenſ tempuſ apparet. ex eo tamen & preteritũ. id eſt origo colligitur. & futuꝝ id eſt diſſolutio. Nã quoniã eſt: apparet aliquando cepiſſe. eẽ enim nulla reſ ſine exordio poteſt. & quia cepit: apparet quandoq; deſitura. Nec enim põt id totũ eẽ immortale: quod ex mortalibuſ conſtat. Nã ſicut uniuerſi per ſinguloſ interimuſ: fieri põt ut aliquo caſu omneſ: uel ſterilitate terrarũ que accidere uel ꝑticulatim ſolet: uel peſtilẽtia ubiq; diffuſa: que ſingulaſ urbeſ atq; regioneſ plerũq; populat̃: uel incendio ĩ orbẽ miſſo quale iã fuiſſe ſub Phetõte dicit̃. uel diluuio aquarum quale ſub Deucalione traditur. cũ preter unũ homĩem: genuſ omne deletũ ẽ. Quod diluuiũ ſi caſu accidit: ꝓfecto potuit accidere: ut & unuſ ille qui ſuperfuit interiret. Si autem diuĩe ꝓuidẽtie nutu: quod negari non poteſt: ad reparandoſ hoĩeſ reſeruatuſ eſt. apparet in dei poteſtate eſſe: uel uitam uel interitũ generiſ humani. Quod ſi uult poteſt accidere ĩ totum. quia per parteſ accidit. apparet aliquando eſſe ortum: & fragilitaſ ut initium. ſic declarat & terminum. Que ſi uera ſunt: non potuit defendere Ariſtoteleſ: quo minuſ habuerit & munduſ ipſe principiũ. Quod ſi Ariſtoteli Plato & Epicuruſ extorquent. & Platõi & Ariſtoteli q̃ ſemꝑ fore mũdũ putauerũt. licet ſint eloquenteſ:

2008 Ministerio de Cultura

ingratiſ tamen idē Epicuruſ eripiet: q̄a ſeq̄t ut habeat & finē. Sed hec ĩ ultĩo libro pluribuſ: nūc ad hoīſ originē recurramuſ.

Capitulū .xii. Quod nō de terra uel ſponte nata ſunt aīalia ſed diſpoſitōe diuini. cuiuſ feciſſet deuſ noſ cōſcioſ ſi ſcire expediret.

RIūt certiſ cōuerſiōibuſ celi: & aſtroꝝ motibuſ maturitatē quādā extitiſſe aīaliū ſerēdoꝝ. Itaq; terrā nouā ſemen gēitale retinētē: folliculoſ ex ſe quoſdā ĩ uteroꝝ ſimilitudinē ꝓtuliſſe. De q̄buſ Lucretiuſ. Creſcebant uteri terrā radicibuſ apti. Eoſq; cū maturaſſet natura cogēte ruptoſ: aīalia tenera ꝓfudiſſe. Deīde terrā ipſā hūore quodā qui eſſet lacti ſimiliſ exuberaſſe. eoq; alimēto aīanteſ eē nutritoſ. Quō autem uim frigoriſ aut caloriſ ferre aut uitare potuerunt: aut oīo naſci cū ſol exureret friguſ abſtringeret. Nō erāt inquīt in principio mūdi hiemſ & eſtaſ: ſed ꝑpetua tempieſ & uer equabile. Cur ergo nihil hoꝝ fieri etiā nūc uidemuſ. q̄a ſemel fieri neceſſariū fuit ut aīalia naſcerent᷑. Poſtq̄ uero eſſe ceperūt: conceſſa hiſ facultate generandi: & terra parere deſit: & temporiſ conditio mutata ē. O q̄ facile ē mēdatia redarguere. Primum q̄a nihil pōt eē in hoc mūdo: qđ nō ſic ꝑmaneat ut cepit. Nec enī ſol & luna & aſtra tūc nō erāt: aut cum eēnt meatuſ nō habebāt: aut nō diuīa moderatō que curſuſ eoꝝ tēperat & gubernat cū ipſiſ ſimul ceperit. Deinde ꝙ ſi ita ſit ut dicūt prouidētiam eē neceſſe ē. & ĩ idipſum incidūt qđ maxīe fugiūt. Nōdum enim natiſ aīalibuſ aliquiſ utiq; ꝓuidit ut naſcerentur: ne orbiſ terre deſertuſ aut incultuſ horreret. Vt autem de terra ſine offitio parētū naſci poſſent: neceſſe ē magna rōe eē ꝓuiſū. Deīde ut humor ille cōcretuſ de terra ĩ uariaſ imagīeſ corpoꝝ fingeret᷑. Itē ut e folliculiſ quibuſ tegebant᷑: accepta uiuēdi ſentiendiq; rōe: tanq̄ ex aluo matrū ꝓfunderent᷑. mira inexplicabiliſq; ꝓ/uiſio ē. Sed puteūſ id quoq; caſu accidiſſe: illa certe que ſequūt᷑ fortuita eē nō poſſūt. ut terra cōtinuo lacte manaret. ut aeriſ tēperieſ eēt eq̄liſ. que ſi cōſtat idcirco eē facta: ut aīalia receſ edita uel hērēt alimētū: uel nō hērent ꝑiculum: neceſſe eſt ut aliq̄ſ diuīa neſcio q̄ rōne ꝓuiderit. Quiſ aūt poteſt ꝓuidere niſi deuſ? Videamuſ tamē an idipſum qđ dictitāt facere potuerit: ut hoīeſ naſcerēt᷑ e terra. Si cōſideret aliq̄ſ q̄diu & q̄buſ modiſ

2008 Ministerio de Cultura

educet̃ infanſ intelliget profecto non potuiſſe terrigenaſ illoſ pueroſ ſine ullo educatore nutriri. Fuit enĩ neceſſe ꝗ pluribuſ mẽſibuſ iacere ꝓiectoſ: donec cõfirmatiſ neruiſ mouere ſe: lo/cũq; mutare poſſẽt. qđ uix intra uniuſ ãni ſpatiũ fieri poteſt. Iã uide utꝝ ne infãſ eodẽ mõ & eodẽ loco quo ẽ effuſuſ iacere per multoſ menſeſ ualuerit. an nõ humore illo terre ꝙ alimẽti gratia miniſtrabat: & ſui corporiſ purgamẽtiſ ĩ unum mixtiſ: obrutuſ corruptuſq; moreret̃. Itaq; nullo mõ fieri põt: qn ab aliquo fuerit educatuſ: niſi forte aĩalia oĩa nõ tenera nata ſũt ſed ex creta qđ ut dicerent nunꝗ uenit illiſ in mẽtẽ. Oĩſ ergo illa ratio impoſſibiliſ & uana ẽ. ſi tamẽ ratio dici põt: ꝗ id agit̃ ut nulla ſit ratio. Qui enĩ dicit oĩa ſua ſponte eẽ nata: nihilq; diuine ꝓuidẽtie tribuit: hic ꝑfecto rõem nõ aſſerit ſed euertit. Quod ſi neq; fieri qcꝗ ſine rõe neq; naſci põt. apparet diuinã eſſe ꝓuidẽtiã: cuiuſ ẽ ꝓpriũ qđ dicit̃ ratio. Deuſ igit̃ reꝝ oĩm machinator fecit hoĩem. qđ Cicero ꝗuiſ expers celeſtiũ lrãrũ: uidit tamẽ. ꝗ libro de legibuſ ꝑmo hoc idẽ tradidit qđ ꝓphete cuiuſ uerba ſubieci. Hoc animal prouidum. ſagax multiplex. acutum memor. plenũ rationiſ & conſilii. quem uocamuſ ho/minem preclara quadam conditione generatum eſſe a ſummo deo ſolum. Eſt enim ex tot animantiũ generibuſ atq; naturiſ particepſ rationiſ & cogitatõniſ: cũ cetera ſint omnia exptia. Videſ ne hominem ꝗuiſ longe a ueritatiſ notitia remotum: tamen quoniã imaginẽ ſapientie tuebat̃: intellexiſſe nõ niſi a deo hoĩem potuiſſe generari. ſed tamẽ diuiniſ opuſ ẽ teſtioniſ ne minuſ humana ſuffitiãt. Sibilla hoĩem dei opuſ eſſe teſtat̃.

οσ μομοσ εστι θεοσ κτϊστισ ακρατιτοσ ϋπαρχωμαντ οσ δε εστιριζε τϋπομ μορφισ μεροπωμτε αυτοσ εμϊξε φϋσϊμ παμτομ γεμενσβϊοτοιο id eſt. qui ſoluſ ẽ deuſ creator liber ip̃e aũt ſtatuit figurã forme hoĩum. Ipſe miſcuit naturã omniũ ĩ generationẽ uite. Eadẽ tamen ſancte litere cõtinent. Deuſ ergo ueri patriſ offitio functuſ ẽ ip̃e corpuſ effinxit. Ip̃e aĩam ꝗ ſpiramuſ infudit. Illiuſ ẽ totũ quidquid ſumuſ. Quõ id fecerit ſi noſ oporteret ſcire docuiſſet. ſicut docuit cetera que cogitationẽ nobiſ & ꝑſtini erroriſ & ueri luminiſ attulerunt.

Ca. xiii. Quare duo ſexuſ mũdi mĩoriſ i dẽ hoĩſ. & qd ſit morſ eiuſ ꝑma. qd ſecũda & de ꝑmoꝝ pntũ culpa & pẽa.

2008 Ministerio de Cultura

RVm ergo marem ad ſimilitudinem ſuã primũ finxiſſet: tum etiã feminam cõfigurauit ad ipſius hõis effigiem.ut duo inter ſe permixti ſexus: ꝓpagare ſobolem poſſent.& oẽm terram multitudine opplere. In ipſius autem hominis fictione illarum duaꝝ materiarũ:quas inter ſe diximus eſſe cõtrarias: ignis & aqua cõcluſit perfecitq; ratiõem. Ficto enim corpore ſpirauit ei aĩam de uitali fonte ſpiritus ſui.qui eſt perennis.ut ipſius mũdi ex cõtrariis cõſtãtis elementis ſimilitudinẽ gereret. Conſtat enim ex aĩma & corpore.id eſt quaſi ex celo & terra. quandoquidẽ aĩa qua uiuimus uelut e celo orit̃ a deo:corpus e terra: cuius e limo diximus eſſe formatũ.Empedocles quem neſcias utrum ne inter poetas an inter phõs numeres. q̃a de reꝝ natura uerſibus ſcpſit.ut apud rõanos Lucre.& Varro q̃tuor elemẽta cõſtituit.id eſt ignẽ aerem aquam & terram.fortaſſe Triſmegiſtũ ſecutus.qui noſtra corpora ex his quatuor ele/mentis conſtituta eſſe dixit a deo.Habere nanq; in ſe aliquid ignis:aliquid aeris:aliquid aque:aliquid terre.& neq; ignẽ eſſe neq; aerem.neq; aquam.neq; terrã. que quidẽ falſa non ſũt. Nam terre ratio in carne ẽ.humoris in ſanguĩe.aeris ĩ ſpiritu. ignis in calore uitali.ſed neq; ſanguis a corpore ſecerni poteſt: ſicut hũor a terra.neq; calor uitalis a ſpiritu.ſicut ignis ab aere adeo rerũ omniũ duo ſola reperiunt̃ elemẽta.quoꝝ omĩs ratõ in noſtri corpis fictõe cõcluſa eſt.Ex rebus igit̃ diuerſis ac re/pugnãtibus homo factus ẽ ſicut ipe mũdus ex luce ac tenebris. ex uita & morte.que duo inter ſe pugnare in homĩe precepit. ut ſi aĩa ſupauerit:que ex deo orit̃ ſit immortalis:& ĩ ꝑpetua luce uerſet̃. Si aũt corpus uicerit aĩam dictioniq; ſubiecerit:ſit in tenebris ſempiternis & ĩ morte.cuius nõ ea uis eſt.ut iiuſtas aĩas extinguat oĩo:ſed ut puniat in eternũ.Eã penã ſecundã mortẽ noĩamus:que ẽ & ipſa perpetua:ſicut & immortalitas. Primã ſic diffinimus.Mors ẽ nature aĩantiũ diſſolutõ.uel ita. Mors ẽ corporis aĩeq; ſeductio. Secũdã uero ſic.Mors ẽ eterni doloris ꝑpeſſio.uel ita.Mors ẽ aĩaꝝ ꝓ meritis ad eterna ſuppli/a damnatio.Hec mutas pecudes nõ attingit:quarũ aĩe nõ ex deo cõſtãtes:ſed ex cõmuni aere morte ſoluunt̃. In hac igitur ſotietate celi atq; terre: q̃rũ effigies ĩ hoĩe expreſſa ẽ:ſupiorẽ ptẽ tenet ea que ſũt dei.aĩa ſcilicet que dominiũ corpis habet. inferiorẽ aũt ea que ſũt diaboli.Corpus itaq; qđ quia terrenũ

2008 Ministerio de Cultura

eſt: anime debet eſſe ſubiectū: ſicut terra celo. Eſt enim terra q̄ſi uaſculū quo tanq̄ domicilio temporali hic ſpiritus celeſtiſ utat̄. Vtriuſq; offitia ſūt: ut hoc qđ ē ex celo & deo imperet. Illud uero qđ ex terra ē: diabolo ſeruiat. Quod q d̄ē nō fugit hoīem: neq̄ Saluſtiū q ait. Sed oīſ noſtra uiſ ī aīo & corpe ſita ē: aīmi īpio: corp iſ ſeruitō magiſ utiur. recte ſi ita uixiſſet ut locutuſ ē. Seruiuit. n. fediſſimiſ uoluptatibuſ: ſuāq; ipe ſētētiā uite prauitate diſſoluit. Quod ſi aīa ignis ē ut oſtendimuſ: in celū debet eniti ſicut ignis ne extinguat̄. Hoc ē ad īmortali-tatē que in celo eſt. Et ſicut ardere ac uiuere nō pōt ignis: niſi aliqua pingui materia teneat̄ in qua habeat alimētū: ſic aīme materia & cibuſ ē ſola iuſtitia: q̄ tenet̄ ad uitā. Poſt hec deuſ hoīem q̄ expoſui rōe generatum poſuit ī pādiſo: id eſt in orto fecūdiſſimo & amēiſſimo. quē ī partibuſ orientiſ omni genere ligni arboꝝq; conſeruit. ut ex earū uariſ fructibuſ aleretur. Experſq; oīm laborū deo patri ſumma deuotiōe ſeruiret. Tū dedit ei certa mandata que ſi obſeruaſſet: īmortaliſ maneret. ſi trāſcendiſſet: morte afficeret̄. Id aūt p̄ceptū fuit: ut ex arbore una que fuit in medio pādiſi: nō guſtaret. in q̄ poſuerat intel-ligentiā boni & mali. Tū criminator ille iuidēſ opibuſ dei: oēſ fallatiaſ & calliditateſ ſuaſ ad decipiēdū hoīem intendit. ut ei adimeret īmortalitatē. Et p̄mo mulierē dolo illexit. ut ueti-tū cibū ſumeret. & p eā ipſi quoq; hōi pſuaſit: ut trāſcenderet dei legē. Percepta igit̄ ſciētia bōi & mali: pudere eū nuditatiſ ſue cepit. abſcōditq; ſe a facie dei: qđ ātea nō ſolebat. Tū deuſ ſentētia ī peccatoreſ lata eiecit hoīem de pādiſo. ut uictū ſibi labore cōquireret: ipſūq; paradiſū igni circūfallauit: ne homo poſſet accedere. dōec ſūmū iuditiū faciat ī terra. & iuſtoſ uiroſ cultoreſ ſuoſ in eundē locum reuocet morte ſublata. ſicut ſacre litere docent & Sibilla eritbrea cū dicit. οι δε θεον τιμωντεσ αληθινον αεναον γε ζωην κληρονομουσι τον αιωνοσ χρονον οραντοι οικουντεσ παραδεισον ομωσ εριθηλεα κηπον. Qui autem deum honorant uerum: ſempiternam utiq; uitam hereditario iure poſſidēt ſeculi tempuſ ipſi hītanteſ ad paradiſū ſimiliter florentiſſimū ortū. Verū quoniam hec extrema ſūt: tota in extrēa operiſ huiuſ pte tractabimuſ. Nūc ea que p̄ma ſūt explicemuſ. Morſ itaq; ſecuta ē hoīem ſcđm dei ſententiā. qđ etiā Sibilla ī carmīe ſuo docet dicēſ. ανθρωπον πεπλασθαι

2008 Ministerio de Cultura

θεον παλαμαισ ον και πλανησεν οφισ δολιωσ επι μοιραν ανελθειν τον θανατον γνωσιν δε λαβειν αγαθον τε καλον τε. id eſt hoīem fictū dei mãibuſ quē & ſeduxit ſerpenſ doloſe ad fatū aſcēdere mortiſ: notōnēq; bōi & mali hoīem plaſmatū dei ipiuſ palmiſ. quē doliſ fefellit ſerpēſ: ut uim mortiſ incur/reret: & ſcientiã acciperet boni & mali. Sic facta hōiſ uita eſt. & p oēm ſciam publicatū. cū Varro nō ignoraret argumētari niſuſ eſt: cur putarent antiqui mille ãnoſ uictitaſſe. Ait enim apud egyptioſ pro ãniſ menſeſ haberi. ut nō ſoliſ p duodecim ſigna circuituſ faciat ãnū: ſed lunã que orbem illū ſigniferum .xxx. dierū ſpatio luſtrat. qđ argumētū perſpicue falſum eſt. Nemo enim tūc milleſimū annū trãſgreſſuſ ē. Nūc uero qui ad cēteſimū perueniūt. qđ fit ſepiſſime: mille certe ac ducentiſ menſibuſ uiuūt. Et auctoreſ idonei tradūt: ad centū .xx. ãnoſ perueniri ſolere. Sed qa ignorabat Varro cur aut quãdo uita hōiſ eēt diminuta: ipſe diminuit cū ſciret mille &. cccc. mēſibuſ poſſe uiuere hoīem.

Capitulū. xiiii. Quod nō Liber pater fuit īuētor uini: ſed Noe poſt diluuiū. Et que fuerit origo gentium. Et qui pmi habuerint ſcientiã aſtrorū & ignorantiam dei.

[D]Euſ aūt poſtea cū uideret orbē terre malitia & ſceleribuſ oppletū: ſtatuit hūanū genuſ diluuio perdere. ſed tamē ad multitudinē repandã delegit unū. qđ corruptiſ omībuſ qđ ſingulare iuſtitie ſuperat exēplū. Hic cū ſexcentoꝝ eēt ãnoꝝ: fabricauit arcam ſicut pceperat ei deuſ. i q̃ ipſe cū coniuge ac tribuſ filiiſ totidēq; nuribuſ reſeruatuſ ē. cū aq̃ uniuerſoſ mōteſ altiſſimoſ operuiſſet. Deinde orbe ſiccato execratuſ iniuſtitiã porīſ ſeculi deuſ: ne ruſuſ lōgitudo uite cã eēt excogitandoꝝ malorū: paulatim per ſingulaſ pgēieſ diminuit hōiſ etatē. atq; in centū &. xx. ãniſ metã collocauit. quã trãſgredi non liceret. Ille uero cū egreſſuſ eſſet ex archa: ut ſancte litere docēt. terrã ſtudioſe coluit: atq; uineã ſua manu ſeuit. Vnde arguūtur qui auctorē uini Liberū putant. Ille eni non modo Liberū: ſed etiam Saturnū atq; Vranū multiſ anteceſſit etatibuſ. Qua ex uinea cū primū fructū cepiſſet: letuſ factuſ bibit uſq; ad ebrie/tatē. iacuitq; nuduſ. qđ cū uidiſſet unuſ ex filiiſ cui nomē fuit Cham: nō texit patriſ nuditatem: ſed egreſſuſ etiam fratribuſ

2008 Ministerio de Cultura

indicauit. At illi ſúpto pallio intrauerút auerſiſ uultibuſ pa/
tremq; texerút. Que cum facta recognouiſſet pater: abdicauit
atq; expulit filiú. At ille pfuguſ in eiuſ terre pte conſedit: que
núc arabia nomiat. Eaq; terra de noie ſuo chanaan dicta eſt.
& poſteri eiuſ chananei. Hec fuit pma gēſ que deú ignorauit.
quoniá pnceps eiuſ & códitor cultum dei a patre non accepit:
maledictuſ ab eo. Itaq; ignorantiá diuinitatiſ minoribuſ ſuiſ
reliquit. Ab hac gēte pximi quiq; populi multitudie icreſcēte
fluxerút. Ipſiuſ aút patriſ poſteri hebrei dicti: peneſ quoſ re/
ligio dei reſedit. Sed & ab hiſ poſtea multiplicato i immenſú
núero: cú eoſ águſtie locoꝝ ſuoꝝ cape nó poſſēt: tú adoleſcētes
uel miſſi a parentibuſ: uel ſua ſpóte. cú rerum penuria cogeret
pfuge ad querēdaſ ſibi nouaſ ſedeſ: huc atq; illuc diſpſi: omēſ
inſulaſ & orbem totum impleuerunt. & a ſtirpe ſancte radiciſ
auulſi: nouoſ ſibi moreſ atq; íſtituta p arbitrio códiderút. Sed
oím pmi q egyptú occupauerunt. celeſtia ſuſpicere atq; ado/
rare ceperút. Et qa domiciliſ nó tegebát: ppter aeriſ qlitatē.
nec ulliſ in ea regióe nubibuſ ſubtexit celú: curſuſ ſiderum &
defcúſ notauerút. dú ea ſepe uenerátes curioſiuſ atq; liberiuſ
intuerentur. Poſtea deinde portentificaſ animalium figuraſ
quaſ colerent commenti ſunt: quibuſdam prodigiiſ inducti.
Quorum mox autoreſ aperiemuſ. Ceteri autem qui per terrá
diſperſi fuerunt admirantes elemēta múdi: celum ſolē terram
mare ſine ulliſ imaginibuſ ac templiſ uenerabantur. Et hiſ ſa/
crificia in aperto celebrabát: donec pceſſu tēpoꝝ potentiſſimiſ
regibuſ tēpla & ſimulachra fecerút. Eaq; uictimiſ & odoribuſ
colere inſtituerunt. ſic aberranteſ a notitia dei genteſ eſſe ce/
perunt. Errant igit qui deoꝝ cultuſ ab exordio reꝝ cótēnút.
& priorem eſſe gentilitatem qm dei religionem: quam putant
poſteriuſ inuentam. quia fontē atq; originē ueritatiſ ignorát.
Nunc ad principium mundi reuertamur.

Capitulum. XV. De inquinatióe angelorum. & duobuſ generibuſ demonú. qui ſe pſuaſerút ut deoſ coli quoſ etiá familiareſ philoſophi habuerunt ut Socrateſ.

Vm ergo numeruſ hoím cepiſſet increſcere: puidenſ deuſ
ne fraudibuſ ſuiſ diaboluſ cui ab íitio dederat terre ptātē

2008 Ministerio de Cultura

uel corrũperet uel diſperderet homineſ: qđ in exordio fecerat.
miſit angeloſ ad tutelam cultumq; generiſ humãi. qb uſ p̃cepit
ãte oĩa ne terre cõtagiõe maculati ſubſtãtie celeſtiſ amitterẽt
dignitatẽ. ſcilicet id eoſ facere ꝓhibuit: qđ ſciebat eẽ facturoſ:
ut ueniã ſperare nõ poſſent. Itaq; illoſ cũ hõibuſ cõmoranteſ:
dominator ille terre fallaciſſimuſ: cõſuetudine ipſa paulatim
ad uicia pellexit: & mulierum congreſſibuſ ĩquinauit. Tum in
celũ ob peccata quibuſſe immerſerant nõ recepti ceciderunt in
terram: ſic eoſ diaboluſ ex angeliſ dei ſuoſ fecit ſatelliteſ ac mi/
niſtroſ. Qui aũt ſunt ex hiſ ꝓcreati: qa neq; angeli neq; hoĩeſ
fuerũt: ſed mediã quandã naturã gerenteſ: nõ ſunt ad inferoſ
recepti: ſicut in celũ parenteſ eorũ. Ita duo genera demonum
facta ſunt. Vnũ celeſte. alterũ terrenũ. Hi ſũt ĩmũdi ſpirituſ
maloꝝ que gerunt̃ auctoreſ. quorũ idẽ diaboluſ eſt princepſ.
Vnde Triſmegiſtuſ illũ demoniarchen uocat. Demonaſ autẽ
grãmatici dictoſ aiunt quaſi δαημονασ. id eſt peritoſ ac rerũ
ſcioſ. Hoſ aũt putãt deoſ eſſe. ſciũt illi quidem futura multa:
ſed non oĩa. quippe qbuſ conſilium dei ſcire nõ liceat. Et ideo
ſolent reſponſa ĩ ãbiguoſ exituſ temperare. Eoſ poete & ſciũt
eſſe dẽonaſ & loquũt̃. Heſioduſ ita tradit. τοι μερδαιμορεσ
εἰσὶ δῖοσ μεγαλον δῖαβονλασ εσθλοι επὶχθορίοι φῦλα
κεσ θρητωρ αρθρωπωρ. id eſt hi quidem demoneſ ſunt Iouiſ
magni. ꝓpter uoluptatẽ hõi terreſtriſ cuſtodeſ mortaliũ hoĩm.
Quod idcirco dictũ ẽ: quoniã cuſtodeſ eoſ hũano generi deuſ
miſerat. ſed ipſi cũ ſint ꝑditoreſ hoĩm: cuſtodeſ tamẽ ſe uocari
uolunt ut ipſi colant̃ & deuſ nõ colatur. Philoſophi quoq; de
hiſ dixerũt. Nã Plãto etiã naturaſ eorũ in ſimpoſio exp̃mere
conatuſ ẽ. Et Socrateſ eſſe circa ſe aſſiduũ demona loquebat̃.
q puero ſibi adheſiſſet: cuiuſ arbitrio & nutu ſua uita regeret̃.
Magorũ quoq; arſ omniſ ac potẽtia horũ aſpiratõibuſ cõſtat.
a quibuſ inuocati uiſuſ hoĩm preſtigiiſ obcecantibuſ fallũt. ut
non uideant ea que ſunt: & uidere ſe putent illa que non ſũt.
Hi ut dico ſpirituſ cõtaminati ac ꝑditi ꝑ omnẽ terrã uagãt̃.
& ſolatiũ ꝑditioniſ ſue perdendiſ hõibuſ opantur. Itaq; oĩa
inſidiiſ: fraudibuſ erroribuſ complent. Adherent enim ſinguliſ
hõibuſ: & omneſ hoſtiatim domoſ occupant: ac ſibi geniorum
nomẽ aſſumũt. ſic. n. latino ſermone demonaſ interpretantur.
Hoſ in ſuiſ penetralibuſ cõſecrant. Hiſ quotidie ꝓfundunt. et

2008 Ministerio de Cultura

ſciẽteſ demõaſ uenerant quaſi terreſtreſ deoſ. & q̃ſi depulſoreſ malorum: que ipſi faciũt & irrigant. Qui quoniã ſũt ſpirituſ tenueſ & icõprehẽſibileſ: inſinuãt ſe corꝑibuſ hoĩm. & occulte in uiſceribuſ operti ualitudinẽ uitiãt: morboſ citãt: ſõniſ aĩoſ terrẽt: mẽteſ furoribuſ quatiũt: ut hoĩeſ hiſ maliſ cogãt ad eoꝝ auxilia decurrere.

Capitulum. xvi. Quod hi prodeſſe putantur cũ nocere deſinũt. nec poſſunt aliquid in eoſ qui ĩ fide ſolidati ſũt ſed ſanctiſ ſubiecti eiſ tanq̃m ſeruiſ obediunt.

TVarũ oĩm fallatiaꝝ ratio ex ꝑtibuſ ueritatiſ obſcura eſt. Prodeſſe enim eoſ putant: cũ nocere deſinunt. qui nihil aliud poſſunt q̃ nocere. Dicat fortaſſe aliquiſ colendoſ eẽ ergo ne nocent: ſi quidẽ poſſũt nocere. Nocent illi quidẽ: ſed hiſ a quibuſ timenť: quoſ manuſ dei potenſ & excelſa non protegit. qui ꝓphani ſũt a ſacramento ueritatiſ. Iuſtoſ aũt id ẽ cultoreſ dei metuũt. cuiuſ noĩe adiurati de corꝑibuſ excedũt: quorum uerbiſ tanq̃ flagriſ uerberati: nõ mõ demonaſ eſſe ſe cõfitenť. ſed etiã noĩa ſua edũt: illa que ĩ templiſ adoranť. qđ plerũq; coram cultoribuſ ſuiſ faciũt. nõ utiq; in obprobriũ religioniſ: ſed honoriſ ſui. qa nec deo ꝑ quẽ adiuranť: nec iuſtiſ quorum uoce torquenť mentiri poſſũt. Itaq; maximiſ ſepe ululatibuſ editiſ: uerberari ſe & ardere & iam iãq; exire ꝓclamãt. Tãtum habet dei cognitio ac iuſtitia ꝑtãtiſ. Cui ergo nocere poſſunt: niſi hiſ quoſ habent ĩ ſua ꝑtãte? Deniq; affirmat eoſ Hermeſ: qui cognouerint deũ: nõ tantũ ab incurſibuſ demonum tutoſ eſſe: uerũ etiam ne fato quidem teneri. μία φύλακι ενσέβεια ενσεβονσ γαρ αμθρωπον ουτεδαι μωμκακοσ ουτε ει μαρ μεμη κρατει θεοσ γαρ ρύεται τομενσεβη εκ παμτοσ κακον το γαρ εμκαι μομομεμ αμθρωποισ εστι ϊμαγαθομ ενσεβεια. id eſt. una inquit cuſtodia pietaſ. Pium enĩ hominẽ nec demon maluſ. nec fatum tenet. nam deuſ liberat piũ ab omni malo. quod piũ unũ & ſolũ ĩ omnibuſ bonũ eſt pietaſ. Quid ſit aũt pietaſ: alio loco hiſ uerbiſ teſtať dicenſ. η γαρ ενσεβεια γμωσισ εστι θεου. id eſt. pietaſ notio eſt dei. Aſclepiuſ autem auditor eiuſ: eandem ſententiam latiuſ explicauit: in illo ſermone ꝑfecto quem ſcripſit a regem. Vterq; uero demõaſ eſſe affirmat inimicoſ & uexatoreſ hoĩum: quoſ ideo Triſmegiſtuſ angeloſ

2008 Ministerio de Cultura

malignoſ appellat. adeo non ignorãt ex celeſtibuſ deprauatoſ terrenoſ eſſe cepiſſe.

Capitulũ. xvii Quod hi aſtrologiã aruſpicinam & oẽſ arteſ reprobaſ inuenerunt & perſuaſerunt cultũ idolorũ per miracula. & uariaſ fallatiarum tendiculaſ.

EOrum iuenta ſunt aſtrologia: & aruſpicina: & auguratõ & ipſa que dicunt oracula & nigromantia: & arſ magica. & quidquid preterea maloꝝ exercent homĩeſ: uel palam: uel occulte: que om̃ia per ſe falſa ſũt. ut Sibilla eritbrea teſtatur. επει πλαρη παρτα ταδε εστι μαπεραφ ρορεσ αρδρεσ ερεν/ ρωσι καταημαρ. id eſt. quia error hec omnia ſunt que ſtulti homineſ ſcrutantᷓ quotidie. Sed idẽ ipſi auctoreſ preſentia ſua faciunt: ut uera eẽ credantᷓ. Ita hoĩum credulitatem mentita diuinitate deludũt. qđ illiſ uerũ apire nõ expedit. Hi ſũt qui imagineſ & ſimulacbra fingere docuerũt: qui ut hoĩm menteſ a cultu ueri dei auerterent: & fictoſ mortuoꝝ regum uultuſ & ornatoſ exquiſita pulcritudine ſtatui conſecrariq; fecerũt. & illorũ ſibi noĩa quaſi pſonaſ indicerũt aliquaſ. ſed eoſ magi & hi quoſ uere maleficoſ uulguſ appellat. cũ arteſ ſuaſ execrabi/ leſ exercent: ueriſ ſuiſ nominibuſ cient. illiſ celeſtibuſ que ĩ lrĩſ ſanctiſ legũtᷓ. Hi porro inceſti ac uagi ſpirituſ: ut turbẽt oĩa & erroreſ hũaniſ pectoribuſ effundũt: ſerũt ac miſcent falſa cũ ueriſ. Ipſi enĩ celeſteſ multoſ finxerũt eẽ. unũq; regem oĩum Iouem: eo ꝙ multi ſũt ſpirituſ angelorũ in celo. & unuſ parenſ ac dominuſ oĩm deuſ. ſed ueritatẽ mẽtitiſ nominibuſ ĩuolutã: ex oculiſ abſtulerũt. Nã deuſ ut in principio docui: neq; noĩe cũ ſoluſ ſit eget: neq; angeli cum ſint ĩmortaleſ dici ſe deoſ aut patiũtᷓ aut uolũt. quoꝝ unũ ſolũ q; offitiũ eſt: ſeruire nutibuſ dei. nec omnino quicq̃ niſi iuſta facere. Sic enim mundũ regi a deo dicimuſ: ut a rectore puintiam. cuiuſ apparitioneſ nemo ſotioſ eſſe in regenda puintia dixerit. q̃uiſ illoꝝ miniſterio reſ geratᷓ. Et hi tamen poſſũt aliquid preter iuſſa rectoriſ: p ipiuſ ignorantiã que eſt cõditioniſ humane. Ille autẽ preſeſ mũdi & rector uniuerſi: qui ſcit oĩa: cuiuſ diuiniſ oculiſ nihil ſeptum eſt: ſoluſ habet rerũ oĩm cũ filio ſuo ptãtem. nec eſt in angeliſ quicq̃: niſi parendi neceſſitaſ. Itaq; nullũ ſibi honorem tribui uolũt: quorum honor in deo eſt. Illi autem qui deſierunt a dei

2008 Ministerio de Cultura

miniſterio: qa ſunt ueritatiſ īimici & preuaricatoreſ: dei nomē ſibi & cultū deorum uendicare conanť non quo ullū honorem deſiderent. Quiſ. n. bonor perditiſ eſt? Nec ut deo noceant cui noceri nō pōt: ſed ut bōibuſ quoſ nituntur a cultura & notitia uere maieſtatiſ auertere: ne īmortalitatē adipiſci poſſint: quā ipſi ſua nequitia perdiderūt. Effundunt itaq; tenebraſ: & ueritatē caligīe obducūt: ne dominū: ne patrē ſuū norint: & ut illiciant facile: in tēpliſſe occulūt: & ſacrifitiiſ ipſiſ p̄ſto adſūt. Edūtq; ſepe ꝓdigia: quibuſ obſtupefacti boīeſ fidē cōmodent ſimulacbriſ diuinitatiſ ac numiniſ. Inde eſt: ꝙ ab augure lapiſ nouacula īciſuſ eſt. & ꝙ Iuno ueiſ migrare ſe romā uelle r̄ndit. ꝙ fortuna muliebriſ periculū denūtiauit: ꝙ Claudie manum nauiſ ſecuta ē. ꝙ in ſacrilegoſ Iuno nudata: & Locrenſiſ Proſerpina: & Cereſ Mileſia uindicauit: & Herculeſ de Appio. et Iupiter de Atinio: & Minerua de Ceſare. Hinc ꝙ ſerpenſ urbē romā peſtilentia liberauit. Epidauro arceſſituſ. Nā illud demoniarcbeſ ipſe in figura ſua ſine ulla diſſimulatōe perductuſ eſt: ſiqdē legati ad eā rē miſſi: draconē ſecū mire magnitudīſ attulerūt. In oraculiſ aūt uel maxime fallūt: quoꝝ preſtigiaſ ꝓphani a ueritate ītelligere nō poſſūt. Ideoq; ab illiſ attribui putāt: & imperia: & uictoriaſ & opeſ: & euētoſ ꝓſperoſ rerum. Deniq; ipſoꝝ nutu ſepe repub. periculiſ īminentibuſ liberatā. Que pericula & reſponſiſ denuntiauerunt: & ſacrifitiiſ placati auerterūt. ſed oīa iſta fallatie ſunt. Nā cum diſpoſitioneſ dei preſentiāt. quippe q miniſtri eiuſ fuerūt: interponūt ſe in biſ rebuſ. ut quecūq; a deo uel facta ſūt uel fuerint: ipi potiſſimū facere aut feciſſe uideanť. Et quotienſ alicui populo uel urbi ſcd̄m dei ſtatutum boni quid impendet: illi ſe id facturoſ: uel ꝓdigiiſ: uel ſōniſ: uel oraculiſ pollicēť: ſi ſibi tēpla: ſi honoreſ: ſi ſacrifitia tribuanť. Quibuſ datiſ cū illud acciderit qđ neceſſe eſt: ſummā ſibi pariūt uenerationē. Hinc templa deuouētur: & noue imagineſ conſecranť: mactanť gregeſ boſtiarū. Sed cum bec facta ſūt: nibilominuſ tamen & uita & ſaluſ eorū qui bec fecerint īmolāť. Quotienſ aūt p̄icula impēdent: ob aliquā ſe ineptā & leuem cauſam ꝓfitenť iratoſ. ſicut Iuno Varroni: ꝙ formoſū puerū ī tēplo Iouiſ ad exuuiaſ tenēdaſ collocarat. & ob bāc cauſam romanū nomen apud Cannaſ pene deletum eſt. Quod ſi Iuno alterū Ganimedem uerebať: cur iuuentuſ

2008 Ministerio de Cultura

romana luit penaſ? Vel ſi dii tãtũmodo duceſ curãt: ceteram multitudinẽ neglıgũt. Cur Varro ſoluſ euaſit: q̃ hoc fecit? Et Paulus qui nihil meruit occiſuſ eſt. Videlicet nil tũc romaniſ accidit fatiſ. Iuno niſi inique: cũ Hãibal duoſ exercituſ populi romãi & aſtu & uirtute confecit. Nã Iuno audere nõ poterat aut carthaginẽ defendere: ubi arma eiuſ & curruſ fuit. aut ro/maniſ nocere. quia ꝑgẽiem troiano a ſanguine duci audierat. tiriaſ olim uerteret arceſ. Sed illorũ ſũt iſti luſuſ: q ſub nõibuſ mortuoꝝ delitescẽteſ uiuẽtibuſ plagaſ tẽdunt. Itaq; ſiue illud periculũ qđ ĩmĩet uitari põt: uideri uolũt id placati auertiſſe. ſiue nõ põt: id agũt ut ꝑpter illorũ cõtẽptũ accidiſſe uideaẽ. Itaq; ſibi apud hoĩeſ qui eoſ neſciũt auctoritatẽ ac timorem pariũt. Hac uerſutia & hiſ artibuſ notitiã ueri ac ſingulariſ dei apud omneſ genteſ ĩueterauerũt. Suiſ enim uiciiſ ꝑditi ſeuiũt & craſſanẽ ut perdant. Idcirco etiã humanaſ hoſtiaſ excogi/tauerũt: ipſi hoſteſ hũani generiſ. ut q̃ multaſ deuorarẽt aĩaſ.

Capitulum. xviii. Cur deuſ humano generi ſic patiatur illudi Et q tribuſ de cauſiſ uana eſt eorum religio.

Dicet aliquiſ. cur ergo deuſ hec fieri patiẽ. nec tam maliſ ſuccurrit erroribuſ: ut mala cum boniſ pugnent. ut uicia ſint aduerſa uirtutibuſ. ut habeat alioſ quoſ pũiat: alioſ quoſ honoret? Vltimiſ enĩ temporibuſ ſtatuit de uiuiſ ac mortuiſ iudicare. de quo iuditio mihi erit ĩ ultĩo libro diſputatio. Dif/fert ergo donec ueniat tempoꝝ finiſ. quo effundat iram ſuam in ꝑtãte ac uirtute celeſti. ſicut uatũ predicta priorũ terribili monitu horrificant. Nũc aũt patiẽ hoĩeſ errare. & aduerſum ſe quoq; impioſ eſſe: ipſe iuſtuſ & mitiſ & patienſ. Nec enĩ fieri poteſt: ut nõ iſĩ quo ꝑfecta ſit uirtuſ: ſit etiã ꝑfecta patiẽtia. Vnde quidã putãt: ne iraſci quidẽ deũ omnino. q affectibuſ qui ſũt perturbatõeſ animi ſubiectuſ nõ ſit. quia fragile ẽ oĩe animal: qđ afficiẽ & cõmouetur. Que perſuaſio ueritatẽ atq; religionẽ funditus tollit. Sed ſeponaẽ interim locuſ hic nobiſ. de ira dei diſſerẽdi. q & uberior eſt materia: & opere proprio latiuſ exequenda. Illoſ ergo nequiſſimoſ ſpũſ qſqſ ueneratuſ fuerit & ſecutuſ: nec celo nec luce potieẽ: que ſũt dei. ſed ĩ illiſ decidet que in diſtributõne rerum attributa eſſe ipſi malorum

2008 Ministerio de Cultura

ꝑncipi diſputauimuſ. i tenebraſ ſcilicet & īferoſ: & ī ſupplitiū ſempiternū. Docui religioneſ deorū triplici ratione uanaſ eē. Vno ꝙ ſimulacbra ipa que colūt: effigieſ ſīt hoīm mortuoꝝ. Eſt autem peruerſū & incongruenſ: ut ſimulacbrum bominiſ a ſimulacbro dei colat̄. Colit enī qđ eſt deteriuſ & imbecilliuſ. Tum inexpiabile facinuſ eſſe: deſerere uiuentē ut defunctoꝝ monumentiſ ſeruiaſ: qui nec uitā nec lucem dare cuiꝗ poſſunt qua ipſi carent. Nec eſſe aliū quenꝗ deum preter unum: cuiuſ iuditio ac ptāti omniſ aīa ſubiecta ſit. Altero ꝙ ipſe imagineſ ſacre: quibuſ inaniſſimi bomīeſ ſeruiūt: omni ſenſu carent: qm̄ terra ſint. Quiſ aūt nō intelligat nefaſ eē: rectū aīmal curuari ut adoret terram? Que idcirco pedibuſ noſtriſ ſubiecta eſt: ut calcanda nobiſ nō adoranda ſit: qui ſumuſ ideo excitati: & ex eo ſtatū ſublimem preter ceteraſ aīanteſ accepimuſ. ut non re/uoluamur deorſum. nec bunc celeſtem uultum prouiciamuſ ad terrā. ſed oculoſ eo dirigamuſ: quo illoſ nature ſue conditō direxit. nibilq; aliud adoremuſ: nibil colāuſ: niſi ſolū artificiſ parentiſq; noſtri unicum nomen. qui propterea boīem rigidū figurauit: ut ſciamuſ noſ ad ſuperna & celeſtia ꝓuocari. Tertio ꝙ ſpirituſ q preſūt ipſiſ religionibuſ: cōdānati & abiecti. adeo ꝑ terrā uolutent̄. qui non tantū nibil preſtare cultoribuſ ſuiſ poſſūt. qm̄ rerū ptāſ peneſ unū eſt. Verum etiā mortiferiſ eoſ illecebriſ & erroribuſ perdant. qm̄ boc illiſ quotidianū ē opuſ: tenebraſ bōībuſ obducere: ne queratur ab biſ ueruſ deuſ. Non igit̄ colēdi ſūt: quia ſentētie dei ſubiacent. Eſt enim piaculum maximū abdicere ptāti eorū: quibuſ ſi iuſtitiā ſeqre potentior eē poſſiſ. & eoſ adiuratōe diuini nominiſ expellere ac fugare. Quod ſi apparet religioneſ iſtaſ tot modiſ eſſe uanaſ: quibuſ docui. manifeſtum eſt eoſ qui uel mortuiſ ſupplicāt: uel terrā uenerant: uel ſpūbuſ impuriſ aīaſ ſuaſ mācipāt. rōem boīm nō tenere: eoſq; īpietatiſ ac ſceleriſ ſui ſupplitia pēſuroſ. q rebelleſ aduerſuſ parētem generiſ būani deū. ſuſceptiſ inexpiabilibuſ ſacriſ faſ oīe uiolauerūt.

Capitulum. xix. Quod in cultu ſimulacbroꝝ nulla pōt eſſe religio. nā a ſimulatione. id eſt a fallatia dicta ſunt.

QVicūq; igit̄ ſacramentū bōiſ tueri: rationēq; nature ſue nitit̄ obtīere: ipe ſe ab būo ſuſcitet. & erecta mēte oculoſ

2008 Ministerio de Cultura

ſuoſ tendat in celū· non ſub pedibuſ querat deū· nec a ueſtigiiſ ſuiſ eruat qđ adoret. qa qdqd hōi ſubiacet: īfra hoīem ſit neceſſe ē. ſed querat ī ſublimi: querat in ſūmo: qa nihil pōt hoīe maiuſ eē: niſi qđ fuerit ſupra hoīem. deuſ autem maior ē hoīe ſupra ergo nō īfra ē. Nec ī ima potiuſ ſed ī ſūma regiōe querēduſ ē. Quare nō ē dubiū: qn religio nulla ſit: ubicūq; ſimulachrū ē. Nā ſi religio ex diuīſ rebuſ ē: diuini aūt nihil ē: niſi ī celeſtibuſ rebuſ. Carēt ergo religiōe ſimulachra: qa nihil pōt eē celeſte ī aere qđ fit ex terra. Quod qdē de noīe ipſo appere ſapiēti pōt. Quidqd. n. ſimulať: id falſū ſit neceſſe eſt. nec pōt ūq̄ ueri nomē accipe: qđ ueritatē fuco & imitatōe mentiť. Si aūt oīſ imitatio nō reſ potiſſim ſeria: ſed q̄ſi luduſ ac iocuſ ē: nō religio ī ſimulachriſ: ſed mīuſ religiōiſ ē. Preferēdū ē igiť ueꝝ omībuſ falſiſ. Calcāda terrēa ut celeſtia cōſeq̄mur. Ita. n. reſ ſe habet: ut qſq; aīam ſuā cuiuſ origo de celo ē: ad inferna & ima ꝓſtrauerit. eo cadet quo ſe ipē deiecerit. Ideoq; oportet rōniſ ac ſtatuſ ſui mēorē: nō niſi ad ſupna niti ſp ac tēdere. Quod q fecerit hic plāe ſapiēſ· hic iuſtuſ. hic homo. hic celo deoq; dignuſ iudicabiť. quē ſuuſ parēſ nō hūilē: nec ad terrā more q̄drupedū abiectū: ſed ſtātē potiuſ ac rectū ſicut eū fecit agnouerit.

Capitul. xx. Breuiſ epiloguſ quo docet gentibuſ ſupatiſ: ſibi a philoſophiſ grauiuſ imminere certamen.

PEracta eſt igiť ni fallor: magna & difficiliſ ſuſcepti opiſ portio: & maieſtate celeſti ſuggerēte: nobiſ dicendi facultatē īueteratoſ depulimuſ erroreſ. Nūc uero maior nobiſ ac difficilior cū philoſophiſ ꝓpoſita luctatio eſt: quorū ſumma doctrina & eloquētia q̄ſi moleſ aliqua mihi opponiť. Nā ut ut illic multitudine ac ꝑpe conſenſu oīm gentiū premebamur ita hic auctoritate preſtantiū omni genere laudiſ uiroꝝ. Quiſ autē neſciat pluſ eē momēti ī paucioribuſ doctiſ: q̄ ī pluribuſ imperitiſ? Sed nō eſt deſperandū: iſtoſ quoq; de ſentētia deo ac ueritate ducibuſ poſſe depelli. Nec tā ꝑtinaceſ fore arbitror: ut clariſſimū ſolē ſaniſ ac patētibuſ oculiſ uidere ſe negent. mō illud uerū ſit: qđ ipſi ſolent ꝓfiteri: ſtudio īueſtigāde ueritatiſ ſe teneri. Efficiā ꝑfecto: ut queſitā ueritatē diu & aliqn̄ īuētā eē credāt. & hūaniſ igeniſ īuenire nō potuiſſe fateanť.

2008 Ministerio de Cultura

faciltor nobiſ adituſ pateat ad excidendum omne corpuſ. ſi tñ poteſt corpuſ uocari: cuiuſ parteſ ac mēbra diſcordent. nec ulla compage inter ſe cohereāt: ſed quaſi diſiecta & diſſipata pal/pitare potiuſ q̄m uiuere uideantur. Philoſophia eſt ut nomē indicat: ipſiq; diffiniunt ſtudium ſapientie. Vnde igitur ꝓbem magiſ. philoſophiam non eſſe ſapientiam: q̄ ex ipſiuſ nominiſ ſignificatione. Qui enim ſapientie ſtudet: utiq; nondum ſapit. ſed ut ſapere poſſit ſtudet. In ceteriſ artibuſ ſtudiū quid effiti/at & quo tendat apparet. quaſ cum diſcendo aliquiſ aſſecutuſ eſt: iam non ſtudioſuſ artifitii: ſed artifex nominatur. At enim uerecundie cauſa ſtudioſoſ ſe ſapientie: nō ſapiēteſ uocauerūt. Immouero Pythagoraſ qui hoc primuſ nomen inuenit: cum paulo pluſ ſaperet q̄ illi prioreſ: qui ſe ſapienteſ putauerunt. i/tellexit nullo humano ſtudio poſſe ad ſapientiam perueniri. & ideo non oportere incōprehenſe atq; imperfecte rei ꝑfectū nomen imponi. Itaq; cum ab eo quereretur: quem nam ſe ꝓ/fiteretur. Reſpondit philoſophum. id eſt. queſitorem ſapiētie. Si ergo philoſophia ſapientiam querit: nec ipſa ſapientia eſt: quia neceſſe eſt aliud eſſe quod querit: aliud quod querit᷑: nec queſitio ſapientie recta eſt. qa nihil poteſt īuenire. Ego uero ne ſtudioſoſ quidem ſapientie philoſophoſ eſſe cōceſſerim: qa illo ſtudio ad ſapientiam non peruenitur. Nam ſi facultaſ in/ueniende ueritatiſ huic ſtudio ſubiaceret: & ſi eſſet id ſtudium tanq̄m iter ad ſapientiam: aliquando eſſet inuenta. Cū uero tot temporibuſ: tot ingeniiſ in eiuſ inquiſitione contritiſ non ſit comprehenſa: apparet nullam eſſe ibi ſapientiā. Non ergo ſapientie ſtudent: qui philoſophant᷑. ſed ipſi ſtudere ſe putant. quia illud qđ querunt: ubi aut quale ſit neſciunt. Siue ergo ſapiē ſtudent: ſiue non ſtudent: ſapienteſ non ſunt. quia nunq̄ reperiri pōt: qđ aut nō recte querit᷑: aut oīo non queritur.

Capitulum. iii. Ex quibuſ rebuſ philoſophia conſtet. Et quiſ fuerit auctor achademice ſecte: que nihil recte diffinit. q̄ ſolam opinionem eſſe in philoſophia gentiliū. qui ideo pluſ audet: qa erroreſ eoꝝ nō arguit niſi deuſ.

Videamuſ tamē idipſm̄. poſſit ne hoc ſtudio reperiri aliq̄d an nil. Duabuſ rebuſ uidetur philoſophia cōſtare. ſcieta:

2008 Ministerio de Cultura

& opinatione: nec ulla alia re. Scientia uenire ab ingenio non poteſt: nec cogitatione comprehendi: quia in ſeipſo habere propriam ſcientiam: non hominiſ ſed dei eſt. Mortaliſ autem natura nõ capit ſcientiam: niſi que ueniat extrinſecuſ. Idcirco enim oculoſ & aureſ & ceteroſ ſenſuſ patefecit in corpore diuĩa ſolertia: ut per eoſ adituſ ſcientia perueniret ad mentem. Nam cauſaſ naturalium rerum diſquirere: aut ſcire uelle: ſol utrũ ne tantuſ quantuſ uidetur: an multiſ partibuſ maior ſit: q̃ omniſ hec terra. Item luna globoſa ſit: an concaua. Et ſtelle utrum ne cohereant celo: an per aerem libero curſu ferantur. Celum ipſum qua magnitudine: qua materia conſtet: utrum quietum ſit: an mobile: an incredibili ueritate uoluat̃. Quanta ſit terre craſſitudo: aut quibuſ fundamẽtiſ librata & ſuſpenſa ſit. Hec inquã diſputando & cõiecturiſ uelle comprehendere: tale eſt profecto: quale ſi diſſerere uelimuſ: qualem eſſe arbitramur cuiuſpiã remotiſſime gentiſ urbem: quã nunq̃ uidimuſ. cuiuſq; nihil aliud q̃ nomen audiuimuſ. ſi nobiſ in ea re ſcientiam uẽdicemuſ: que non poteſt ſciri. nonne inſanire uideamur: qui id audeamuſ: in quo reuici poſſumuſ? Quãto magiſq; naturalia que ſciri ab homine non poſſunt: ſcire ſe putãt: furioſi demẽteſq; ſũt iudicandi? Recte ergo Socrateſ & eũ ſecuti achadẽici ſcientiam ſuſtulerunt. que non diſputantiſ ſed diuinantiſ eſt. Supereſt ut opinatio ĩ philoſophia ſola ſit. Nam unde abeſt ſcientia: id totum poſſidet opinatio. Id enim opĩatur quiſq; qđ neſcit. Illi autem qui de rebuſ naturalibuſ diſputãt: opinãtur ita eſſe ut diſputant. Neſciunt igitur ueritatem: quoniam ſcientia certi ẽ opinatio incerti. Redeãuſ ad illud ſupiuſ exẽplũ. Age opinemur de ſtatu & q̃litate urbiſ illiuſ: que nobiſ rebuſ omnibuſ preter nomen ignota eſt. Veriſimile eſt in plano ſitã lapideiſ meniſ: edificiiſ ſublimibuſ: uiiſ pluribuſ: magnificiſ ornatiſq; delubriſ. Deſcribamuſ ſi placet moreſ habitũq; ciuiũ. Sed cum hec dixerimuſ aliuſ contraria diſputabit. & cum hic quoq; perorauerit: ſurget & tertiuſ. & alii deincepſ. & opĩabũt̃ multo diſparia: q̃ noſ ſumuſ opinati. Quid ergo erit ex oĩbuſ certiuſ? Fortaſſe nihil. At omĩa ſunt dicta: que in reꝝ naturã cadunt. ut neceſſe ſit aliquid eorum eſſe uerum. at neſcietur: quiſ uerum dixerit. poteſt fieri: ut omneſ ex parte aliqua errauerint: ex parte attigerint ueritatem. Stulti ergo ſumuſ: ſi

2008 Ministerio de Cultura

hoc diſputatione queramuſ. Poteſt enim ſuperuenire aliquiſ: qui opinioneſ noſtraſ derideat. noſq; pro inſaniſ habeat. qui uelimuſ id quod neſcimuſ quale ſit opinari. Verum non opuſ eſt: longe poſita conquirere. Vnde nemo fortaſſe ueniat: qui noſ redarguat. Age opinemur. quid nunc in foro geratur: quid in curia. longum eſt id quoq; dicamuſ. interpoſito uno pariete quid fiat. nemo poteſt id ſcire: niſi qui audiuerit aut uiderit. Nulluſ enim audet id dicere. quia non ſtatur uerbiſ: ſed re ipa preſenti refutabitur. Atqui hoc idem faciunt philoſophi: qui diſputant in celo quid agatur. ſed eo ſe id impune facere arbi/trantur. quia nulluſ exiſtit qui erroreſ eorū coarguat. Quod ſi exiſtimarent deſcenſurum eſſe aliquem: qui eoſ delirare ac mentiri doceret. nunq̃ quicq̃ de hiſ rebuſ quaſ ſcire non poſſūt diſputarent. Nec tamen ideo felitior putanda eſt eorum im/prudentia & audatia. quia non redarguuntur. Redarguit.n. deuſ: cui ſoli ueritaſ nota eſt. licet conuiuere uideatur. eamq; hominum ſapientiam pro ſumma ſtultitia computat.

Capi.iiii. Quō Zeno & Socrateſ totā phiam ſuſtulerūt de medio. & q̄ſi quodā ciuili bello ſuiſ cōfecta ē armiſ.

Recte igitur Zeno ac ſtoici: opinationem repudiarunt. Opinari enim te ſcire quod neſciaſ: non eſt ſapientiſ: ſed temerarii potiuſ ac ſtulti. Ergo ſi neq; ſciri quicq̃m poteſt: ut Socrateſ docuit: nec opīari oportet ut Zeno: tota philoſophia ſublata eſt. Quidem ꝙ non tantum ab hiſ duobuſ euertitur: qui philoſophie principeſ fuerunt. ſed ab oībuſ ut iam uideat̄: iam pridem ſuiſ armiſ eē confecta: ī multaſ ſectaſ philoſophia diuiſa eſt. & omneſ uaria ſentiunt. in qua ponimuſ ueritatem. in omnibuſ certe non poteſt. deſignemuſ quamlibet. nempe in ceteriſ omnibuſ ſapientia non erit. Tranſeamuſ ad ſingulaſ. Eodem modo quidquid uni dabimuſ: ceteriſ auferemuſ. Vna/queq; enī ſecta omneſ aliaſ euertit. ut ſe ſuaq; confirmet. Nec ulli alteri ſapere concedit: ne ſe deſipere fateat̄. ſed ſicut aliaſ tollit: ſic ipſa quoq; ab aliiſ tollitur omnibuſ. Nihilominuſ.n. philoſophi ſūt: qui eā ſtultitie accuſant. Quācūq; laudaueriſ: ueramq; dixeriſ: a philoſophiſ uituperatur ut falſa. Credemuſne igitur uni: ſe ſuāq; doctrinā laudāti. an multiſ uni alteriuſ

2008 Ministerio de Cultura

ignorantiam culpantibuſ. Rectiuſ ergo ſit neceſſe eſt: quod plurimi ſentiunt: q̃ quod unuſ. Nemo enim poteſt de ſe recte iudicare. quod nobiliſ poeta teſtatur. Ita enim comparatam eſſe hominum naturam omnium: aliena ut meliuſ uideant & diiudicent q̃ ſua. Cum igitur omnia incerta ſint: aut omnibuſ credendum ſit: aut nemini. Si nemini ſapienteſ ergo non ſunt quia ſinguli ſapienteſ ſe putāt. ſi omnibuſ: eque non ſunt ſa/pienteſ: quia ſinguli ab omnibuſ eē negātur ſapienteſ. Pereūt igitur uniuerſi hoc modo: & tanq̃ ſpartiate illi poetarum: ſic ſe inuicem iugulant: ut nemo ex omnibuſ reſtet. quod eo fit: quia gladiū habent: ſcutum nō habent. Si ergo ſingule ſecte multarum ſectarum iuditio ſtultitie cōuincuntur: omneſ igiť uane atq; inaneſ reperiuntur. Ita ſeipſam philoſophia cōſumit & conficit. Quod cū intelligeret Archeſilaſ achademie cō ditor reprehenſioneſ oīum inter ſe collegit. confeſſioneq; ignorātie clarorum philoſophorum. armauitq; ſe aduerſuſ omneſ. Itaq; conſtituit nouam non philoſophandi philoſophiam. Eo igiť auctore: duo philoſophie genera eē ceperunt. Vnū illud uetuſ quod ſcientiam ſibi uendicat. alterum nouū repugnanſ: quod eam detrahit. In hiſ duobuſ generibuſ uideo diſcidiū: & quaſi ciuile bellum. ſapientiam que diſtrahi non poteſt: in qua pte ponemuſ. Si natura rerū ſciri pōt: hec tironū caterua īteribit. ſi non poteſt ueterani confitientur. ſi pareſ fuerūt: nihilōinuſ peribit dux omniū philoſophia. quia diſtracta eſt. Nihil enī poteſt ſine interitu ſuo ſibi eſſe contrarium. Si autem ut docui nulla poteſt eſſe in homīe interna & propria ſcientia: ob fra/gilitatē conditōiſ humane Archiſile manuſ uincit. ſed ne ipſa quidem ſtabit: quia non poteſt omnino nihil ſciri.

Capitulū. v. Contra achademicoſ multa ſcire & natura rerū & uite neceſſitaſ cogit.

SVnt enī multa que natura ipſa noſ ſcire. & uſuſ frequēſ & uite neceſſitaſ cogit. Itaq; pereundum eſt niſi ſciaſ que ad uitam ſunt utilia: ut appetaſ: que periculoſa ut fugiaſ et uiteſ. Preterea multa ſunt que uſuſ inuenit. Nam ſoliſ ac lune uarii curſuſ: & meatuſ ſiderum: & ratio temporum deprehenſa eſt. & natura corporū a mediciſ herbarūq; uireſ: & ab agricoliſ natura terrarum: necnon imbrium futurorum: ac tempeſtatū

2008 Ministerio de Cultura

ſigna collecta ſunt. Nulla deniq; arſ eſt: que nõ ſcĩetia cõſtet. Debuit ergo Archeſilaſ ſi quid ſaperet diſtinguere: que ſciri poſſent: queue neſciri. Sed ſi id feciſſet: ipſe ſe ĩ populum rede/giſſet. Nam uulguſ interdum pluſ ſapit. quia tantũ q̃ntũ opuſ ẽ ſapit. a quo ſi queraſ utrum ſciat aliq̃d: an nihil dicet ſe ſcire que ſciat. fatebitur ſe neſcire que neſciat. Recte ergo aliorũ ſuſtulit diſciplinaſ: ſed non recte fundauit ſuã. Ignoratio enĩ rerum omniũ non poteſt eſſe ſapientia: cuiuſ eſt ſcire propriũ. Ita cũ philoſophoſ expugnauerit: ac docuerit nihil eoſ ſcire: ipſe quoq; nomen philoſophi perdidit: quia doctrina eiuſ eſt nihil ſcire. Nã qui alioſ reprehendit quod neſciant ipſe debet ſciẽſ eſſe. Cum aũt nihil ſciat. que peruerſitaſ: queue inſolẽtia eſt. ob idipſum ſe philoſophum conſtituere propter q̃d ceteroſ tollat? Poſſunt enim ſic reſpondere. ſi nihil noſ ſcire cõuinciſ: & ideo non eſſe ſapienteſ: quia nihil ſciamuſ. ergo ne tu q̃dem eſ ſapienſ: quia te quoq; confiteriſ nihil ſcire. Quid ergo pro/mouit Archeſilaſ ubi ꝙ confectiſ omnibuſ philoſophiſ: ſeipm̃ quoq; eodem mucrone transfixit? Nuſq̃ ne igiť ſapientia eſt.

Capitulum. vi. Quomodo ſapientia in medio errantium fuerit. Et achademici contra phiſicoſ: & phiſici cõtra a/chademicoſ dimicauerint. Et que ſint aſſiſtatarũ exẽpla queſtionũ. Et ꝙ rõeſ celeſtiũ ſiue naturalium ſcire non poſſunt.

IMo uero inter philoſophoſ fuit: ſed nemo uidit. Alii pu/tauerunt ſcire poſſe omnia: ſapienteſ utiq; non fuerunt. Alii nihil: ne hi quidem ſapienteſ fuerunt illi. qui pluſ homini dederunt. hi quia minuſ utriſq; in utranq; partẽ moduſ defuit. Vbi ergo ſapientia eſt: ut neq; te omnia ſcire puteſ quod dei eſt. neq; omnia neſcire quod pecudiſ. Eſt enim aliquid mediũ quod ſit hominiſ. id eſt ſcientia cum ignoratiõe coniuncta. & temperata. Scientia in nobiſ ab aĩa eſt: que oritur e celo: igno/ratio a corpore quod eſt e terra. Vnde nobiſ & cũ deo: & cum aĩmalibuſ eſt aliqua cõmunitaſ. Ita quoniam ex hiſ duobuſ conſtamuſ elemẽtiſ: quoꝝ alterum luce preditum eſt: alterum tenebriſ. Parſ nobiſ data eſt ſcientie: parſ ignorantie. per hunc quaſi pontem tranſire ſine cadendi periculo licet. Nã ſi illi oẽſ qui in alterã partẽ incliauerũt: aut dextro: aut ſiniſtro uerſuſ

2008 Ministerio de Cultura

ceciderunt. Vtraq; aũt parſ quõ errauerit dicam. Achademici
contra phiſicoſ ex rebuſ obſcuriſ argumentati ſunt nullam eẽ
ſcientiã. & exemplis paucarũ rerũ incomprehenſibiliũ cõtenti:
amplexi ſunt ignorantiã. tanq̃ ſcientiã totã ſuſtuliſſent: quia
in partem ſuſtulerant. phiſici contra ex hiſ que aperta ſunt:
argumentũ trahebãt ſciri poſſe cõtentiq; perſpicuiſ retinebant
ſcientiã: tanq̃ totã defendiſſent. quia ex parte defenderãt. Ita
neq; hi clara: neq; illi obſcura uiderunt: ſed utriq; dum ſolam
ſcientiã conſertiſ manibuſ: uel retinent uel eripiũt. nõ uiderũt
in medio conſtitutũ fore: que illoſ ad ſapientiã tranſmitteret.
Verũ Archeſilaſ ignorantie magiſter: cũ Zenoni obtrectaret
principi ſtoicorũ: ut totam phiam euerteret. auctore Socrate
ſuſcepit hanc ſententiam: ut affirmaret nihil ſciri poſſe. Itaq;
coarguit ad exiſtimationem phorũ: qui putaſſent ingeniiſ ſuiſ
erutam atq; inuẽtã ueritatẽ. uidelicet quia immortaliſ fuerat
illa ſapientia. paucisq; ante temporibuſ inſtituta: ad ſũmũ iam
incrementũ puenerat. ut iam neceſſario conſeneſceret ac piret
repẽte extitit achadẽia tãq̃ ſenectuſ phĩe. que illa cõficeret iã
defloreſcentem. Recteq; uidit Archeſilaſ arrogãteſ uel potiuſ
ſtultoſ eſſe: qui putent ſciẽtiã ueritatiſ cõiectura poſſe com/
prehendi. ſed tamen falſa dicentem redarguere nõ põt: niſi qui
ſcierit ante quid ſit uerũ. qđ Archeſilaſ ueritate non cognita
facere conatuſ: introduxit genuſ philoſophie aſiſtatum. quod
latine inſtabile ſiue inconſtanſ poſſumuſ dicere. Vt enĩ nihil
ſciendum ſit: aliquid ſciri neceſſe eſt. Nã ſi omnino nihil ſciaſ:
idipſum nihil ſciri poſſe tollet. Itaq; qui uelut ſententie loco
pronuntiat: nihil ſciri tanq̃ perceptũ pfitetur & cognitũ: ergo
aliquid ſciri põt. Huic ſimile eſt illud qđ ĩ ſcholiſ ppõi ſolet
in aſyſtati generiſ exemplum ſomniaſſe quendam: ne ſomniiſ
crederet. Si enim crediderit: tum ſequitur ut non ſit credendũ.
ſi aũt nõ crediderit: tum ſequitur ut credendũ ſit. Ita ſi nihil
ſciri poteſt: neceſſe eſt idipſum ſciri: ꝙ nihil ſciat. ſi autem ſcit
poſſe nihil ſciri: falſum eſt ergo qđ dicitur nihil ſciri poſſe. Sic
inducitur dogma ſibiipſi repugnanſ: ſeq; diſſoluenſ. Sed homo
uerſutuſ ceteriſ philoſophiſ: uoluit ſcientiã eripere: ut eã domi
abſconderet. Nam ſibi illam profecto non adimit: qui aliquid
affirmat. ut ceteriſ adimat: ſed nihil agit. Apparet enim ac furẽ
ſuũ pdit. Quãto faceret ſapiẽtiuſ ac uerius: ſi exceptiõe facta

2008 Ministerio de Cultura

diceret cauſaſ. rationeſq; dumtaxat rerꝝ celeſtiũ ſeu naturaliũ qa ſũt abdite neſciri poſſe. qa nulluſ doceat: nec queri oportere quia inueniri querẽdo nõ poſſunt. Qua exceptiõe ĩterpoſita: & phiſicoſ admonuiſſet: ne quererẽt ea que modum excederẽt cogitationiſ humane. & ſeipſam calumnie inuidia liberaſſet. & nobiſ certe dediſſet aliquid qđ ſequeremur. Nunc autẽ qm̃ ab hiſ ſequendiſ noſ retraxerit: ne uelimuſ pluſ ſcire q̃ poſſimuſ: non minuſ a ſe quoq; ipſo retraxit. Quiſ enim uelit laborare: ne quicq̃ ſciat. aut eiuſmodi ſuſcipere doctrinam: ut etiã cõem ſcientiã perdat. que ſi doctrina eſt: ſcientia ẽ neceſſe ut cõſtet. Si non eſt: quiſ tã ſtultuſ. ut diſcendũ id putet: ĩ quo aut nihil diſcit: aut oĩo dediſcit. Quare ſi neq; oĩa ſciri poſſũt: qđ phiſici putauerũt. neq; niſi qđ achadẽica philoſophia oĩſ extĩcta ẽ.

Capitulum. vii. De morali philoſophia. & quare ſicut utilior: ita & ceteriſ philoſophie partibuſ ſit facilior. que fuerint oĩm philoſophoꝝ fere ſententie de ſũmo bono.

TRanſeamuſ nunc ad alteram philoſophie partem. quam ipſi moralem uocãt. in qua totiuſ phĩe ratio cõtinet̃. Si quidem in illa phiſica ſola oblectatio eſt: in hac etiã utilitaſ. Et quoniã ĩ diſponẽdo uite ſtatu: formãdiſq; moribuſ piculo maiori peccat̃: maiorẽ diligentiã neceſſe eſt adhiberi. ut ſciamuſ quomodo noſ oporteat uiuere. Illic enĩ põt uenia cõcedi: quia ſiue aliquid dicũt: nihil pſunt. ſiue delirant: nihil nocent. Hic uero nulluſ diſcidio: nulluſ errori eſt locuſ. Omneſ unũ ſentire oportet. ipſamq; phĩam uno quaſi ore precipe: qa ſi qd fuerit erratũ: uita omniſ euertit̃ in illa priori parte: ut periculi minuſ. ita pluſ difficultatiſ eſt: ꝙ obſcura rerũ rõ cogit diuerſa & uaria ſentire. Hic ut periculi pluſ: ita minuſ difficultatiſ. qđ ipſe uſuſ rerum & quotidiana experimenta poſſunt docere. qd ſit ueriuſ & meliuſ. Videamuſ ergo utrũ ne cõſentiant: aut qd nobiſ afferant: quo rectiuſ uita degat̃. Non neceſſe eſt omĩa circuire. Vnũ elegamuſ ac potiſſimũ: qđ ẽ ſũmũ ac ꝑncipale: in quo totiuſ ſapientie cardo uerſat̃. Epicuruſ ſummũ bonũ in uoluptate animi eẽ cenſet. Ariſcippuſ ĩ uoluptate corporiſ. Chaliphon & Dinomachuſ cyrenaici: honeſtatẽ cũ uoluptate iunxerunt. Diodoruſ ĩ priuatõe doloriſ: ſummũ bonũ poſuit.

2008 Ministerio de Cultura

Hieronimuſ in nõ dolendo· Peripathetici autem ĩ boniſ aĩmi
& corporiſ & fortune. Erilli ſummũ bonũ eſt ſcientia Zenõiſ.
cum noſtra cõgruenter uiuere. quorundã ſtoicoꝝ uirtutẽ ſeq.
Ariſtoteleſ in honeſtate ac uirtute ſummũ bonum collocauit.
He ſunt fere omniũ ſentẽtie. In tãta diuerſitate: quẽ ſeqmur?
Cui credimuſ? Par ẽ omibuſ auctoritaſ. Si eligere poſſumuſ
qđ eſt meliuſ: iam non eſt pħia nobiſ neceſſaria. quia ſapiẽteſ
iam ſumuſ: q de ſapientũ ſententiiſ iudicemuſ. Cũ uero diſcẽdi
ſapientie cauſa ueniamuſ: quid poſſumuſ iudicare. qui nondũ
ſapere cepeřimuſ. maxime cum preſto aſſit achademicuſ. q noſ
pallio retrahat ac uetet cuiq̃m credere. nec tñ afferat ipẽ quod
ſequamur.

Ca. viii. Quod uera ſapientia docet ſũmũ bonũ hõiſ nõ
eẽ aĩmi uel corꝑiſ uoluptatem. aut aliqd eoꝝ que a phĩſ
ſunt ꝓpoſita.

QVid ergo ſupereſt. niſi ut omiſſiſ litigatiõibuſ furioſiſ ac
pertinacibuſ: ueniamuſ ad iudicem illum. ſcilicet datorem
ſimpliciſ & quiete ſapiẽ. qui non tantũ formare noſ ac inducere
in uiam poſſit: uerũ etiã de cõtrouerſiiſ iſtorum ferre ſentẽtiã.
Hec noſ docet quid ſit hõiſ uerũ ac ſummũ bonũ. de quo ꝑuſq̃
dicere incipio: ille omneſ ſentẽtie ſunt refellende. ut appareat
neminem illoꝝ fuiſſe ſapientem. Cum de offitio hominiſ agat᷑:
oportet ſummũ ſummi animaliſ bonũ in eo conſtitui: qđ cõe
cum ceteriſ aĩalibuſ eẽ non poſſit. ſed ut feriſ denteſ: armentiſ
cornua: uolucribuſ pẽne ꝓpria ſũt. ſic homini aliquid ſuũ debet
aſſcribi: ſine quo rõem ſue cõditõiſ amittat. Nã qđ uiuẽdi aut
generandi cauſa datum ẽ omnibuſ. eſt quidem bonũ naturale
ſummũ tamen non eſt: niſi quod eſt unicuiq; generi propriũ.
Sapiẽſ ergo nõ fuit: qui ſummũ bonũ credidit aĩmi uoluptatẽ
quoniã ſiue ulla ſecuritaſ ſiue gaudiũ eſt: cõmuniſ ẽ omibuſ.
Ariſcippo ne reſpondendum quidem duco. quẽ in corꝑiſ ſemꝑ
uoluptatem ruentẽ: nihilq; aliud q̃ uentri & ueneri ſeruientẽ.
nemini dubiũ ẽ hoiem nõ fuiſſe. Sic. n. uixit: ut nihil inter eũ
pecudemq; diſtaret: niſi unũ qđ loquebat᷑. ꝙ ſi aſino aut cani
aut ſui: facultaſ loquẽdi tribuat᷑. queraſq; ab hiſ qd ſibi uelint:
cum feminaſ tam rabide conſectant᷑. ut uix diuelli queãt. aboſ
etiã potũq; negligant. Cur aut alioſ mareſ uiolenter abigãt:
aut ne uicti quidem aſſiſtant. ſed a fortioribuſ ſepe cõtriti: eo

2008 Ministerio de Cultura

magiſ inſectentur? Cur nec imbreſ: nec frigora pertimeſcant. laborē ſuſcipiāt. periculū nō recuſet? Quid aliud reſpōdebūt: niſi ſummū bonū eē corporiſ uoluptatē. eam ſe appetere: ut affitiant̄ ſuauiſſimiſ ſenſibuſ. eoſq; eſſe tanti: ut aſſequendoꝝ cauſa: nec laborem ſibi ullum: nec uulnera: nec mortem ipſam recuſandam putent. Ab hiſ ne igitur precepta uiuēdi petemuſ. q̄ hoc idē ſentiūt: qđ aīe rōiſ expteſ. Aiunt cyrenaici uirtutem ipſam ex eo ipſo eē laudandā: ꝙ ſit effitienſ uoluptatiſ. Verū ergo inquit obſcenuſ caniſ: aut ſuſ ille lutulentuſ. Nā ideo cū aduerſario ſūma uiriū cōtētiōe depugno: ut uirtuſ mea pariat mihi uoluptatē: cuiuſ experſ ſim. neceſſe eſt ſi uictuſ abſceſſero Ab hiſ ergo ſapere diſcemuſ. quoſ a pecudibuſ ac beluiſ nō ſnīa ſed lingua diſcernit. Priuationē doloriſ ſūmū bonū putare: nō plane ꝑipatheticoꝝ ac ſtoicoꝝ: ſed cinicorū phōꝝ eſt. Quiſ. n. non intelligat ab egrotiſ: & in aliquo dolore poſitiſ. eſſe hoc diſputatū. Quid tā ridiculū: q̄ id habere ꝓ ſūmo bono: qđ me/dicuſ poſſit dare. Dolendum ē ergo ut fruamur bono: & quidē grauiter ac ſepe: ut ſit poſtea nō dolore iocūdiuſ. Miſerrimuſ eſt igit̄ qui nunq̄ doluit. qa bono caret: quē noſ feliciſſimum putabamuſ: qa malo caruit. Ab hac uāitate nō longe abfuit: q oīo nihil dolere ſummū bonū dixit. Nā p̄ter qđ oīe aīmal doloriſ eſt fugienſ: qſ pōt ſibi hoc bonū p̄ſtare. quod nobiſ ut eueniat nihil aliud poſſumuſ q̄ optare: Sūmū aūt bonū non pōt efficere quenq̄ beatū. niſi ſēp fuerit ī ipiuſ ptāte. Hoc aūt nō uirtuſ hōi: nō doctrīa: nō labor: ſed natura ipa cūctiſ ani/mantibuſ p̄ſtat. Qui uoluptatē cū hōeſtate iūxerūt: cōionem hāc effugere uoluerūt: ſed effecerūt repugnanſ bonū. quoniā qui uoluptati dedituſ eſt: hōeſtate careat neceſſe ē. q hōeſtati ſtudet uoluptate. Peripatheticorum bonū nimiū multiplex exceptiſ aīmi hōiſ. que ipſa que ſint: magna cōtentio ē. cōmū e cū beluiſ pōt uideri. Nā corpiſ bona. id ē īcolumitaſ. īdolētia. ualitudo. nō miuſ ſūt mutiſ: q̄ hōi neceſſaria. ac neſcio an etiā magiſ: qa homo et medeliſ: & miniſteriiſ ſubleuari pōt: muta nō poſſūt. Itē que appellāt fortune bona: nā ſicut hōi opibuſ ad uitā tuendā: ita illiſ p̄da & pabuliſ eſt opuſ. ita inducendo bonū: qđ nō ſit in hōiſ ptāte: totū hoīem aliene ditioni ſub/iugauerūt. Audiāuſ etiā Zenonē. nā iſ interdū uirtutē ſōniat. Sūmū inquit ē bonū: cū natura cōſentanee uiuere. Beluarum

2008 Ministerio de Cultura

igit̃ nobiſ more uiuendũ eſt. Nã que abeſſe debẽt ab homine: i hiſ oĩbuſ depẽhẽdunt̃. uoluptateſ appetũt: metuũt: fallũt: inſidiant̃: occidũt. Et qđ ad rẽ maxĩe attiñet. deũ neſciũt. Quid ergo me docet. ut uiuã ſcđm naturã: qa ipa in deteriuſ ꝓna ẽ: & qbuſdã blãdimẽtiſ lenioribuſ ĩ uicia ꝑcipitat. uel ſi aliã multorũ: aliã hõiſ dicit eẽ naturã ꝙ homo ad uirtutẽ ſit gẽituſ. nõ nihil dicit. ſed tñ nõ erit diffinitio ſũmi bõi: qa nullũ ẽ aĩmal: qđ nõ ſcđm naturã ſuã uiuat. Qui ſcientiã ſummũ bonũ fecit. aliqd hõi ꝓpũ dedit. ſed ſciẽtiã alteriuſ rei gratia hoĩeſ appetũt nõ ꝓpter ipſã. Quiſ. n. ſcire cõtẽtuſ ẽ. nõ expetenſ aliquẽ fructũ ſcire. Arteſ ideo diſcunt̃: ut exerceant̃. Exercentur aũt uel ad ſubſidia uite: uel ad uoluptatẽ: uel ad gloriã. Nõ ẽ igit̃ ſũmũ bonũ. qđ nõ ꝓpter ſe expetit̃. Quid ergo ĩtereſt: utrũ ſciẽtiã ſũmũ bonũ putemuſ: an illa ipa que ſcientia ex ſe parit. id eſt uictũ: gloriã: uoluptatẽ: que nõ hõi ſũt ꝓpa: & ideo ne ſũma qdẽ bona. Nã uoluptatiſ & uictuſ appetẽtia nõ hõi ſolũ. ſed etiã mutiſ ĩeſt. Quid cupiditatiſ glorie? Nõne in equiſ depẽhẽdit̃: cũ uictoreſ exultãt: uicti dolẽt. Tãtuſ amor laudũ. tante uictoria cure. Nec ĩmerito ſũmuſ poeta expiendũ eſſe ait. Et qſ cuiq; dolor uicto que gloria palme. Quid ſi ea que parit ſcia cõia ſũt cũ aliiſ aĩalibuſ. nõ ẽ ergo ſũmũ bonũ ſcia. Preterea nõ mediocre huiuſ diſputatõiſ ẽ uiciũ. ꝙ ſciẽtia nuda põit̃. Incipiẽt. n. beatioreſ uideri: qui artẽ aliquã ſcierĩt. imo uero q & reſ malaſ ſcierĩt. & tã btũſ ſit: q uenena didicerit tẽperare: q̃ q mederi. Quero igit̃ ad quã rẽ ſciẽtia referẽda ſit? Si ad cauſaſ reꝝ naturaliũ: que btitudo erit mihi ꝓpoſita: ſi ſciero ũde niluſ oriat̃. uel qdqd de celo phiſici delirãt. qd ꝙ earũ rerũ nõ ẽ ſcia: ſed opĩatio que ꝓ ĩgeniiſ uaria ẽ? Reſtat ut ſciẽtia bonorũ ac maloꝝ ſũmũ bonũ ſit. Cur ergo ſcientiã maluit: q̃ ipſã ſapiam ſũmũ bonũ dicere. cũ ſit utriuſq; ſignificatio: & uiſ eadẽ? Nẽo tñ adhuc ſũmũ bonũ dixit eẽ ſapiam. quod meliuſ dici potuit. Nã ſcia paꝝ ẽ ad bonũ ſuſcipiẽdũ: malũq; fugiẽdũ: niſi accedat & uirtuſ. Multi. n. phõꝝ cũ de bõiſ maliſq; differerẽt: aliter tñ q̃ loquebant̃ natura cogẽte uixerunt. qa uirtute caruerunt. Virtuſ aũt cũ ſcia. cõiũcta ẽ ſapia. Supeſt ut eoſ etiã refellamuſ: q uirtutẽ ſũmũ bonũ putauerũt. ĩ q̃ opiõne etiam. M. Tulliuſ fuit. ĩ quo multũ ĩcõſiderati fuerũt. Nõ. n. uirtuſ ipa ẽ ſũmũ bonũ: ſed effectrix & mater ẽ ſũmi bõi: qm̃ ꝑueniri ad

2008 Ministerio de Cultura

illud ſine uirtute nõ põt. Vtrũq; itellectu eſt facile. Quero.n. utꝝ ne ad p̃claꝝ illud bonũ facile ꝑueniri putent: an cũ diffi/ cultate ac labore expediãt. acumen ſuũ erroreq; defẽdant. Si facile ad illud: ac ſine ullo labore ꝑueniri põt: ſũmũ bonũ non eſt. Quid.n. noſ cruciemuſ? Quid cõficiamuſ enitendo diebuſ & noctibuſ? Quãdoq̃dẽ tã ĩ ꝓmptu id q̃d queriuſ iacet: ut illud q̃libet ſine ulla cõtẽtiõe aĩ depꝛ̃hẽdat. ſed ſi cõe quoq; ac medio/ cre q̃dlibet bonũ nõ niſi labore aſſeq̃mur. q̃m bonoꝝ natura ĩ arduo poſita ẽ: maloꝝ ĩ p̃cipiti. Sũmo igit̃ labore ſũmũ bonũ aſſeq̃ neceſſe ẽ. q̃d ſi ueriſſimũ ẽ: ergo altera uirtute opuſ ẽ: ut ꝑueniãuſ ad eã uirtutẽ: que dicit̃ ſũmũ bonũ. q̃d ẽ incõgrueſ & abſurdũ. ut uirtuſ ꝑ ſeipſã ꝑueniat ad ſeipam. Si non põt ad ullũ bonũ niſi ꝑ laborẽ ꝑueniri: apparet uirtutẽ eſſe ꝑ quam ꝑueniat̃. q̃m ĩ ſuſcipiẽdiſ ꝑferẽdiſq; laboribuſ: uiſ offitiũq; uir/ tutiſ ẽ. Ergo ſũmũ bonũ nõ põt eẽ id: ꝓpter q̃d neceſſe ẽ ad aliud ꝑueniri. Sed illi cũ ignorarẽt q̃d efficeret uirtuſ: aut quo tenderet. hõeſtiuſ aũt nihil reꝑirẽt: ſubſtiterũt ĩ ipſiuſ uirtutiſ noĩe. quã nullo ꝓpoſito emolumẽto: appetendã eẽ dixerunt: ut bonũ ſibi cõſtituerũt q̃ bono ĩdigeret. Ariſtoteleſ ab hiſ nõ lõge receſſit. q̃ uirtutẽ cũ hõeſtate ſummũ bonũ putauit. q̃ſi ulla uirtuſ poſſit eſſe inhõeſta. ac nõ ſi q̃d habuerit turpitudĩſ uirtuſ eẽ deſinat. ſed uidit fieri poſſe: ut de uirtute: prauo iu/ ditõ ſentiat̃ male. & ideo exiſtimatõi hoĩm ſeruiẽdũ putauit. Quod q̃ faciat: a recto bonoq; diſcedit: q̃a nõ ẽ ĩ noſtra ptãte: ut uirtuſ ꝓ ſuiſ meritiſ hõeſtet̃. Nã q̃d eſt honeſtaſ: niſi honor ꝑpetuuſ: ad aliquẽ ſecũdo populi rumore delatuſ. Quid ergo fiet: ſi errore ac prauitate hoĩm: mala exiſtĩatio ſubſequatur. Abiiciemuſ ne uirtutem: q̃a flagitioſa & turpiſ ab inſipientibuſ iudicet̃. Que q̃m ĩuidia p̃mi ac uexari põt: ut ſit ipm ꝓpũ ac ꝑpetuũ: nullo extrinſecuſ adiumẽto ĩdigere debet: q̃n ſuiſ ꝑ ſe uirtutibuſ nitat̃ & conſtet. Itaq; nec ullũ ei ab hoĩe bonũ ſpe/ rãdũ ẽ. nec ullũ malũ recuſãdũ. Vẽio nũc ad uere ſapiẽ ſũmũ bonum. cuiuſ natura hoc modo determinanda ẽſt.

Ca.ix. Quid ſit uere ſapiẽtiſ ſũmũ bonũ. Et q̃ uicõſa fu/ erit rõ Anaxagore ad q̃d natuſ ſit homo.

PRimũ ut ſoliuſ hõiſ ſit. nec cadat ĩ ullũ aliud aĩal. Deĩde ut ſoliuſ aĩmi nec cõmunicari poſſit cũ corpe. Poſtremo

2008 Ministerio de Cultura

ut nõ poſſit cuiq̃ ſine ſcientia & uirtute cõtingere. Que circũ/
ſcriptio illaſ omneſ ſententiaſ excludit ac ſoluit. Eorum enim
que dixerũt nihil tale eſt. Dicã nũc quid ſit: ut doceam quod
inſtitui phõſ omneſ cecoſ atq; inſipienteſ fuiſſe. qui qđ eſt hõi
ſũmũ bonũ cõſtitutũ. nec uidere: nec intelligere: : nec ſuſpicari
aliquãdo potuerũt. Anaxagoraſ cum ab eo quereret: cuiuſ rei
cauſa natuſ eſſet. . reſpõdit. ſoliſ ac celi uidẽdi. Hanc uocẽ ad/
mirant' omneſ. ac philoſopho dignã iudicabant. At ego hunc
puto nõ inuenientẽ quid reſponderet effudiſſe hoc paſſim ne
taceret. Quod qdẽ ſecũ ſi ſapienſ fuiſſet: cõmẽtatũ & meditatũ
habere debuit: quia ſi quiſ rõem ſui neſciat ne homo ſit quidẽ
ſed putemuſ nõ ex tempore dictũ illud effuſum. Videamuſ in
tribuſ uerbiſ. quot & quãta peccauerit. Primũ ꝙ õme hominiſ
offitiũ in ſoliſ oculiſ poſuit. nihil ad mẽtẽ referẽſ. ſed ad corpuſ
oĩa. Quid ſi cecuſ fuiſſet. offitiũ ne hõiſ amitteret. qđ fieri ſine
occaſu anime nõ põt. Quid cetere corpiſ p̃teſ. nũ carebunt ſuiſ
quoq; muneribuſ? Quid qđ pluſ eſt in auribuſ q̃ i oculiſ ſitum.
qm̃ doctrina & ſapĩa ꝑcipi auribuſ ſoliſ põt: oculiſ ſoliſ nõ põt.
Celi ac ſoliſ uidendi cauſa natuſ ẽ. Quiſ te in hoc ſpectaculum
induxit. aut quid celo. rerũq; natura uiſio tua cõfert? Nimirũ
ut hoc ĩmenſũ & admirabile opuſ laudeſ? Cõfitere ergo rerum
oĩm eẽ cõſtitutorẽ deũ. q te in hũc mũdũ q̃ſi teſtẽ laudatorẽq;
tanti ſui operiſ induxit. Magnũ eſſe crediſ uidere celũ ac ſolẽ.
Cur ergo gratiaſ nõ agiſ ei q huiuſ benefitii auctor eſt? Cur
nõ ipſiuſ uirtutẽ: prouidentiã: p̃tãtem metiriſ aĩo: cuiuſ opera
mirariſ? Etenĩ neceſſe eſt ut multo mirabilior ſit: q mirabilia
fecit. Si te quiſpiam uocaſſet ad cenã: in eaq; optime acceptuſ
eſſeſ: unum ſatiuſ uidere. ſi pluriſ facereſ ipſam uoluptatem: q̃
uoluptatiſ auctorem. Adeo philoſophi ad corpuſ oĩa referunt.
nihil prorſuſ ad mentem. nec uident ampliuſ: q̃ qđ ſub oculoſ
uenit. Atqui remotiſ omnibuſ offitiiſ corpiſ in ſola mente po/
nenda eſt hominiſ ratio. Non ergo ideo naſcimur: ut ea que
ſunt facta uideamuſ: ſed ut ipſum factorem rerum omniũ cõ/
templemur. id eſt mente cernamuſ. Quare ſi quiſ homĩem qui
uere ſapit interroget. cuiuſ rei gratia natuſ ſit. Reſpondebit
intrepiduſ ac paratuſ: colendi ſe dei gratia natum qui noſ ideo
generauit: ut ei ſeruiamuſ. Seruire autem deo nihil aliud eſt:
q̃ boniſ opibuſ tueri: & cõſeruare iuſtitiã. ſed ille ut hõ diuiaꝝ

2008 Ministerio de Cultura

reꝝ impituſ: rē maximā redegit ad minimū. duo ſola diligēdo que ſibi diceret intuēda. Quod ſi natū ſe eē dixiſſet: ut mūdū intueret: q̄q̄ oīa cōprehenderet. ac maiori uteret ſono: tñ non impleſſet hōīſ offitiū. quia quāto pluriſ eſt aīa q̄ corpuſ: tāto pluriſ eſt deuſ q̄ munduſ: qa mūdū deuſ fecit & regit. Nō ergo munduſ oculiſ: quia utrūq; eſt corpuſ. ſed deuſ aīa cōtēplāduſ eſt: quia deuſ ut ē ipſe īmortaliſ: ſic aīm uoluit eē ſempiternū. Dei aūt contemplatio ē uenerari & colere cōmunē parentem generiſ hūani. Quod ſi a phiſiciſ abfuit ꝓiectiq; ī terrā fuerūt diuīa ignorādo: exiſtimāduſ ē Anaxagoraſ ad ea que uidēda natum eſſe ſe dixit: nec celum uidiſſe nec ſolem. Expedita eſt igitur hominiſ ratio. ſi ſapiat cuiuſ propria eſt humanitaſ. Nā ipſa humanitaſ quid ē niſi iuſtitia. Quid eſt iuſtitia niſi pietaſ. Pietaſ autem nihil aliud eſt: q̄ dei parentiſ agnitio.

Cap. x. Quod ea que uident̄ hōīſ eē ꝓpria: ceteriſ quoq; aīalibuſ cōīa ſūt. hōī uero ꝓpriū ē deū noſcere & colere.

SVmmū igit̄ bonū hominiſ in ſola religiōe eſt. Nā cetera etiā que putant̄ eſſe hōī ꝓpria. in ceteriſ quoq; aīalibuſ reperiunt̄. Cū .n. ſuaſ uoceſ ꝓpriiſ inter ſe notiſ diſcernūt atq; dinoſcunt: colloqui uident̄. ridendiq; ratio apparet ī hiſ aliq̄. cum demulſiſ auribuſ: contractoq; rictu & oculiſ in laſciuiam reſolutiſ: aut hōī alludūt: aut ſuiſ quiſq; coniugibuſ ac fetibuſ ꝓpriiſ. Nōne aliqd amore mutuo. & indulgētie ſimile īptiūt. Iā illa que ſibi ꝓſpiciūt in futuꝝ: & ciboſ reponūt. habēt utiq; ꝓuidētiā: rōīſ quoq; ſigna ī multiſ deprehēdunt̄. Nā qñ utilia ſibi appetūt: mala cauent: ꝑicula uitāt: latibula ſibi parāt in plureſ exituſ differētia. ꝑfecto aliqd ītelligūt. Poteſt aliquiſ negare illiſ ineſſe rōem: cū hoīem ipſū ſepe deludāt. Nā qbuſ generādi melliſ offitiū eſt: cū aſſignataſ incolunt ſedeſ: caſtra muniūt: dōicilia īenarrabili arte componūt. regi ſuo ſeruiūt. Neſcio an ī hiſ ſit ꝑfecta prudētia. Incertū ē igit̄: utrū ne illa que hōī tribuunt̄: cōīa ſint cū aliiſ uiuētibuſ. Religioniſ certe ſūt expertia. Eqdē ſic arbitror uniuerſiſ aīalibuſ eē datā rōem: ſed mutiſ tm̄mō ad uitā tuendā: hōī autē ad ꝓpagādā. Et qa ī hoīe ipa rō ꝑfecta eſt: ſapia noīat̄: que in hoc eximiū facit hoīem: ꝙ ſoli datū ē hōī intelligere diuīa. Qua de re Cicerōīſ

2008 Ministerio de Cultura

uera eſt ſententia. Ex tot inquit generibuſ nullũ eſt aĩal pter hoĩem: qđ habeat notitiã aliquã dei. Ipſiſq; ĩ hoĩbuſ nulla gẽſ eſt: neq; tã manſueta: neq; tã fera: que nõ etiã ſi ignoret: q̃lem deũ haberi deceat: tamẽ habendũ ſciat. Ex quo efficitur ut iſ agnoſcat deũ: qui ũde ortuſ ſit recordet. Qui ergo philoſophi uolũt animoſ omni metu liberare. Tollunt etiam religionem & orbant hominem ſuo proprio ac ſingulari bono. quod eſt a recte uiuendo atq; ab omni humanitate diſiunctũ: quia deuſ ut cũcta uiuẽtia ſubiecit hoĩ. ſic ipm hoĩem ſibi. Nã quid eſt cur iidem ipſi diſputent: eo dirigẽdã eſſe mentem. quo uultuſ erectuſ eſt. Si. n. nobiſ in celũ ſpectandũ ẽ. ad nihil utiq; aliud q̃ ob religionẽ. ſi religio tollit: nulla nobiſ rõ cũ celo eſt. Itaq; aut eo eſt ſpectandũ. aut in terrã ꝓcũbẽdũ. In terrã ꝓcũbere ſi uelimuſ: qđẽ poſſumuſ. quorũ ſtatuſ rectuſ ẽ: in celum igitur ſpectãdũ eſt: quo natura corpiſ ꝓuocat. Quod ſi conſtat eſſe faciendũ: aut ideo eſt faciẽdũ: ut religiõi ſeruiamuſ. aut ideo: ut rõnem rerũ celeſtiũ cognoſcamuſ. Sed rõem rerũ celeſtium cognoſcere nullo mõ poſſumuſ: qa nihil eiuſmõi põt cogitãdo inuẽiri ſicut ſupra docui. Religioni ergo ſeruiẽdũ ẽ. quã q non ſuſcipit: ipſe ſe ꝓſternit ĩ terrã. & uitã pecudũ ſecutuſ hũaĩtate ſe abdicat. Sapientioreſ ergo imperiti. qui etiam ſi errant in religione diligenda: tamen nature ſue cõditioniſq; meminerit.

Cap. xi. Quod deuſ fecit hoĩem cupidũ religiõiſ & ſapiẽ. quorum alterum conſtare ſine altero non poteſt. Et ꝙ nihil eorum que mortaleſ appetunt ſummũ bonũ ſit.

COnſtat igitur totiuſ humani generiſ cõſenſu religiõem ſuſcipi oportere. ſed quomodo in ea erret explicãdũ eſt. Naturam hoĩſ deuſ hãc eſſe uoluit: ut duarum rerum cupiduſ & appetenſ eſſet religioniſ & ſapientie. ſed hoĩeſ ideo fallunt: ꝙ aut religionem ſuſcipiunt omiſſa ſapientia. aut ſapiẽtie ſoli ſtudẽt omiſſa religione: cũ alterũ ſine altero eẽ nõ poſſit ueꝝ. Cadũt ergo ad multipliceſ religiõeſ. ſed ideo falſaſ: qa ſapiam reliquerũt: que illoſ docere poterat: deoſ multoſ eſſe nõ poſſe. Aut ſtudent ſapientie. ſed ideo falſe: quia religionẽ ſummi dei omiſerunt. q eoſ ad ueri ſcientiã potuit erudire. Sic homineſ q alteruꝝ ſuſcipiũt uiã deuiã: maxĩſq; erroribuſ plenã ſequunt:

2008 Ministerio de Cultura

quoniã in hiſ duobuſ inſeparabiliter connexiſ: et officiũ hõiſ: et ueritaſ omniſ ĩcluſa ẽ. Miror itaq; nullũ omnino philoſophorũ extitiſſe: q ſedẽ ac domiciliũ ſũmi boni repiret. Potuerũt enĩ ſic querere. Quodcũq; ẽ ſũmũ bonũ: neceſſe ẽ omnibuſ eẽ ꝓpoſitũ. Voluptaſ enĩ que appetit᷑ a cunctiſ. ſed hec & cõmuniſ eſt cum beluiſ: et honeſti uĩ nõ habet. & ſatietatẽ affert. et nimia nocet. et proceſſu minuit᷑ etatiſ. et multiſ nõ cõtigit. nã q opibuſ carẽt. quorũ maior ẽ numeruſ: etiã uoluptate careãt neceſſe ẽ. Nõ eſt igit᷑ ſũmũ bonũ: ſed ne bonum quidem uoluptaſ? Quid diuicie? Multo magiſ. Nam et plerũq; et paucioribuſ caſu: et inertibuſ ſepe: et nõ nunq̃ ſcelere contingunt. et optantur ab hiſ qui eaſ iam tenent. Quid regnũ ipſum. ne id quidem? Non enim cuncti hoieſ regnare poſſũt. et neceſſe eſt uniuerſoſ ſũmi boni capaceſ eſſe. Queramuſ igit᷑ aliquid. quod propoſitũ ſit omnibuſ. Num uirtuſ negari nõ poteſt: quin et bonũ ſit: et oĩm certe bonũ. Sed ſi beata eẽ nõ poteſt: quia uiſ et natura eiuſ in malorũ ꝑferẽtia poſita ẽ. nõ ẽ profecto ſummũ bonũ. Queramuſ aliud. at nihil uirtute pulchriuſ. nihil ſapientia digniuſ inueniri poteſt. Si enĩ uitia ob turpitudinẽ fugiẽda ſunt: uirtuſ igitur appetẽda eſt ob decorem. Quid ergo? Poteſt ne fieri ut quod bonũ: qđ honeſtũ eſſe conſtat: mercede ac premio careat. ſitq; tam ſterile: ut nihil ex ſe cõmodi pareat. Labor ille magnuſ et difficultaſ et eluctatio aduerſuſ mala: qbuſ hec uita plena eſt: aliqd magni boni pareat neceſſe eſt. Id uero quod eſſe dicemuſ: nũ uoluptatẽ? At nihil turpe ex honeſto naſci põt. Nũ diuiciaſ? Nũ poteſtateſ? At ea quidẽ fragilia ſũt et caduca. Num gloriã? Nũ honorẽ? Num memoriã nominiſ? At hec oĩa nõ ſunt in ipſa uirtute: ſed in aliorũ exiſtimatiõe atq; arbitrio poſita. Nam ſepe uirtuſ et inuiſa eſt: et malo afficit᷑. Debet autem id bonũ qđ ex ea naſcit᷑ ita coherere: ut diuelli atq; abſtrahi nequeat. nec aliter ſummũ bonũ uideri põt: q̃ ſi et propriũ ſit uirtutiſ. et tale ut neq; abiici quicq̃: neq; detrahi poſſit. Quid qđ mihi hiſ omnibuſ cõtẽnẽdiſ uirtutiſ officia cõſiſtũt: nam uoluptateſ. opeſ. potẽtiaſ. honoreſ: eaq; oĩa que pro boniſ habent᷑ nõ cõcupiſcere: nõ appetere: non amare qđ ceteri faciũt uicti cupiditate. id ẽ ꝑfecto uirtuſ. Aliud ergo ſublimiuſ atq; preclariuſ efficit: nec fruſtra hiſ preſentibuſ boniſ reluctatur: niſi quod maiora et ueriora deſiderat. non deſperemuſ inueniri poſſe. Modo uerſet ſe cogitatio in oĩa. Neq;

2008 Ministerio de Cultura

enim leuia. aut ludicra premia petunt.

Capit. xii. De duplici pugna corpiſ et anime & hoſtibuſ utriuſq;. Et ꝙ uirtuſ nõ ꝑpter ſe appetẽda eſt: ſed propter uitã eternã que ſũmũ bonũ ẽ. Et uirtutẽ neceſſario ſeqtur et in pſenti haberi nõ poteſt.

RED queritur qd ſit propter qđ naſcamur. qd efficiat uirtuſ: poſſumuſ ſic inueſtigare. Duo ſunt ex qbuſ homo cõſtat: animuſ et corpuſ. Multa ſunt propria animi. multa propria corpiſ multa utriq; cõmunia: ſicut eſt ipſa uirtuſ. que quociẽſ ad corpuſ refert: diſcernẽdi gratia fortitudo nomĩat. Quoniã igit utriq; ſubiacet fortitudo: utriq; propoſita dimicatio eſt: et utriq; ex dimicatiõe uictoria. Corpuſ quia ſolidũ ẽ. et cõprehenſibile: cũ ſolidiſ et cõprehenſibilibuſ cõfligat neceſſe eſt. Animuſ autẽ qa tenuiſ et inuiſibiliſ eſt. cum hiſ cõgreditur hoſtibuſ: q uideri tangiq; nõ poſſunt. Qui ſunt autẽ hoſteſ animi: niſi cupiditateſ. uitia. peccata. que ſi uicerit uirtuſ ac fugauerit: immaculatuſ erit animuſ ac puruſ. Vnde ergo colligi poteſt: quid efficiat animi fortitudo? Nimirum ex coniuncto et pari. hoc eſt ex corporiſ fortitudine. Quod cũ ĩ aliquam cõgreſſionẽ certamẽq; uenerit: quid aliud ex uictoria q̃ uitam petit. Siue enim cũ homine: ſiue cum beſtia dimiceſ: pro ſalute certatur. Ergo ut corpuſ uincẽdo id aſſequitur ut non intereat. ſic etiã aĩuſ ut permaneat: et ſicut corpuſ ab hoſtibuſ ſuiſ uictum morte mulctatur: ita ſuperatuſ a uitiſ animuſ moriat̃ neceſſe eſt. Quid ergo intererit inter animi corporiſq; dimicationẽ: niſi ꝙ corpuſ temporalẽ uitam expetit. animuſ ſempiternam? Si ergo uirtuſ per ſe ipſam beata nõ eſt: quoniã in perferendiſ ut dixi maliſ: tota uiſ eiuſ eſt: ſi oĩa que ꝑ boniſ cõcupiſcuntur negligit: ſi ſummuſ eiuſ graduſ ad mortem patet. quando quidem uitam que optatur a ceteriſ ſepe reſpuit. morteq; quam ceteri timent: fortiter ſuſcipit. Si neceſſe ẽ aliqd ex ſe magni boni pariat: quia ſuſtentati & ſupati uſq; ad mortẽ: laboreſ ſine premio eſſe non poſſunt. Si nullum premium quod ea dignum ſit in terra reperietur: quando quidem cuncta que fragilia ſunt et caduca ſpernit. Quid aliud reſtat. niſi ut celeſte aliquid efficiat: quia terrena uniuerſa contẽnit et altiora nitat̃: quia humilia deſpicit. Id uero nihil aliud poteſt eſſe q̃ ĩmortalitaſ. Merito ergo philoſophorum non obſcuruſ Euclideſ: qui fuit conditor magaricorum diſcipline: diſſentienſ a ceteriſ id eſſe

2008 Ministerio de Cultura

ſummũ bonum dixit: quod ſimile ſit et idem ſemper. Intellexit profecto que ſit natura ſummi boni: licet id non explicauerit quid ſit. id eſt autem immortalitaſ. Nec aliud omnino quicq̃: qa ſola nec iminui: nec augeri: nec immutari poteſt. Seneca quoq; imprudenſ incidit. ut fateretur nullum eſſe aliud uirtutiſ p̄miũ: q̃ immortalitatem. laudanſ enim uirtutem in eo libro quem de matura morte conſcripſit. Vna inquit reſ eſt. que nobiſ immor/talitatem donare poſſit: et pareſ diiſ facere. Sed et Stoici quoſ ſecutuſ eſt negant ſine uirtute effici quenq̃ beatum poſſe: ergo uirtutiſ p̄mium beata uita eſt. ſi uirtuſ ut recte dictum ẽ beatã uitã facit. Non eſt igitur ut aiunt propter ſe ipſam uirtuſ ex/petenda. ſed propter uitam beatã que uirtutem neceſſario ſeqt̃. Quod argumentum docere eoſ potuit. quod eſſet ſummũ bonũ. Nec autem uita preſenſ et corporaliſ beata eſſe non poteſt. qa maliſ eſt ſubiecta per corpuſ. Epicuruſ deũ beatũ & incorruptũ uocat. quia ſempiternuſ eſt. Beatitudo enim perfecta eſſe debet ut nihil ſit q̃ eam uexare: ac imminuere: aut immutare poſſit. Nec aliter quicq̃ exiſtimari beatũ poteſt. niſi fuerit ĩcorruptũ. Incorruptũ autem nihil eſt. niſi quod ẽ immortale. Sola ergo immortalitaſ beata ẽ. quia corrũpi ac diſſolui nõ poteſt. Quod ſi cadit in hominem uirtuſ. quod negare nulluſ poteſt. cadit et beatitudo. Nõ poteſt enĩ fieri ut ſit miſer: qui uirtute ẽ p̄dituſ. Si cadit beatitudo: ergo & immortalitaſ cadit in hominem. que beata eſt. Summũ igitur bonum: ſola immortalitaſ inuenit̃. qa nec aliud animal: nec corpuſ attingit. Nec põt cuiq̃ ſine ſciẽcie uirtute. id eſt. ſine dei cognitiõe ac iuſticia peruenire. Cuiuſ ap/petitio q̃ uera: q̃ recta ſit: ipſa uite huiuſce cupiditaſ indicat. que licet ſit tẽporaliſ & labore pleniſſima: expetit̃ tamẽ ab omĩbuſ et optatur. Hanc enim tam ſeneſ q̃ pueri: tam regeſ q̃ infimi: tã deniq; ſapienteſ q̃ ſtulti cupiũt. Tanti eſt ut Anaxagore uiſũ eſt contemplatio celi ac luciſ ipſiuſ. ut quaſcunq; miſeriaſ libeat ſuſtinere. Cum igitur laborioſa hec et breuiſ uita: non tantum hominum: ſed etiam ceterorum animantium conſenſu. magnum bonũ eſſe ducatur. Manifeſtũ eſt eãdẽ ſummũ ac perfectũ fieri bonũ: ſi & fine careat et omni malo. Deniq; nẽo nũq̃ extitiſſet: q hanc ipſã breuẽ contemneret: aut ſubiret mortem niſi ſpe uite lõgioriſ. Nã illi qui p ſalute ciuiũ uolũtarie ſe neci optulerũt. ſicut Thebiſ meneochuſ. Atheĩſ Coddruſ. Rome Curciuſ & mureſ

2008 Ministerio de Cultura

duo Decii: nūq̄ mortē uite cōmodiſ ꝓtuliſſēt: niſi ſe īmortalitatē opinióe ciuiū cōſeq putauiſſēt. Qui tñ et ſi neſcirēt īmortalitatiſ uiā: reſ tñ eoſ nó fefellit. Si.n. uirtuſ diuiciaſ et opeſ ideo cōtēnit: qa fragileſ ſūt: uoluptateſ ideo qa breueſ: ergo et uitā fragilem breueq; ideo contemnit. ut ſolidā et perpetuā cōſequatur. Ipſa ergo cogitatio ꝑ ordíem gradiēſ & uniuerſa cōſideranſ: perducat noſ ad eximiū illud et ſingulare cuiuſ cauſa naſcimur bonum. Quod ſi feciſſent philoſophi: ſi nó qđ ſemel apprehēd erāt tueri ꝑtinaciter maluiſſēt: ꝑfecto ꝑueniſſent ad uerū hoc ut oſtendi modo. Quod ſi non fuit eorū qui celeſteſ aīaſ una cum corpibuſ extingūt: illi tñ q de īmortalitate diſputant animi: intelligere debuerūt. Ideo ꝓpoſitā nobiſ eē uirtutē: ut ꝑdóitiſ libidinibuſ rerumq; terreſtrium cupiditate ſuperata: pure ad uictriceſ aīe: ad deum. id eſt. ad originem ſuam reuertantur. Idcirco enim ſoli animantium ad aſpectum celi erecti ſumuſ: ut ſummum bonū noſtrū in ſūmo deo eſſe credamuſ. Ideo religióem ſoli capimuſ: ut ex hoc ſciamuſ humanum ſpiritum nó eſſe mortalem ꝙ deū qui eſt immortaliſ et deſiderat et agnoſcit. Igitur ex omnibuſ philoſophiſ q aut pro ſummo bono ſcientiam: aut uirtutem ſūt amplexi: tenuerunt quidem uiam ueritatiſ: ſed non peruenerūt ad ſummū. Hec ení duo ſunt: que ſimul efficiāt illud qđ querit. ſcientia id preſtat: ut quomodo et quo perueniendum ſit noue/rimuſ. uirtuſ ut perueniamuſ. Alterū ſine altero nihil ualet. Ex ſcientia enim uirtuſ: ex uirtute ſummum bonum naſcitur. Beata igitur uita quam philoſophi queſiuerūt ſemper et querunt. ſiue in cultu deorum: ſiue in philoſophia: nulla eſt. et ideo ab hiſ nó potuit reperiri: quia ſummum bonū non in ſummo queſiuerūt. ſed in imo. Summum autem quid eſt niſi celū et deuſ unde aīuſ oritur? Imū quid eſt niſi terra unde corpuſ eſt? Itaq; licet qdā philoſophi ſummum bonum non corpori ſed animo dederint: tamē quoniam ad illud hanc uitam retulerunt: que cum corpe terminatur. ad corpuſ reuoluti ſunt: cuiuſ eſt omne hoc tempuſ quod tranſigitur in terra. Quare nó immerito ſummum bonum non conprehenderunt. quia quidquid ad corpuſ ſpectat. et im/mortalitatiſ ē experſ: imū ſit neceſſe ē. nó cadit ergo in hoīem beatitudo illo modo quo philoſophi putauerunt. ſed ita cadit nó ut tūc beatuſ ſit cū uiuit ī corpe: qđ utiq; ut diſſoluat̄ neceſſe ē corrūpi: ſed tūc cū aīa ſocietate corpiſ liberata ī ſolo ſpū uiuit.

2008 Ministerio de Cultura

Hoc uno beati eſſe in hac uita poſſumuſ: ſi mīme beati eſſe ui/
deamur. ſi fugienteſ illecebraſ uoluptatū: ſoliq; uirtuti ſeruiētes:
omnibuſ laboribuſ miſeriiſq; uiuamuſ. que ſunt exercitia & cor/
roboramenta uirtutiſ. ſi deniq; aſperam illam uiamq; difficilem
teneamuſ: que nobiſ ad beatitudinem patefacta eſt. Summum
igit̄ bonum quod beatoſ facit nō poteſt eſſe: niſi in ea religione
atq; doctrina: cui ſpeſ immortalitatiſ adiuncta eſt.

Capi. xiii. Quod aīa immortaliſ. et quare diuina traditio
logicam non deſiderat aut philoſophiā: ſed ethicam ſolam.
in qua docenda ſūmi philoſophi errauerūt. Et quare phi/
loſophia non ſit dux uite & uirtutum parenſ: expultrix et
ultrix uitioꝝ. quod tamē Cicero & alii aſtruere conati ſūt.

REſ exigere uidetur hoc loco: ut quoniā docuimuſ immor/
talitatem eē ſummū bonū: id ipm immortalem eſſe aīam
comprobemuſ. Qua de re ingenſ inter philoſophoſ diſceptatio
eſt. nec quicq̄ tamē explicare aut probare potuerūt. hi qui uerū
de aīa ſentiebāt experteſ huiuſ diuine eruditiōiſ. nec argumēta
uera q̄buſ uincerent attulerunt: nec teſtimonia q̄buſ probarent.
ſed oportuniuſ hanc queſtionē tractabimuſ in ultimo libro: cū
de uita beata nobiſ erit diſſerēdū. Supeſt parſ illa tertia philo/
ſophie: quā uocāt logicam id eſt rōnalem. in qua tota dialetica
& omniſ loquendi ratio continetur. Hanc diuina eruditio non
deſiderat. q̄a nō in lingua ſed in corde ſapiētia eſt. Nec intereſt
quali utatur ſermone. reſ enim non uerba querūtur. Et noſ non
de grammatico aut oratore quorum ſcientia eſt quomodo loqui
deceat: ſed de ſapiente diſſerimuſ: cuiuſ doctrina ē quomō uiuere
oporteat. ꝙ ſi neq; phiſica illa non ē neceſſaria neq; hec logica:
quia beatoſ facere non poſſunt. reſtat ut in ſola ethica totiuſ
philoſophie uiſ contineat̄. ad quā ſe abiectiſ omnibuſ Socrateſ
cōtuliſſe dicitur. In qua etiam parte quoniā philoſophoſ errare
docui: qui ſummū bonū cuiuſ capiendi gratia generati ſunt non
cōprehenderūt: apparet falſam & ianem eē oēm philoſophiam.
quia nec inſtruit ad iuſticie munera: nec officium homīſ rōemq;
confirmat. Sciant igitur errare ſe: qui philoſophiam putant eſſe
ſapientiam. non trahant̄ auctoritate cuiuſ q̄: ſed ueritati potiuſ
et faueant & accedāt. Nulluſ hic temeritati locuſ eſt. in eternū

2008 Ministerio de Cultura

ſtulticie pena ſubeunda eſt.ſi aut perſona inaniſ aut opio falſa
deceperit.Homo autē qualiſcunq; eſt ſi ſibi credit: hoc eſt ſi hōi
credit: ut non dicam ſtultuſ qui ſuum non uideat errorem.certe
arroganſ eſt: qui ſibi audeat uendicare quod humana conditio
non recipit. Ille ipſe romane lingue ſummuſ auctor quantum
fallatur: licet ex illa ſententia peruidere. qui cū in libriſ officioꝝ
philoſophiam nihil aliud eſſe dixiſſet q̃ ſtudium ſapiētie.ipſam
aūt ſapientiā rerum diuinarū & hūanarum ſcientiam: tū adiecit:
cuiuſ ſtudiū qui uituperat.haud ſane intelligo qd nam ſit quod
laudandum putet. Nam ſi oblectatio queritur animi: requieſq;
curarum: que cōferri cum eorū ſtudiiſ poſſunt: qui ſemꝑ aliquid
inquirunt: quod ſpectet & ualeat ad bene beateq; uiuēdum. Si
uero ratio cōſtantie uirtutiſq; ducitur: aut hec arſ eſt: aut nulla
omnio per quā eaſ aſſequamur. Nullam dicere maximarū rerū
artem eſſe: cum minimarū ſine arte nulla ſit hominū eſt parum
conſiderate loquentiū: atq; in maximiſ rebuſ errantiū. Si aūt eſt
alia diſciplina uirtutiſ: ubi ea queretur: cū ab iſto genere diſcēdi
diſceſſeriſ? Et qdem tam & ſi operam dederim: ut quātuluncūq;
dicendi aſſequerer facultatem propter ſtudium dicendi: tamen
eloquenſ nunq̃ fui. quippe qui forum ne attigerim quidem.ſed
neceſſe eſt ipſa me faciat eſſe bonitaſ eloquentem: ad quā diſerte
copioſeq; defendendā: ſcientia diuinitatiſ & ipſa ueritaſ ſufficit.
Vellem igit̄ Ciceronem pauliſper ab inferiſ ſurgere: ut uir elo/
quentiſſimuſ ab homūculo non diſerto doceretur. Primum quid
nam ſit quod laudandum putet: qui uituperat id ſtudium quod
uocatur philoſophia. Deniq; neq; illam eſſe artem qua uirtuſ &
iuſticia diſcatur.nec aliam ullā ſicut putauit. Poſtremo quoniā
eſt uirtutiſ diſciplina ubi querenda ſit: cū ab illo diſcendi genere
diſceſſeriſ: quod ille nō audiēdi diſcēdiq; gratia querebat. A quo
enim poſſet audire: cum ſciret id nemo? Sed ut in cauſiſ facere
ſolebat.interrogatiōe uoluit urgere: ad confeſſioneq; deducere:
tanq̃ conſideret reſponderi prorſuſ nihil poſſe: quo minuſ phīa
eſſet magiſtra uirtutiſ. Quod qdem in tuſculaniſ diſputatiōibuſ
aperte profeſſuſ eſt: ad eam ipſam cōuerſa oratiōe tanq̃ ſe decla/
matorio dicendi genere iactaret. O uite philoſophia dux inqt.
o uirtutiſ indagatrix expultrixq; uitiorum.quid nō modo noſ:
ſed oīno uita hoīum ſine te eſſe potuiſſet. Tu inuentrix legum.
Tu magiſtra morum ac diſcipline fuiſti. Quaſi uero aliquid per

2008 Ministerio de Cultura

ſe ipſa ſentiret: ac non potiuſ ille laudanduſ eēt qui eam tribuit. Potuit eodem mō gratiaſ agere cibo & potui: quia ſine hiſ rebuſ cōſtare uita nō poſſit. i qbuſ ut ſenſuſ ita beneficii nihil ē. at qn ut illa corporiſ alimēta ſunt: ſic aīe ſapīa.

Ca. xiiii. Quod Lucretiuſ & alii errauerūt opinati ſapīam inuentam eſſe ab hoīe. et nec datam hōībuſ a creatore. Et quō Cicero ſuiſ uerbiſ cōuincit̄. Et ꝙ phīa nec uerū docet: nec ad recte uiuēdum inſtruit.

RE ctiuſ itaqꝫ Lucretiuſ cum eum laudat q ſapīam primuſ inuēit. ſed hoc inepte: ꝙ ab hoīe inuentā putauit. q̄ſi uero illā alicubi iacentē homo ille quē laudabat inuenerit: tanq̄ tibi uaſ ad fontē ut poete aiūt. ꝙ ſi repertorē ſapīe ut deū laudauit. Ita enī dicit. Nemo ut opīor erit mortali corpe cretuſ. Nā ſicut ipā petit maieſtaſ cognita rerū. dicendum eſt deuſ ille fuit. Deuſ inclite memini. tñ nō erit ſic laudāduſ deuſ ꝙ ſapīam inuenerit: ſed ꝙ hoīem fecerit q poſſet capere ſapīam. Minuit enī laudē q partem laudat ex toto. ſed ille ut hoīem laudauit: q tamē ob id ipm deberet ꝓ deo haberi ꝙ ſape inuenerit. Nam ſic ait. Nonne decebit hunc hoīem diuū numero dignarier eſſe. Vnde apparet Pythagorā uoluiſſe laudare: q ſe ꝑmuſ ut dixi phūm noīauit: aut Mileſiū Thalem qui de rerū natura ꝑmuſ tradit̄ diſputaſſe. Sed dū hoīem querit extollere: rem ipām depreſſit. Non enim magna ſi ab hoīe potuit inuēiri. Verum pōt ut poete dari uēia. At ille idem perfectuſ orator ſūmuſqꝫ phūſ ne grecoſ reꝑhendā: quoꝝ leuitatē ſemp accuſat: et tñ ſequit̄ ipam ſapīam. quā aliaſ donū: aliaſ inuentū deoꝝ uocat. poetice figuratā laudat i faciē. Grauiter etiā querit̄ extitiſſe aliquoſ q eā uituparēt. Quiſ q̄ ne inqt uitupare uite parentē. et hoc parricidio ſe inqnare audeat: et tā impie ingratuſ eē? Noſ ergo Mar. Tulli parricide ſumuſ: et inſuēdi te iudice i culleū: q in phīam negamuſ parētem eē uite. An tu qui aduerſuſ deū tam impie ingratuſ eſ? Non hunc cuiuſ effigiem ueneraris in capitolio ſedētem: ſed illū qui mūdum fecit hoīemqꝫ figurauit: q ſapīam quoqꝫ ipam inter cetera celeſtia ſua bñficia largituſ ē. Magiſtrā tu uirtutiſ aut parētem uite uocaſ. ad quā ſi qſ acceſſerit: multo ſit incertior neceſſe eſt q̄ ꝑuſ fuerit. Cuiuſ. n. uirtutiſ que ipa ubi ſita ſit: adhuc philoſophi nō expe/diunt. cuiuſ uite cū ipi doctoreſ ante fuerint: ſenectute ac morte cōfecti: q̄ cōſtituerint quō uiui deceat. cuiuſ ueritatiſ indagatōe

2008 Ministerio de Cultura

profiteri poteſ qui ſepe teſtariſ. cum tāta multitudo fuerit phi/loſophorum: ſapientem tamen extitiſſe adhuc neminem. Quid ergo te magiſtra illa uite docuit? An ut potentiſſimū conſulem maledictiſ inceſſereſ. eumq; hoſtem patrie uenenatiſ oratiōibuſ facereſ? Sed omittamuſ illa que poſſunt excuſari fortune noīe. Studuiſti nempe philoſophie: et qdem ſicut nulluſ unq̄ diligen/tiuſ. quippe qui omneſ cognoueriſ diſciplinaſ: ſicut ipſe gloriari ſoleſ. eaq; ipam latiniſ literiſ illuſtraueriſ: imitatorēq; te Platōiſ oſtenderiſ. Cedo igitur quid didiceriſ. aut in qua ſecta ueritatem dep̄hendiſ. In achademia ſcilicet quā ſecutuſ eſ: quā probaſti. at hec nihil docet: niſi ut ſciaſ te nihil ſcire. Tui ergo te libri ar/guunt: q̄ nihil a philoſophia diſci poſſit ad uitā. Hec tua uerba ſunt. Mihi autem nō modo ad ſapientiam ceci uidemur: ſed ad ea ipa que aliqua ex parte cerni uideantur hebeteſ & obtuſſi. Si ergo philoſophia eſt magiſtra uite: cur tibi cecuſ & hebeſ et ob/tuſſuſ uidebare: quem oportuit illa docētem et ſentire & ſapere: et in clariſſima luce uerſari? At quā confeſſuſ fueriſ philoſophie ueritatē: docēt ad filiū cōpoſita p̄cepta qbuſ moneſ philoſophie qdem precepta noſcēda. uiuēdum autem eſſe ciuiliter. Quid tam repugnanſ dici poteſt? Si noſcenda ſunt precepta philoſophie. ideo utiq; noſcēda ſunt: ut recte ſapiēterq; uiuamuſ. Vel ſi ciui/liter uiuendū eſt: nō eſt igitur philoſophia ſapiā. ſiqdem meliuſ eſt ciuiliter q̄ philoſophice uiuere. Nam ſi ſapiētia eſt que dicit̄ philoſophia: ſtulte p̄fecto uiuit: q non ſcd̄m philoſophiā uiuit. Si aūt non ſtulte uiuit q ciuiliter uiuit: ſequitur ut ſtulte uiuat qui philoſophice uiuit. Tuo itaq; iudicio philoſophia ſtulticie inanitatiſq; damnata eſt. Idem in conſolatione. id eſt in opere nō ioculari. Hanc de philoſophia ſententiam tuliſti. Sed neſcio qui uoſ teneat error: aut miſerabiliſ ignoratio uiri. Vbi eſt ergo philoſophie magiſterium? Aut quid te docuit illa uite parenſ. ſi uerum miſerabiliter ignoraſ? Quod ſi hec erroriſ ignorationiſq; confeſſio: pene inuito tibi ab intimo pectore compreſſa eſt: cur non tibi aliquādo uerum fateariſ philoſophiam: quam tu nihil docentem in celum laudibuſ extuliſti: magiſtram uirtutiſ eē non poſſe.

Cap. XV. Quod in eodē errore fuit Seneca. Et quid phīa ſcd̄m ipm̄. Et q̄ ſicut deuſ unuſ & ueritaſ una: ita una ē et ſimplex ſapīa. Et quō philoſophoꝝ oratio pugnet cū uita.

2008 Ministerio de Cultura

EOdem ductuſ errore Seneca. Quiſ enī ueram uiam teneret
errante Cicerōe? Philoſophia inqt nihil aliud eſt q̄ recta
uiuēdi ratio. uel honeſte uiuēdi ſcientia. uel arſ recte uite agēde.
Non errabimuſ. ſi dixerimuſ phīam eſſe legem bene honeſteq;
uiuendi. Et qui dixerit illam regulam uite: ſuum illi reddidit.
Hic plane non reſpexit ad cōmune phīe nomen. que cum ſit in
pluriſ ſectaſ diſciplinaſq; diffuſa: nihilq; habeat certi: nihil dēiq;
de quo uniuerſi una mente ac uoce conſentiant. Quid poteſt eē
tam falſum q̄ regulam uite phīam uocari. ī qua diuerſitaſ pre/
ceptorū rectū iter impediat & turbet? Aut legem bene uiuendi:
cuiuſ capita longe diſſonant: aut ſentētiam uite agende: in qua
nihil aliud efficitur contraria ſepe dicendo: q̄ ut nemo quicquā
ſciat. Quero enim utrū ne achademiā phīam putet eſſe an non.
Negaturum non arbitror. quod ſi eſt: nihil ergo illoꝝ cadit in
philoſophiam. que ut oīa reddat incerta: legem abrogat: artem
nullam putat: rationem ſubuertit: regulam deprauat: ſcientiam
funditu ſ tollit. Falſa igit̄ illa oīa. quia in rem ſemper incertam:
et adhuc nihil explicantem cadere non poſſunt. Nulla itaq; rō
uel ſciētia uel lex bene uiuēdi: niſi in hac unica & uera et celeſti
ſapientia cōſtituta eſt: que phiſ fuerit ignota. Nam illa terrena
quoniā falſa eſt: fit uaria & multiplex. ſibiq; tota contraria eſt.
Et ſicut unuſ eſt huiuſ mūdi conſtitutor & rector deuſ: una ue/
ritaſ: ita unā eſſe ac ſimplicem ſapientiā neceſſe eſt. quia quidq̄d
eſt uerū ac bonū: id perfectū eſſe nō poteſt: niſi fuerit ſingulare.
Quod ſi phīa uitā poſſet īſtruere: nulli alii niſi philoſophi eēnt
boni. Et qui eam non didiciſſent: eſſent omneſ ſemper mali. cū
innumerabileſ exiſtant & ſemper extiterint qui ſint aut fuerint
ſine ulla doctrina boni. Ex philoſophiſ aūt perraro fuerit: qui
aliquid in uita fecerit laude dignum. Quiſ eſt tandem qui non
uideat eoſ hoīeſ uirtutiſ: qua ipſi egent non eſſe doctoreſ? Nam
ſi quiſ moreſ eoꝝ diligēter inquirat: inueniet iracūdoſ: cupidoſ:
libidinoſoſ: arroganteſ: proteruoſ: et ſub obtentu ſapīe ſua uitia
colēteſ. domi fatiēteſ ea que ī ſcholiſ arguiſſent. Fortaſſe mētior
accuſādi gratia. nōne idipm̄ Tulliuſ & fatet̄ et querit̄? Quotuſ
inquit quiſq; phōrum inuenitur: qui ſit ita moratuſ: ita aīmo ac
uita conſtitutuſ: ut rō poſtulat. qui diſciplinā ueram nō oſten/
tationem ſcientie: ſed legem uite putet. qui obtemperet ipſe ſibi:
et decretiſ pareat ſuiſ. Videre autem licet alioſ tanta leuitate &

2008 Ministerio de Cultura

iactatõne: ut hiſ fuerit nõ didiciſſe meliuſ. alioſ pecuīe cupidoſ:
alioſ glorie: multoſ libidinū ſeruoſ: ut cum eorum uita & uitiiſ
mirabiliter pugnet oratio. Neposq; Corneliuſ ad eundem Cice/
ronem ita ſcribit. Tantū abeſt ut ego magiſtram eſſe putem uite
phīam. beateq; uite perfectricem. ut nulliſ magiſ exiſtimē opuſ
eſſe magiſtroſ uiuendi: ꝙ pleriſq; qui in ea diſputanda uerſant̄.
Video enim magnam partem eorum: qui ī ſchola de pudore &
continentia precipiant argutiſſime: eoſdem in omniū libidinum
cupiditatib uſ uiuere. Item Seneca ī exhortatōibuſ. Pleriq; inqt
philoſophoꝝ taleſ ſunt diſerti in cōuitium ſuū. quoſ ſi audiaſ in
auaritiam: in libidinem: in ambitōnem perorantes. in iuditium
ſuū puteſ profeſſoſ. Adeo redundāt ad ipſoſ maledicta ī publicū
miſſa. quoſ nō aliter intueri decet: ꝙ medicoſ. quoꝝ tituli reme/
dia habēt pixideſ uenena. Quoſdā uero nec pudor uitioꝝ tenet:
ſed patrocinia turpitudini ſue fingūt. ut etiam honeſte peccare
uideant̄. Fatiet īquit ſapienſ idem Seneca. etiā que nō ꝓbabit.
ut etiā ad maiora tranſitum inueniat: nec relinquet bonoſ moreſ.
ſed tēpori aptabit: ut qbuſ alii utūtur in gloriā aut uoluptatē:
utatur agende rei cā. Deinde paulopoſt. Omnia que luxurioſi
fatiūt: queq; imperiti: fatiet & ſapienſ. ſed nō eodem mō eodēq;
propoſito. At quin nihil intereſt quo animo fatiaſ: quod feciſſe
uitioſum eſt. quia facta cernūtur: animuſ nō uidetur. Ariſtippo
cirenaicorū magiſtro cū Laide nobili ſcorto fuit cōſuetudo: qđ
flagitiū grauiſ ille philoſophie doctor ſic defendebat: ut diceret
multū inter ſe & ceteroſ Laidiſ amatoreſ intereſſe. ꝙ ipſe hēret
Laidem: alii uero a Laide haberentur. O preclara & imitanda
boniſ ſapiētia. Huic uero liberoſ in diſciplinā dareſ. ut diſcerent
habere meretricem. Aliquid inter ſe ac perditoſ intereſſe dicebat.
ſcilicet ꝙ illi bona ſua perderent: ipſe gratiſ luxurietur. In quo
tamē ſapientior meretrix fuit. que ſic philoſophum habuit pro
lenone: ut ad ſe omniſ iuuentuſ doctoriſ exēplo & auctoritate
concurreret corrupta ſine ullo pudore. Quid ergo interfuit: quo
aīmo phūſ ad meretricem famoſiſſimā comearet: cū enī populuſ
& riualeſ ſui uiderent oībuſ perditiſ neqorem? Nec ſatiſ fuit ita
uiuere: ſed docere etiā libidineſ cepit. ac moreſ ſuoſ de lupanari
ad ſcholā tranſtulit. diſſerenſ uoluptatē corpiſ eē ſummū bonū.
Que doctrina execrabiliſ & pudenda: non ī corde philoſophi:
ſed in ſinu meretriciſ eſt nata. Nam quid ego de cinicis loquar?

2008 Ministerio de Cultura

Quibuſ in propatulo coire cũ coniugibuſ moſ fuit. Quid mirum ſi a canibuſ quoꝝ uitam imitantur: etiam uocabulum nomenq; traxerunt? Nullum igit̃ in hac diſciplina magiſterium uirtutiſ eſt. cũ etiã illi qui honeſtiora precipiunt: aut nõ fatiunt ipi que ſuadent: aut ſi fatiũt qđ raro accidit. non diſciplina eoſ ad rectũ: ſed natura producat. que ſepiuſ etiã indoctoſ impellit ad laudẽ.

Capitulũ. xvi. Quod recte docenteſ & male uiuẽteſ teſte Cicerone non utilitatẽ ex philoſophia: ſed inanẽ pcipiũt delectationem. Et ꝙ ſapientia ſeipſam ſemper exercet in boniſ actibuſ. Et quare non phie ſed ſapientie ipi iugiter inſiſtendum ſit.

VErum enim cũ ſe ppetue deſidie tradant: nullãq; uirtutem capeſſant. et omnem ſuã uitam nihil aliud q̃ in eloquentia peragant. quid aliud q̃ inerteſ putari debent? Sapientia autem niſi ĩ aliquo actu fuerit: quo uim ſuã exerceat: inaniſ & falſa ẽ. Recteq; Tulliuſ ciuiliſ uiroſ qui rempublicam gubernent: qui urbeſ aut nouaſ conſtituant: aut conſtitutaſ equitate tueãtur. qui ſalutem libertateq; ciuium: uel boniſ legibuſ: uel ſalubribuſ conſiliiſ: uel iuditiſ grauibuſ cõſeruent: philoſophie doctoribuſ prefert. Bonoſ enim facere oportet: potiuſ q̃ incluſoſ in anguliſ fatienda precipere. que ne ipi qdem fatiunt qui loquuntur. Et quoniam ſe a ueriſ actibuſ remouerunt: apparet eoſ exercende lingue cã: uel aduocãdi gratia artem ipam phie repperiſſe. Qui aũt docẽt tantũ nec fatiunt: ipi preceptiſ ſuiſ detrahũt ponduſ. Quiſ. n. obtẽperet: cũ ipſi preceptoreſ doceant nõ obtemperare? Bonum eſt aũt recta & honeſta precipere. ſed niſi & fatiaſ men/datium eſt. et eſt incongruenſ atq; ineptum non in pectore: ſed ĩ labiiſ habere bonitatẽ. Non ergo utilitatẽ ex philoſophia: ſed oblectationẽ petũt. Quod prouide Cicero teſtatuſ ẽ. Profecto inquit omniſ iſtorum diſputatio q̃q̃ uberrimoſ fonteſ uirtutiſ & ſcientie cõtineat: tamẽ collata cũ horum actiſ perfectiſq; rebuſ: uereor ne non tantũ uideat̃ attuliſſe negotiiſ hoĩum quandam delectationem otii. Vereri qdem non debuit cũ uerũ diceret. ſed quaſi timeret ne proditi miſterii reuſ a philoſophiſ citaretur. Nõ eſt auſuſ confidenter pronũtiare quod fuit. uerũ illoſ non ideo diſputare ut doceant: ſed ut ſe oblectent in otio. qui quoniam auctoreſ ſunt rerũ gerendarũ: nec ipi quicq̃ gerũt. pro loq̃abuſ

2008 Ministerio de Cultura

ſunt habendi. Sed profecto qa nihil boni ad uitam afferebãt: nec ipſi decretiſ ſuiſ obtemperauerunt: nec quiſq̃ per tot ſecula inuentuſ eſt: qui eorũ legibuſ uiueret. Abiicienda eſt igit̃ omniſ philoſophia. quia non ſtudendum ſapiẽ. q̃ fine ac modo caret. ſed ſapiendum eſt & qdem nature. Non enim nobiſ altera uita conceditur: ut cũ queramuſ in hac ſapiam: in illa ſapere poſſimuſ. in hac utrunq; fieri neceſſe eſt: cito inueniri debet: ut cito ſuſcipi poſſit. ne quid pereat ex uita: cuiuſ finiſ incertuſ eſt. Ciceroniſ Hortenſiuſ cõtra phiam diſſerenſ: circũuenit̃ arguta cõcluſiõe. qui cũ diceret philoſophandũ nõ eſſe: nihilominuſ philoſophari uidebatur. quoniã philoſophi ẽ quid in uita fatiẽdum uel non fatiendum ſit diſputare. Noſ ab hac calũnia immuneſ ac liberi ſumuſ. qui phiam tollimuſ. quia hũane cogitationiſ inuẽtio eſt. ſophiã defendimuſ: quia diuina traditio eſt. Eamq; ab omnibuſ ſuſcipi oportere teſtamur. Ille cum phiam tolleret: nec meliuſ aliqd afferret: ſapiam tollere putabat̃. eoq; faciliuſ de ſapientia pulſuſ eſt. quia conſtat hoiem non ad ſtultitiam: ſed ad ſapiam naſci. Preterea illud quoq; argumentũ cõtra philoſophiã ualet plurimũ. quo idem ẽ uſuſ Hortẽſiuſ ex eo poſſe intelligi phiam non eſſe ſapiam: q̃ principium & origo eiuſ appareat. Quando inquit philoſophi eſſe ceperũt. Thaleſ ut opinor primuſ recenſ. hec qdem etaſ. Vbi ergo apud antiqoreſ latuit amor iſte iueſti-gande ueritatiſ. Idem Lucretiuſ ait. Deniq; natura hec rerum: ratioq; reperta eſt nuper. et hac primũ cum primiſ ipſe repertuſ. Nunc ego ſum in patriaſ qui poſſum uertere uoceſ. Et Seneca. Nondum ſunt inquit mille anni. ex quo initia ſapiẽtie mota ſunt. Multiſ ergo ſeculiſ hũanum genuſ ſine ratiõe uixit. Quod irridenſ Perſiuſ. Poſtq̃ inquit ſapere urbi cum pipere & palmiſ uenit: tanq̃ ſapientia cum ſaporiſ mercibuſ fuerit inuecta. que ſi ſcd̃m hominiſ naturam eſt: cum homine eſſe ceperit neceſſe eſt. Si uero nõ eſt: nec capere qdem illam poſſet humana natura. ſed qa recipit: igit̃ a principio fuiſſe neceſſe ẽ. Ergo philoſophia quia non a principio fuit: nõ eſt eadem uera ſapia: ſed uidelicet greci quare ſacraſ ueritatiſ literaſ non attigerant: quẽadmodum depriuata eſſet ſapientia neſciuerũt. Et ideo cũ uacare ſapiẽtia humanam uitam putarent: philoſophiam commenti ſunt. id eſt latentem atq; ignotã ſibi ueritatem diſſerendo eruere uoluerũt. quod ſtudium per ignorantiam ueri ſapientiam putauerunt.

2008 Ministerio de Cultura

Capitulum .xvii. Que fuit ipſa doctrina Epicuri que moribuſ oīum appoſitiſſima loquebat'. Et quō Leucippū et Democritū habuerit autoreſ erroriſ & fabroſ athomorū & aſſertoreſ uoluptatiſ.

DIxi de philoſophia ipſa q̄ breuiter potui. nunc ad philoſophoſ ueniamuſ. non ut cum eiſdem certemuſ qui ſtare non poſſunt: ſed ut eoſ fugiētes atq; deiectoſ noſtro cāpo inſeq̄mur. Epicuri diſciplina multo celebrior ſemper fuit q̄ ceteroꝝ. nō qa ueri aliq̄d affert: ſed quia multoſ ad populare nomē uoluptatiſ inuitat. Nemo enim non in uitia pronuſ eſt. Preterea ut ad ſe multitudinē contrahat: appoſita ſinguliſ q̄buſq; moribuſ loq̄t. Deſidioſū uetat literaſ diſcere. auarū populare largitōe liberat. ignauum prohibet accedere ad rempublicam. pigrum exercere. timidum militare. Irreligioſuſ audit deoſ nihil curare. inhūanuſ & ſuiſ cōmodiſ ſeruienſ: iubetur nihil cuiq̄ tribuere. Omnia enim ſua cauſa facere ſapientem. fugienti turbam ſolitudo laudatur. Qui nimiū parcuſ eſt: diſcit aqua & polenta uitā poſſe tolerari. Qui odit uxorē: huic enumerat' celibatuſ bona. Habēti maloſ liberoſ: orbitaſ predicat'. Aduerſuſ impioſ parētes nullū uinculū eſſe nature. Impatienti ac delicato dolorem eſſe oīm malorum maximū dicit' forti etiā in tormētiſ beatum eſſe ſapientem. Qui claritati ac potentie ſtudet: huic precipit' regeſ colere. Qui moleſtiam ferre non poteſt: huic regiam fugere. Ita homo aſtutuſ ex uariiſ diuerſiſq; modiſ circulum cogit. et dum ſtudet placere omnibuſ: maiori diſcordia ſecū ipſe pugnauit: q̄ inter ſe uniuerſi. Vnde aūt diſciplina eiuſ tota deſcendat. quam originē habeat explicādum ē. Videbat Epicuruſ boniſ aduerſa ſemꝑ accidere: paupertatem: laboreſ: exilia: carorum amiſſioneſ: maloſ contra bonoſ eſſe: augeri potentia: honoribuſ affici. uidebat innocentiā minuſ tutā: ſcelera impune cōmitti. Videbat ſine delectu morū: ſine ordine ac diſcrimine annorū ſeuire mortem. ſed alioſ ad ſenectutem ꝑuenire: alioſ infanteſ rapi: alioſ iā robuſtoſ interire. alioſ in primo adoleſcentie flore immaturiſ funeribuſ extingui. in belliſ potiuſ melioreſ & uinci et perire. Maxime autē cōmouebat hoīeſ in primiſ religioſoſ grauioribuſ maliſ affici. Hiſ aūt qui aut deoſ oīno neglexerūt: aut nō pie coluerūt: uel minora incōmoda euenire uel nulla. ipſa etiam ſepe templa fulminibuſ conflagrare. Quod Lucretiuſ querit' cū dicit de deo. Tū fulmīa

2008 Ministerio de Cultura

mittat & edeſ ipſe ſuaſ diſturbet et in deſerta recedenſ. Seuiat exercenſ telum. quod ſepe nocẽteſ preterit exaĩmatq; indignoſ inq; merenteſ. Quod ſi uel exiguā ueritatiſ auram colligere po/tuiſſet: nunq̃ diceret edeſ illū ſuaſ diſturbare. cū ideo diſturbet. quia nō ſunt ſue. Capitoliū quod eſt romane urbiſ & religioniſ caput ſummū: non ſemel ſed ſepiuſ fulmine ictum conflagrauit. Homineſ autem ingenioſi q̃d de hoc exiſtemauerint: ex dicto Ciceroīſ apparet. qui ait diuinituſ extitiſſe illā flammā: nō que terreſtre illud domiciliū Iouiſ deleret: ſed que ſublimiuſ magni/ficentiuſq; depoſceret. Qua de re etiā in libriſ conſulatuſ ſui eadē dixit que Lucretiuſ. Nā pater altitonanſ ſtellāti nixuſ olimpo. Ipſe ſuaſ arceſ atq; indita templa petiuit. Et capitoliniſ iniecit ſedibuſ igneſ. Pertinaci ergo ſtultitia nō modo uim maieſtatēq; ueri dei non intellexerūt: ſed etiā impietatē ſui erroriſ auxerūt. qui templū celeſti iuditio ſepe damnatū. Sic enī cauſam rōemq; ignoranti uidebat̃ exiſtimauit nullā eſſe prouidentiam. Quod cū ſibi perſuaſiſſet: ſuſcepit etiā defēdendum. ſic in erroreſ inex/tricabileſ ſe ipſe incluſit. Si enim prouidentia nulla eſt: quomō tam ordinate tam diſpoſite munduſ effectuſ eſt? Nulla inquit diſpoſitio eſt. multa enim facta ſunt aliter q̃ fieri debuerunt. et inuenit homo diuinuſ que reprehenderet. que ſingula ſi uacarūt refellere facile oſtenderem: nec ſapiētem hunc fuiſſe nec ſanum. Item ſi nulla prouidentia eſt: quomō animalium corpora tam prouidenter ordinata ſunt: ut ſingula queq; mēbra mirabili rōe diſpoſita: ſua offitia conſeruēt. Nihil inq̃t ī procreādiſ aīalibuſ ꝓuidentie ratio molita eſt. Nā neq; oculi facti ſūt ad uidendū: neq; aureſ ad audiendum: neq; lingua ad loquēdum: neq; pedeſ ad ambulādum: quoniā priuſ hec nata ſūt q̃ eſſet loqui: audire: uidere: ambulare. Itaq; non hec ad uſum nata ſunt. ſed uſuſ ex illiſ natuſ eſt. Si nulla prouidentia eſt: cur imbreſ cadūt: frugeſ oriūtur: arbuſta frondeſcunt? Non inq̃t ſemper aīantium cauſa iſta fiunt. quoniā prouidentie nihil poſſunt: ſed oīa ſua ſponte fieri neceſſe eſt. Vnde ergo naſcūtur: aut quomodo fiūt oīa que geruntur? Non eſt inquit prouidentie opuſ. ſunt enim ſemina per inane uolitantia: quibuſ inter ſe temere cōglobatiſ uniuerſa gignūtur atq; concreſcunt. Cur igitur illa nō ſentimuſ aut non cernimuſ? Quia nec colorem habent inq̃t nec calorem ullū: nec odorem: ſaporiſ quoq; & hūoriſ expertia ſunt. et tam minuta ut

2008 Ministerio de Cultura

ſecari ac diuidi nequeát. Sic eú qa in principio falſú ſuſceperat: conſequentiú rerú neceſſitaſ ad deliramenta perduxit. ubi enim ſunt. aut unde iſta corpuſcula. Cur illa nemo preter unú Leu/cippú ſóniauit? A quo Democrituſ eruditus hereditaté ſtultitie reliquit Epicuro. Que ſi ſint corpuſcula & qdem ſolida ut dicút: ſub oculoſ certe uenire poſſunt. Si eadem eſt natura oíum: quó reſ uariaſ efficiunt? Vario inqt ordine ac poſitione côueniunt. ſicut litere que cú ſint pauce: uarie tamé collocate innúerabilia uerba conficiunt. At litere uariaſ formaſ habent. Ita inqt & hec ipa primordia. nam ſunt aſpera: ſunt hamata: ſunt leuia. Secari ergo & diuidi poſſunt: ſi aliqd ineſt illiſ quod emineat. Si auté leuia ſunt. et humoriſ indigent: cohere non poſſunt. Hamata igit' eſſe oportet: ut poſſint inuicem côcatenari. Cum uero tam minuta eſſe dicant': ut nulla ferri acie diſcici ualeant: quomodo hamoſ aut anguloſ habent? Quoſ quia extant neceſſe eſt poſſe diuelli. Deinde quo federe inter ſe: qua mente côueniunt. ut ex hiſ aliquid côſtituatur. ſi ſenſu careant: nec coire tam diſpoſite poſſunt? Quia nó poteſt quicq̃ rónale perficere niſi ratio. Quá multiſ coargui hec uanitaſ poteſt. ſed properat oratio. Hic eſt ille qui genuſ humanum ingenio ſuperauit. et omneſ extinxit ſtellaſ: exortuſ ut ethereuſ ſol. Quoſ equidem uerſuſ nunq̃ ſine riſu legere poſſum. Non ení de Socrate aut Platone. aut ſalté dicebat: q uelut regeſ habentur phórum. ſed de homíe quo ſano & uigéti nulluſ eger ineptuſ delirauit. Itaq; poeta inaniſſimuſ leoniſ laudibuſ muré nó ornauit: ſed obruit & obtriuit. At idem noſ metu liberat mortiſ: de qua hec ipſiuſ uerba ſunt expreſſa. Quádo noſ ſumuſ morſ non eſt. quádo noſ non ſumuſ morſ eſt. Morſ ergo nihil ad noſ. q̃ argute noſ fefellit. q̃ſi uero tranſacta morſ timeatur. qua iam ſenſuſ ereptuſ eſt. ac non ipm mori quo ſenſuſ eripit'. Eſt igit' tempuſ aliquod quo & noſ iam nó ſumuſ. et morſ tamen nondum eſt. idq; ipm uidetur miſerum eſſe. ꝙ & morſ eſſe incipit: et noſ eé deſinimuſ. Nec fruſtra dictú eſt: morſ miſera non é. Adituſ ad mortem é miſer. hoc é morbo tabeſcere: ictú perpeti: ferrú corpore excipere: ardere igni: détibuſ beſtiaꝝ laniari. Hec ſunt que timent'. non quia mortem afferunt: ſed qa dolorem magnú. Quin potiuſ effice ne dolor malú ſit. omnium inqt malorum maxím eſt. Quid ergo nó poſſum non timere: ſi id qđ mortem antecedit aut efficit malú eſt? Quid ꝙ totú illud

2008 Ministerio de Cultura

argumentum falſum eſt: quia non intereunt anime? Vere inq̃t nam quod cum corpore naſcatur: cũ corpore intereat neceſſe ẽ. Iã ſupiuſ dixi differre hũc locũ meliuſ: et operi ultio reſeruare. ut hãc Epicuri pſuaſionem: ſiue illa Democriti: ſiue Dicearchi fuit. argumẽtiſ & diuiniſ teſtimoniiſ redarguã. Verũ ille fortaſſe impunitatẽ uitiiſ ſuiſ ſpõſpõdit. fuit enim turpiſſime uoluptatiſ aſſertor: cuiuſ capiende cauſa naſci hoĩem putauit. Quiſ cũ hoc affirmari audiat: uitiiſ & ſceleribuſ abſtineat? Nam ſi piture ſũt aĩme: appetamuſ diuitiaſ ut omneſ ſuauitateſ capere poſſimuſ. Que ſi nobiſ deſunt: ab hiſ qui habent auferamuſ. clam: dolo: ui. Eo magiſ ſi hũanaſ reſ nulluſ deuſ curat. quãdocũq; ſpeſ impu-nitatiſ arriſerit: rapiamuſ: necemuſ. ſapientiſ ẽ enim malefacere: ſi et utile ſit & tutum. quoniã ſi quiſ in celo deuſ eſt: non iraſcit̃ cuiq̃. Eque ſtulti eſt bene facere. quia ſicut ira non cõmouetur: ita nec gratia tãgitur. Voluptatibuſ igit̃ quoquomõ poſſumuſ ſeruiamuſ. Breui enim tempore nulli erimuſ oĩno. Ergo nullum diem: nullũ deniq; temporiſ punctũ fluere nobiſ ſine uoluptate patiamur. ne quia ipſi quandoq; perituri ſumuſ: id ipſum quod uiximuſ pereat. Hoc ille tam & ſi non dicat uerbo: re tamen ipſa docet. Nam cum diſputat omnia ſapienter ſua cauſa facere: ad utilitatem ſuam refert oĩa que agit. Itaq; q audit hec flagitia: nec boni quicq̃ faciẽdum putabit. quoniã bene facere ad utili-tatem ſpectat alienam. nec a ſcelere abſtinẽdum: quia maleficio preda cõiuncta eſt. Archipirata quiſq̃ uel latronum ductor: ſi ſuoſ ad graſſandum cohortet̃: quo alio ſermone uti poteſt: q̃ ut eadem dicat que dicit Epicuruſ: deoſ nihil curare. Non ira non gratia tangi. inferorum penaſ non eſſe metuendaſ: q aĩme poſt mortẽ occidant. nec ulli oĩno ſunt inferi: uoluptatẽ eſſe maxĩm bonum. nullam eſſe humanam ſotietatem: ſibi queq; conſulere. neminẽ eſſe qui alterum diligat niſi ſua cauſa: mortem non eſſe metuendam forti uiro: nec ullũ dolorem. qn etiã ſi torqueatur: ſi uratur: nihil ſe curare dicat. Eſt plane cur quiſq̃ putet hãc uocẽ uiri eſſe ſapientiſ: que poteſt latronibuſ aptiſſime commodari.

Capitulum .xviii. Quomodo pythagorici & ſtoici con-trario epicureiſ errore deſipiant. ſic aĩarum immortalitatẽ ſtatuenteſ: ut eaſ in uaria corpora tranſire mentiantur. Et uoluntariã mortem pſuaſerũt inaniter philoſophãtibuſ.

2008 Ministerio de Cultura

ALii aũt contraria dixerunt: ſupereſſe aĩmaſ poſt mortem. et hi ſũt maxĩe pythagorici ac ſtoici. q̃buſ & ſi ignoſcendũ eſt q̃a uerum ſentiunt: nõ poſſum tamẽ non reprehendere eoſ. qui non ſcientia ſed caſu inciderũt in ueritatem. Itaq; in eo ipõ quod recte ſentiebant aliquid errarũt. Nam cũ timerẽt: argu/mentum illud quo colligitur neceſſe eſt: ut occidant aĩme cum corporibuſ. quia cum corporibuſ naſcuntur. Dixerũt non naſci aĩmaſ: ſed inſinuari potiuſ in corpora. et de aliiſ in alia migrare corpora. Non putauerũt aliter poſſe fieri: ut ſuperſint aĩe poſt corp̃a: niſi uideanẽ fuiſſe ãte corpora. Par igit̃ ac prope ſimiliſ error eſt partiſ utriuſq;. ſed hec ĩ preterito falſa eſt: illa ĩ futuro. Nemo enim uidit quod eſt ueriſſimum: et naſci animaſ: et non occidere. quia cur id fieret: aut que ratio eſſet homĩeſ neſcirent. Multi ergo ex hiſ qui eternaſ eſſe aĩmaſ ſuſpicabantur: tanq̃ in celum migraturi eſſent. ſibi ipſi manuſ intulerũt. ut Cleanteſ & Criſippuſ. ut Zeno & Empedocleſ. qui ſe ĩ ardentiſ ethne ſpecũ in tempeſta nocte deiecit. ut cũ repente nõ appáruiſſet: abiiſſe ad deoſ crederetur. Ex romaniſ Cato: qui fuit in omni ſua uita ſocratice uãitatiſ imitator. Nã Democrituſ ĩ alia fuit p̃ſuaſiõe. ſed tamen ſponte ſua leto caput obuiuſ obtulit ipſe: quo nihil ſceleratiuſ fieri põt. Nam ſi hõicida nefariuſ ẽ: q̃ hoĩſ extinctor eſt. eidẽ ſceleri obſtrictuſ ẽ q̃ ſe necat. q̃a hoĩem necat. Imo uero maiuſ eẽ id facinuſ exiſtimandũ eſt: cuiuſ ultio deo ſoli ſubiacet. Nam ſicut in hanc uitã non noſtra ſponte uenimuſ: ita rurſuſ ex hoc domicilio corporiſ quod tuendum nobiſ aſſignatum eſt: eiuſdem iuſſu nobiſ recedendũ eſt. qui noſ ĩ hoc corpuſ induxit. tã diu habitaturoſ: donec iubeat emitti. et ſi uiſ aliqua inferat: equa mente patiendũ eſt. cũ extincta innocentiſ aĩa inulta eſſe nõ poſſit. habeamuſq; iudicem magnũ cui ſoli uindicta integra ſemper ẽ. Homicide igit̃ illi omneſ philoſophi. et ipſe romane ſapiẽ princepſ Cato. qui anteq̃ ſe occideret: perlegiſſe Platoniſ librũ dicitur. qui eſt ſcriptuſ de eternitate aĩarum. Et ad ſummũ nefaſ philoſophi auctoritate cõpulſuſ eſt. Et hic tamen aliquã moriendi cauſam uidetur habuiſſe odium ſeruitutiſ. Quid Am/brachioteſ ille: qui cũ eũdem librũ perlegiſſet: precipitẽ ſe dedit. nullã aliã ob cãm: niſi q̃ Platoni credidit? Execrabiliſ prorſuſ ac fugienda doctrina: ſi abigit homineſ a uita. Quod ſi ſciſſet Plato atq; docuiſſet: a quo & quomõ: et q̃buſ. et que ob facta:

2008 Ministerio de Cultura

et quo tēpore immortalitaſ tribuatur. nec Theobritū impegiſſet
in mortem uoluntariã. nec Catonē: ſed eoſ ad uitã & ad iuſtitiã
potiuſ erudiſſet. Nam Cato uidet̃ mihi cauſam queſiſſe mori/
endi. nõ ut tã Ceſarē fugeret: q̃ ut ſtoicorū decretiſ obtēperaret
quoſ ſectabat̃. nomēq; ſuū grandi aliquo facinore clarificaret.
cui quid mali accidere potuerit: ſi uiueret non inuenio. G. enim
Ceſar ut clemenſ erat: nihil aliud efficere uolebat. etiam in ipo
belli ciuiliſ ardore: q̃ ut bene mereri de republi. uideret̃. duobuſ
optimiſ ciuibuſ Ciceróe & Catóe ſeruatiſ. Sed redeamuſ ad eoſ
qui mortem pro bono laudant. De uita quereriſ quaſi uixeriſ.
aut unq̃ tibi ratio conſtiterit. cur oĩno ſiſ natuſ. Nonne igit̃ tibi
ueruſ ille & cómuniſ oĩm pater terētianū illud iure ĩcrepauerit.
Priuſ diſce qd ſit uiuere: ſi diſplicebit uita. tum iſtoc utitor. in/
dignariſ te maliſ eē ſubiectū. quaſi quicq̃ merearis boni. q patrē:
qui dominū: q regem tuum neſciſ: qui quãuiſ clariſſimam lucem
intuearis oculiſ: mente tamē cecuſ eſ. et in profundiſ ignorantie
tenebriſ iaceſ. Que ignoratia efficit: ut quoſdam dicere non pu/
deret: idcirco noſ eſſe natoſ: ut ſcelerū penaſ lueremuſ. quo quid
deliriuſ dici poſſit nõ inuenio. Vbi enĩ uel que ſcelera potuimuſ
admittere: qui oĩno non fuimuſ? Niſi forte credemuſ inepto illi
ſeni: qui ſe in priori uita Euforbiū fuiſſe mētituſ eſt. Hic credo
ꝙ erat ignobili genere natuſ. familiã ſibi ex Homeri carmĩbuſ
adoptauit. O mirã & ſingularē Pythagore memoriã. O miſerã
obliuionē noſtrū omnium. qui neſciamuſ ꝙ ante fuerimuſ. Sed
fortaſſe uel errore aliquo uel grã ſit effectū: ut ille ſoluſ letheū
gurgitem nõ attigerit: nec obliuioniſ aquã guſtauerit. uidelicet
ſenex uanuſ ſicut ocioſe anicule ſolent: fabulaſ tanq̃ infãtibuſ
creduliſ finxit. Quod ſi bene ſenſiſſet de hiſ qbuſ hec locutuſ ē:
ſi homĩeſ eoſ exiſtimaſſet: nunq̃ ſibi tam petulanter mentiendi
licentiam uendicaſſet. ſed deridenda hominiſ leuiſſimi uanitaſ.
Quid Ciceroni faciemuſ. qui cum in principio conſolationiſ ſue
dixiſſet luendorum ſcelerū cauſa naſci homĩeſ? Iterauit idipm
poſtea: quaſi obiurganſ eum qui uitã non eſſe maliſ penã putet.
Recte ergo ꝓfatuſ eſt errore ac miſerabili ueritatiſ ignorantia
ſe teneri.

Capi. xix. Quod Cicero & alii ſapiẽtiſſimi ĩmortalitatem
animarū ſed infideliter docent. Et ꝙ mala uel bona morſ
ſit ponderanda ex anteacta uita & gratia dei.

2008 Ministerio de Cultura

AT illi qui de mortiſ bono diſputant: quia nihil ueri ſciũt: ſic argumẽtantur. Si nihil eſt poſt mortem: non ẽ malum morſ. aufert enim ſenſum mali. Si autẽ ſuperſunt aĩme: etiã eſt bonũ. quia ĩmortalitaſ ſequit᷑. Quã ſententiã Cicero de legibuſ ſic explicauit. Gratulemurq; nobiſ: quoniã morſ aut leuiorem q̃ qui eſt in uita: aut certe non deteriorem eſt allatura ſtatum. Nam ſine corpore anima uigente diuina eſt uita. ſenſu carente nihil profecto ẽ mali. Argute ut ſibi uidetur q̃ſi nihil eſſe aliud poſſit. At qn utrũq; hoc falſum eſt. Docent enĩ diuine litere nõ extingui aĩmaſ: ſed aut pro iuſtitia premio affici: aut pena pro ſceleribuſ ſempiterna. Nec enim faſ eſt: aut eum qui ſceleratuſ in uita feliciter fuerit effugere quod meretur: aut eũ q ob iuſtitiã miſerrimuſ fuerit ſua mercede fraudari. Quod adeo uerũ eſt: ut idem Tulliuſ in conſolatione non eaſdem ſedeſ incolere iuſtoſ atq; impioſ ꝑdicauerit. Nec enĩ omnibuſ inqt idem illi ſapiẽteſ arbitrati ſunt: eundẽ curſum ĩ celo patere. Nã uitiiſ & ſceleribuſ cõtaminatoſ deprimi in tenebraſ: atq; in ſceno iacere docuerũt. caſtoſ autẽ aĩmoſ: puroſ: integroſ: incorruptoſ: boniſ etiã ſtudiiſ atq; artibuſ expolitoſ: leui quodam & facili lapſu ad deoſ. id eſt ad naturam ſimilem ſui peruolare. Que ſententia ſuperiori illi argumento repugnat. Illud enim ſic aſſumptũ eſt: tanq̃ neceſſe ſit omnẽ homiem natũ immortalitate donari. Quod igitur erit diſcrimen uirtutiſ ac ſceleriſ: ſi nihil intereſt. utrũ ne Ariſtideſ ſit aliquiſ an Phalariſ? Vtrũ Cato an Cathilina? Sed hãc repugnãtiam rerũ ſententiãq; non ſentit: niſi q tenet ueritatẽ. Si quiſ igitur noſ roget: utrũ ne morſ ſit bonũ an malũ. reſpondebimuſ q̃litatem eiuſ ex uite rõe pendere. Nam ſicut uita ipa bonũ eſt: ſi cũ uirtute uiuat᷑. malũ ſi cũ ſcelere. ita & morſ ex preteritiſ uite actibuſ ponderãda ẽ. Ita fit ut ſi uita ĩ dei religiõe trãſacta ſit: morſ malũ nõ ſit. qa traſlatio eſt ad ĩmortalitatẽ. ſi aliter: malũ ſit neceſſe eſt. quoniam ut dixi ad eterna ſupplitia tranſmittit. Quid ergo dicemuſ: niſi errare illoſ q aut mortẽ appetunt tanq̃ bonũ: aut uitam fugiũt tanq̃ malum? Niſi ꝙ ſunt iniquiſſimi q potiora mala cõpenſant boniſ pluribuſ. Nam cũ omnẽ uitã ꝑ exquiſitaſ & uariaſ traducant uoluptateſ: mori cupiunt. ſi quid forte hiſ amaritudiniſ ſuperuenit. et ſic habent tanq̃ illiſ nunq̃ fuerit bene. ſi aliquãdo fuerit male. Damnant igit᷑ uitam omnẽ boniſ plenam: que nihil aliud q̃ maliſ opinãtur. Hinc nata eſt

2008 Ministerio de Cultura

inepta illa ſententia: hanc eſſe mortem: quã noſ uitã putamuſ. illã uitam quã noſ pro morte timeamuſ. Ita primũ bonum eſſe nõ naſci: ſcđm citiuſ mori. Que ut maioriſ ſit auctoritatiſ ſileno attribuitur. Cicero in conſolatõne. Non naſci inquit longe op/timum. nec in hoſ ſcopuloſ incidere uite. Proximũ autẽ ſi natuſ ſiſ: q̃ primũ mori tanq̃ ex incendio effugere uiolentiam fortune. credidiſſe ſe illi uaniſſimo dicto. Exĩde apparet ꝙ adiecit aliqd de ſuo ut ornaret. Quero igit̃. cui eſſe optimũ putet non naſci: cũ ſit nulluſ oĩno qui ſentiat. Nam ut bonũ ſit aliqd aut malũ ſenſuſ efficit. Deinde cur oĩm uitã nihil aliud eſſe q̃ ſcopuloſ & incendiũ putauerit. q̃ſi aut in noſtra fuerit poteſtate ne naſce/remur: aut uitam nobiſ fortuna tribuat non deuſ. aut uiuendi ratio quicq̃ ſimile incẽdio hẽre uideat̃. Non diſſimile Platoniſ illud eſt: quod aiebat ſe gratiaſ agere nature. primum ꝙ homo natuſ eſſet potiuſ q̃ mutũ animal. deinde ꝙ maſ potiuſ q̃ femi/na: ꝙ grecuſ q̃ barbaruſ: poſtremo ꝙ athenienſiſ non thebanuſ. et ꝙ temporibuſ Socratiſ. Dici nõ poteſt q̃tam mẽtibuſ cecitatẽ: q̃toſq; pareat erroreſ ignoratõ ueritatiſ. Ego plane cõtenderim nunq̃ quicq̃ dictũ eſſe in rebuſ hũaniſ deliriuſ. quaſi uero ſi aut barbaruſ: aut mulier: aut aſinuſ dẽiq; natuſ eſſet. idem ipe Plato non eſſet. ac non illud ipm quod natuſ fuiſſet. Sed Pythagore uidelicet credidit. qui ut uetaret homĩeſ animalibuſ ueſci: dixit aĩaſ de corporibuſ ĩ aliorũ aĩalium corpa cõmeare. qđ & uanũ et impoſſibile eſt. Vanũ qa neceſſe nõ fuit: uetereſ aĩaſ in noua corpa inducere. cũ idẽ artifex q ꝑmaſ aliquãdo fecerat: potuerit ſemp nouaſ facere. Impoſſibile: qa recte rõniſ aĩam immutare naturã ſtatuſ ſui nõ põt. q̃ igniſ aut deorſũ niti: aut ĩ tranſuerſũ fulminiſ modo flãmam ſuam fundere. Exiſtimauit ergo homo ſapienſ fieri potuiſſe: ut aĩa que tũc erat in Platone: in aliquod mutũ aĩmal includeretur. eſſetq; hũano ſenſu predita ut ĩtelli/geret ac doleret: incongruenti ſe corpore oneratã. Quãto ſaniuſ faceret: ſi gratiaſ ſe agere diceret: ꝙ ingenioſuſ: ꝙ dociliſ natuſ eſſet: ꝙ in hiſ opibuſ ut liberaliter erudiret. Nã ꝙ atheniſ natuſ eſt: quid in eo beneficii fuit? An non plurimi extiterunt in aliiſ ciuitatibuſ excellenti ingenio atq; doctrina uiri: q melioreſ ſin/guli q̃ oẽſ atheniẽſeſ fuerũt? Quãta hoĩm milia fuiſſe credamuſ: qui & atheniſ nati: et tẽporibuſ Socratiſ: indocti tamẽ ac ſtulti fuerũt? Non enĩ aut parieteſ aut locuſ in quo quiſq; ẽ effuſuſ

2008 Ministerio de Cultura

ex utero conciliat homini ſapiam. Quid uero attinuit Socratiſ ſe temporibuſ natum gloriari? Num Socrateſ ĩgenia diſcẽtibuſ potuit dare? Non uenit in mentem Platoni Alcibiadem quoq; & Critiã eiuſdem Socratiſ aſſiduoſ auditoreſ fuiſſe. quoꝝ alter hoſtiſ patrie acerrimuſ fuit: alter crudeliſſimuſ oĩm tyrannoꝝ.

Capitulũ. xx. Quod Socrateſ in eo fuit cordatior ceteriſ: quia a ſcrutinio celeſtium & naturaliũ cauſiſ diſputationẽ ſuſpendit. in qbuſ temere conſumitur ingenium & tempuſ. ſed & in multiſ deſipiunt. quorum ſubiciuntur exempla.

Videamuſ nunc quid in Socrate ipſo tam magnũ fuerit: ut homo ſapienſ merito gratiaſ ageret illiſ temporibuſ eſſe ſe natum. non inficior fuiſſe illũ paulo cordatiorem: q̃ ceteroſ qui naturã rerum putauerũt ingenio poſſe cõprehẽdi. In quo illoſ non tantũ excordeſ fuiſſe arbitror: ſed etiã impioſ. q in ſecreta illiuſ celeſtiſ prouidentie curioſoſ oculoſ uoluerunt immittere. Rome etiã in pleriſq; urbibuſ ſcimuſ eſſe quedã ſacra que aſpici a uiriſ nefaſ habetur. Abſtinent igit̃ aſpectu qbuſ illa cõtamiari nõ licet. et ſi forte uel errore uel caſu quopiã uir aſpexerit: ꝑmo pena eiuſ: deinde inſtauratõe ſacrificii ſceluſ expiatur. Quid hiſ faciaſ qui incõceſſa ſcrutari uolũt? Nimirũ multo ſceleratioreſ q arcana mundi & hoc celeſte templũ prophanari impiiſ diſpu/tationibuſ querũt. q̃ qui edem Veſte: aut bone dee: aut Cereriſ intrauerit. que penetralia q̃uiſ adire uiriſ nõ liceat: tamẽ a uiriſ fabricata ſunt. Hi uero nõ tantũ impietatiſ crimẽ effugiũt: ſed quod eſt multo indigniuſ eloquẽtie famã: aut ingenii gloriam cõſequũtur. Quid ſi aliquid inueſtigare poſſent? Sunt enĩ tam ſtulti in aſſeuerando: q̃ improbi in querẽdo. cum neq; inuenire quicq̃ poſſint nec defendere: etiã ſi inuenerint. Nam ſi uerũ uel fortuito uiderint quod ſepiuſ cõtingit: cõmittunt ut ab aliiſ id pro falſo refellat̃. Non enĩ deſcendit aliqſ de celo: qui ſententiã de ſinguloꝝ opĩonibuſ ferat. quapropter nemo dubitauerit eoſ q iſta conqrant: ſtultoſ ineptoſ inſanoſ eẽ. Aliqd ergo Socrateſ habuit cordiſ hũani. qui cũ intelligeret hec nõ poſſe inueniri. ab eiuſmodi queſtiõibuſ ſe remouit. Vereorq; in eo ſolo. multa enĩ ſunt eiuſ non mõ laude ĩdigna: ſed etiã reprehẽſione digniſſima. in qbuſ fuit ſuoꝝ ſimillimuſ. Ex hiſ unũ eligam. quod ab oĩbuſ

2008 Ministerio de Cultura

ſit probatú celebre hoc prouerbiú Socrateſ habuit. Quod ſupra
noſ nibil ad noſ. Procúbamuſ igitur in terrá. et manuſ nobiſ ad
preclara opera dataſ cóuertamuſ in pedeſ. Nibil ad noſ celum:
ad cuiuſ contemplationem ſumuſ excitati. nibil deniq; lux ipſa
pertineat. Certe uictuſ noſtri cauſa de celo ẽ. Quod ſi hoc ſenſit
non eẽ de rebuſ celeſtibuſ diſputádum: ne illorum qdem rónem
poterat cóprehẽdere: que ſub pedibuſ babebat. Quid ergo. num
errauit in uerbiſ? Veriſimile nó eſt. ſed nimirum id ſenſit quod
locutuſ eſt. religiói mĩme ſeruiẽdú. quod ſi aperte diceret: nemo
pateretur. Quiſ enim non ſentiat búc múdum tam mirabili róne
perfectú: aliqua prouidentia gubernari? Quádo qdem nibil eſt
quod poſſit ſine ullo moderatore cóſiſtere. Sic domuſ ab habi/
tatore deſerta dilabit᷑. Nauiſ ſine gubernatore abit peſſum. Et
corpuſ relictú ab aía defluit. nedum putemuſ tantá illá molem:
aut cóſtrui ſine artifice: aut ſtare ſine rectore tam diu potuiſſe.
Quod ſi publicaſ illaſ religioneſ uoluit euertere: non improbo.
qn etiá laudabo: ſi ipẽ quod eſt meliuſ inuenerit. uerú idem per
canẽ & anſerẽ deierabat. O boíem ſcurrá ut ait Zeno epicuruſ.
ineptum: perditú: deſperatum. ſi cauillari uoluit religónem de/
mentem: ſi hoc ſerio fecit. ut aímal turpiſſimú pro deo haberet᷑.
Quiſ iam ſuperſtitioneſ egyptiorum audeat reprebendere. quaſ
Socrateſ athenis auctoritate cóſirmauit ſua? Illud uero nonne
ſũme uãitatiſ: ꝙ ante mortẽ fãiliareſ ſuoſ rogauit. ut Eſculapio
gallum quẽ uouerat pro ſe ſacrarẽt? Timuit uidelicet ne apud
Rhadamãtum receptorẽ deuſ uoti fieret ab Eſculapio. Demẽ/
tiſſimú boíem putarem: ſi morbo affectuſ periſſet. cú uero boc
ſánuſ fecerit: eſt ipſe inſanuſ qui eum putet eſſe ſapientem. En
cuiuſ temporibuſ natum eſſe ſe bomo ſapienſ gratuletur.

Capitulum. xxi. Quod Plato didicerit a Socrate. quod ſi
obtineret: bumani generiſ periret ſocietaſ.

VIdeamuſ tamẽ quid illú Socrateſ docuerit: qui cum totam
phiſicá repudiaſſet: eo ſe contulit ut de uirtute atq; officio
quereret. Itaq; non dubito: qn auditoreſ ſuoſ iuſtitie preceptiſ
erudierit. Docente igit᷑ Socrate non fugit Platonẽ: iuſtitie uim
in eqtate cóſiſtere. Si qdem omneſ pari códitione naſcuntᷓ. ergo
inqt nibil priuati ac ꝓprii babeant: ſed ut pareſ eſſe poſſint. qđ

2008 Ministerio de Cultura

iuſtitie ratio deſiderat. omnia in cõmune poſſideant. Ferri hoc poteſt q̃ diu de pecunia dici uidetur. quod ipm̃ q̃ impoſſibile ſit et q̃ iniuſtum: poteram multiſ rebuſ oſtẽdere. Concedamuſ tamẽ ut poſſit fieri. Omneſ enĩ ſapienteſ erũt & pecuniam contẽnent. Quo ergo illum cõitaſ iſta perduxit. Matrimonia quoq; inqt cõia eſſe debebunt. ſcilicet ut ad eadem mulierẽ multi uiri tanq̃ caneſ confluãt. et iſ utiq; obtineat: qui uiribuſ uicerit. Aut ſi ſa/pienteſ ſunt ut philoſophi: expectent ut uicibuſ tanq̃ lupanar habeant. O mirã Platoniſ eqtatem. Vbi ẽ igit̃ uirtuſ caſtitatiſ? Vbi fideſ cõiugaliſ? Que ſi tollaſ: omniſ iuſtitia ſublata eſt. At idem dixit beataſ ciuitateſ futuraſ fuiſſe: ſi aut philoſophi reg/narent: aut regeſ philoſopharentur. Huic uero tam iuſto tam equo uiro regnũ dareſ. qui aliiſ ſuſtuliſſet ſua: aliiſ condonaſſet aliena: proſtituiſſet pudicitiam mulierum. que nulluſ unq̃ non modo rex: ſed ne tyrannuſ qdem fecit. Quã uero intulit rõem peſſimi huiuſ conſilii ſic inquit. Ciuitaſ cõcorſ erit: et mutui a/moriſ conſtricta uinculiſ: ſi omneſ omnium fuerint: et mariti & patreſ & uxoreſ et liberi. Que iſta confuſio generiſ humani eſt? Quomõ ſeruari poteſt caritaſ: ubi nihil eſt certũ quod ametur? Quiſ aut uir mulierẽ: aut mulier uirũ diliget: niſi habitauerint ſemper una: niſi deuota menſ & ſeruata inuicem fideſ indiuiduã fecerit caritatem? Que uirtuſ in illa promiſcua uoluntate locũ nõ habet? Item ſi omneſ oĩum liberi fuerint: quiſ amare liberoſ tanq̃ ſuoſ poterit: cũ ſuoſ eſſe aut ignoret aut dubitet? Quiſ ho/norem tanq̃ patri deferet: cũ unde natuſ ſit neſciat. Ex quo fit. ut non etiã alienum pro patre habeat: ſed etiã patrẽ pro alieno. Quid ꝙ uxor poteſt eſſe cõmuniſ: filiuſ uero non poteſt? quem concipi nõ niſi ex uno neceſſe eſt. Perit ergo illi uni cõitaſ: ipſa reclamante natura. Supereſt ut tantummodo concordie cauſa uxoreſ uelint eſſe cõmuneſ. At nulla uehemẽtior diſcordiarum eſt cauſa: q̃ uniuſ femĩe a multiſ maribuſ appetitio. quod Plato ſi rõne non poterat: exempliſ certe potuit admonere. et mutoꝝ aĩalium q̃ ob hoc uel acerrime pugnent: et hominũ qui ſemper ob eam rem grauiſſima inter ſe bella geſſerunt.

Capitulum .xxii. Quod dogma Platoniſ non erat niſi criminiſ fonſ & fomeſ et uirtutum omniũ exterminium.

2008 Ministerio de Cultura

REſtat ut communio iſta nihil aliud hẽat. preter adulteria
& libidineſ: propter quaſ funditus euertendaſ: eſt uirtuſ uel
maxĩe neceſſaria. Itaq; nõ inuenit cõcordiam quã querebat. qa
nõ uidebat unde oriatˀ. Nã iuſtitia ĩ extrapoſitiſ nihil momẽti
habet. nec ĩ corpore qdem: ſed tota in hoĩſ mente uerſatur. Qui
ergo uult hoĩeſ adequare. non matrimonia: nõ opeſ ſubtrahere
debet. ſed arrogãtiam: ſuperbiam: tumorẽ. ut illi potenteſ & elati
pareſ eſſe ſe etiam mendiciſſimiſ ſciant. Detracta enim diuitibuſ
inſolentia & iniquitate: nihil intererit. utrum ne alii diuiteſ: alii
pauperes ſint. cũ aĩmi pareſ ſint. quod efficere nulla alia reſ p̃ter
religionẽ dei poteſt. Putauit igitˀ ſe inueniſſe iuſtitiã. cum eam
prorſuſ euerteret. quia non rerum fragiliũ: ſed mentiũ debet eſſe
cõitaſ. Nam ſi iuſtitia uirtutum oĩm eſt mater: cum ille ſingule
tollũtur: ipa ſubuertitˀ. Tulit aũt Plato ante oĩa frugalitatem.
que utiq; nulla ẽ: ubi proprii nihil habetur. Tulit abſtinentiã:
ſi qdem nihil fuerit quo abſtineatˀ alienum. Tulit tẽperãtiam:
tulit caſtitatem. que uirtuteſ in utroq; ſexu maxime ſunt. Tulit
uerecũdiam: pudorem & modeſtiam. ſi honeſta et legitima eſſe
incipiunt. que ſolent flagitioſa & turpia iudicari. Sic uirtutem
cum uult omnibuſ dare: omnibuſ ademit. Nam rerũ proprietaſ
et uitiorũ & uirtutum materiã continet. cõitaſ aũt nihil aliud q̃
uitiorum licentiam. Nam uiri qui multaſ mulieres habent. nihil
aliud dici poſſunt q̃ luxurioſi ac nepoteſ. Item mulieres que a
multiſ habẽtur: non utiq; adultere qa certũ matrimoniũ nullũ
eſt. ſed proſtitute ac meretriceſ ſint neceſſe ẽ. Redegit ergo hu/
manam uitam ac ſimilitudinẽ non dico mutorũ: ſed pecudũ ac
beluarũ. Nam uolucreſ pene omneſ faciũt matrimonia. et paria
iunguntur. et nidoſ ſuoſ tanq̃ genitaleſ thoroſ concordi mente
defendũt. et fetuſ ſuoſ quia certi ſunt amant. et ſi alienoſ ieceriſ
abigũt. At hõ ſapienſ cõtra morẽ hoĩm cõtraq; naturã: ſtultiora
ſibi que ſequeretur elegit. Et quoniã uidebat in ceteriſ aĩalibuſ
officia mariũ feminarũq; non eſſe diuiſa: exiſtimauit oportere
etiã mulieres militare. et cõſiliiſ publicis intereſſe. et magiſtratuſ
gerere: et imperia ſuſcipere. Itaq; hiſ arma & equoſ aſſignauit.
cõſequenſ eſt: ut lanã & telam uiriſ et infãtium geſtationeſ. nec
uidit ĩpoſſibilia eẽ que diceret ex eo: q adhuc in orbe terre neq;
tã ſtulta: neq; tã uaria ulla genſ extiterit: que hoc mõ uiueret.

2008 Ministerio de Cultura

Capi.xxiii. De minoribus philoſophis. et q̃tenus inuicem rõne ex rerũ contẽptu proficiant & erroris aſſertores ſint.

CVm igitur in tanta uanitate ipſi philoſophorũ principes deprehendantꝰ: qd illos minores putabimus: q nunq̃ ſibi tã ſapiẽtes uideri ſolẽt. q̃ cũ pecunie contemptu gloriãtur? Fortis animus. Sed expecto qd faciant. et quo ille contẽptus euadat. Tradita ſibi a parentibus patrimonia: tanq̃ malum fugiunt ac deſerunt. Et ne in tempeſtate naufragiũ faciant: in tranquillo ſe ultro precipitãt. nõ uirtute: ſed peruerſo metu fortes. ſicut illi qui cũ timent ne ab hoſte iugulentur: ipſi ſe iugulant. ut mortẽ morte deuitẽt. Sic iſti unde poſſent gloriã liberalitatis acq̃rere: ſine honore ſine gratia perdũt. Laudatur Democritus ꝙ agros ſuos dereliquerit: eoſq; paſcua publica fieri paſſus ſit. probarem ſi donaſſet. Nihil aũt ſapienter fit. quod ſi ab oĩbus fiat: inutile eſt ac malum. ſed hec negligẽtia tolerabilis. Quid ille qui patrimonium ĩ numos redactum effudit in mare? Ego dubito utrũ ne ſanus an demens fuerit. Abite inq̃t in profundũ male cupiditates. ego uos mergam: ne ipſe mergar a uobis. Si tãtus pecunie contẽptus ẽ: fac illã beneficiũ: fac hũanitatẽ: largire paupibus. Poteſt hoc quod pditurus es multis ſuccurrere: ne fame aut ſiti aut nuditate moriãtur. Imitare inſaniam ſaltem furorẽq; Tuditani. ſparge populo diripienda. Potes & pecuniam effugere: et tamẽ bene collocare. quia ſaluum eſt quidqd pluribus profuit. Zenonis aũt paria peccata quis probat? Sed omittamus id qđ eſt ab oĩbus ſemper irriſum. Illud ſatis eſt ad coercendum furioſi homĩs errorem: quia inter uitia & morbos miſericordiã poſuit. Adimit nobis affectũ: quo ratio hũane uite pene omnis cõtinetꝰ. Cum enim natura hoĩs imbecillior ſit q̃ ceterorum aĩalium: que uel ad pferendã uim temporũ: uel ad ĩcurſiones a ſuis corpibus arcendas: naturalibus munimentis prouidentia celeſtis armauit. Homini aũt quia nihil iſtoꝝ datum eſt: accepit pro iſtis oĩbus miſerationis affectũ. qui plane uocatur humanitas. qua noſmet inuicem tueremur. Nam ſi homo ad cõſpectum alterius homĩs efferetur: quod facere uidemus aĩantes: q̃rum natura ſoliuaga ẽ: nulla eſſet hoĩm ſocietas: nulla urbium condendarũ uel cura uel ratio. ſic neq; uita qdẽ ſatis tuta cũ ceteris aĩalibus expoſita: eſſet imbecillitas hoĩum. et ipi inter ſemetipſos beluarũ more ſeuirẽt.

2008 Ministerio de Cultura

Non minor in aliiſ dementia. Quid enim dici poteſt de illo qui nigram dixit eſſe niuem? q̃ cõſequenſ erat ut etiã picem albam eſſe diceret. Hic eſt ille qui ſe idcirco natũ eſſe diceret: ut celũ ac ſolem uideret: q̃ ĩ terra nihil uidebat ſole lucẽte. Xenophaneſ dicẽtibuſ mathematiciſ orbẽ lune duo de uiginti ꝑtibuſ maiorẽ eſſe q̃ terrã: ſtultiſſime credidit. et ꝙ huic leuitati fuit cõſentaneum: dixit intra concauum lune ſinũ: eſſe aliam terram. et ibi aliud genuſ hominum ſimili modo uiuere: quo noſ in hac terra uiuimuſ. Habent igitur illi lunatici homineſ alterã lunam. que illiſ nocturnũ lumen exhibeat: ſicut hec exhibet nobiſ. Et fortaſſe hic noſter orbiſ alteriuſ ĩferioriſ terre luna ſit fuiſſe. Seneca inter ſtoicoſ ait. q deliberaret utrum ne ſoli quoq; ſuoſ populoſ daret. ĩepte ſcilicet q dubitauerit. Quid enĩ perderet ſi dediſſet? Sed credo calor deterrebat. ne tantam multitudinem periculo cõmitteret. ne ſi eſtu nimio periſſent ipſiuſ culpa eueniſſe tanta calamitaſ diceretur.

Capitulũ. xxiiii. De antipodibuſ quoſ ideo eẽ finxerũt: quia opinati ſunt mundum eſſe rotundum.

Quid illi q̃ eẽ cõtrarioſ ueſtigiiſ noſtriſ ãtipodaſ putant? Nunquid aliquid loquũtur? Aut eſt quiſ q̃ tam ineptuſ. q credat eẽ homineſ: quoꝝ ueſtigia ſint ſupiora q̃ capita? Aut ibi que apud noſ iacẽt uniuerſa pẽdere: frugeſ & arboreſ deorſũ uerſuſ creſcere: pluuiaſ & niueſ & grãdineſ ſurſũ uerſuſ cadere in terrã. Et miratur aliquiſ ortoſ pẽſileſ ĩter ſeptem mira narrari. cũ philoſophi & agroſ et maria & urbeſ et mõteſ penſileſ faciãt. Huiuſ quoq; erroriſ aperiẽda nobiſ origo eſt. Nã ſemper eodẽ modo fallũtur. Cum enim falſũ aliquid ĩ principio ſumpſerint: uiriſimilitudine inducti: neceſſe eſt eoſ in ea que conſequũtur currere. ſic incidunt ĩ multa ridicula. quia neceſſe eſt falſa eſſe: que rebuſ falſiſ congruũt. Cum aũt primiſ habuerint fidem: q̃lia ſunt ea que ſequũtur non circumſpiciunt. ſed defendunt omni modo. cũ debeant prima illa utrũ ne uera ſint an falſa: ex conſequentibuſ iudicare. Que igit̃ illoſ ad antipodaſ ratio ꝑduxit? Videbat ſiderũ curſuſ in occaſum meantium. ſolem atq; lunã in eandem partẽ ſemper occidere: atq; oriri ſemper ab eadem. Cum aũt non perſpicerent que machinatio curſuſ eorum temperaret: nec quomõ ab occaſu ad orientem remeant. Celum autẽ ipm in

2008 Ministerio de Cultura

omneſ fere parteſ putarent eſſe deuexum. quod ſic uideri ꝓpter immenſam latitudinem neceſſe eſt. Exiſtimauerũt rotundum eẽ mundũ ſicut pilam. Et ex motu ſiderũ opinati ſunt celũ uolui. ſic aſtra ſolemq; cũ occiderint uolubilitate ipa mũdi ad ortum referri. Itaq; ethereoſ orbeſ fabricati ſunt. quaſi ad figurã mũdi: eoſq; celarunt portentoſiſ ꝗbuſdã ſimulacriſ que aſtra eẽ dicerẽt. Hanc igit̃ celi rotunditatem illud ſequebat̃: ut terra in medio ſinu eiuſ eſſet incluſa. ꝙ ſi ita eſſet terram ipſam globo ſimilem. neq; enĩ fieri poſſet. ut non eẽt rotũdũ: quod rotũdo incluſum teneretur. Si aũt rotũda etiã terra eſſet: neceſſe eſt ut in omneſ celi parteſ eãdem faciẽ gerat. id eſt monteſ erigat: cãpoſ tendat: maria cõſternat. Quod ſi eſſet: ſequebat̃ illud extremũ: ut nulla ſit parſ terre que nõ ab hõibuſ: ceteriſq; aĩalibuſ incolatur. Sic pẽduloſ iſtoſ antipodaſ celi rotũditaſ adinuẽit. Quod ſi queraſ ab hiſ qui hec portenta defẽdunt: quomõ non cadunt omnia in inferiorem illã celi partem? Hanc reſpondent rerũ eſſe naturã: ut pondera in mediũ ferantur. et ad mediũ connexa ſint omĩa: ſicut radioſ uidemuſ ĩ rota. Que aũt leuia ſũt ut nebula: fumuſ: ignĩſ: a medio deferant̃ ut celũ petãt. Quid dicam de hiſ neſcio: qui cũ ſemel aberrauerint: conſtanter in ſtultitia perſeuerant. et uaniſ uana defendunt. niſi ꝙ eoſ interdum puto ioci cauſa phi/loſophari. aut prudenteſ & ſcioſ mendacia defendenda ſuſcipere. quaſi ut ingenia ſua in maliſ rebuſ exerceant uel oſtendant. At ego multiſ argumentiſ probare poſſem: nullo modo fieri poſſe: ut celum terra ſit inferiuſ: niſi & liber iam concludenduſ eſſet. ut adhuc aliꝗ̃ reſtarẽt que magiſ ſint preſenti operi neceſſaria. Et quoniã ſingulorũ erroreſ percurrere. nõ eſt uniuſ libri opuſ: ſatiſ ſit pauca enarraſſe: ex ꝗbuſ poſſint qualia ſint cetera intelligi.

Capitulũ. xxv. Quot & quanta predicenda ſunt. et aliaſ neceſſariaſ gentiliter philoſophantibuſ. ut phĩam nulluſ aſſequatur aut raruſ.

NVnc pauca nobiſ de philoſophia in cõmuni dicenda ſũt. ut cõfirmata cã peroremuſ. Summuſ ille noſter Platoniſ imitator exiſtimauit phĩam non eſſe uulgarem. ꝙ eam nõ niſi docti hoĩeſ aſſeq poſſent. Eſt inqt philoſophia paucaſ cõtenta iudicibuſ: multitudinẽ conſulto ipa fugienſ. Non eſt igit̃ ſapiã ſi ab hoĩum cetu abhorreret: quoniã ſapientia ſi homini data ẽ:

2008 Ministerio de Cultura

ſine ullo diſcrimīe omnibuſ data eſt. ut nemo ſit ꝓrſuſ qui eam capere non poſſit. At illi uirtutem hūano generi datam ſic am/plexabant: ut ſoli oīum publico bono frui uelle uideātur. tam inuidi q̄ ſi uelint deligare oculoſ: aut effodere ceteriſ ne ſolē ui/deāt. Nam qd eſt aliud hominibuſ negare ſapientiā: q̄ mētibuſ eorū uerum ac diuinū lumen auferre? Quod ſi natura hominiſ ſapiētie capax ē: oportuit opificeſ & ruſticoſ & mulieres: & ōneſ deniq; humanā formam gerunt doceri ut ſapiant: populūq; ex omni lingua et cōditiōe & ſexu et etate cōflari. Maximū itaq; argumētum ē: philoſophiā neq; ad ſapiētiam tēdere: neq; ipſam eē ſapiētiam. qd miſteriū eiuſ barba. tantū celebratur & pallio. Senſerunt hoc adeo ſtoici: q & ſeruiſ et mulieribuſ philoſophā/dum eſſe dixerunt. Epicuruſ quoq; qui rudeſ oīum literarū ad philoſophiā inuitat. Itē Plato q ciuitatem de ſapiētibuſ uoluit componere. Conati quidē ſunt illi facere quod ueritaſ exigebat. ſed non potuit ultra uerba procedi. Primum qa multiſ artibuſ opuſ eſt: ut ad philoſophiam poſſit accedi. diſcēde litere iſte cō/muneſ ꝓpter uſum legendi. qa in tanta rerū uarietate: nec diſci audiēdo poſſūt omnia: nec memoria cōtineri. Grāmaticiſ quoq; non parū opere uel datū eſt: ut rectā loquendi rōnem ſciaſ. Id multoſ annoſ auferaſ neceſſe eſt. Nec oratoria qdem ignoranda ē. ut ea que didiceriſ: ꝓferri atq; eloqui poſſiſ. Geometria quoq; ac muſica et aſtrologia neceſſaria eſt. ꝙ he arteſ cū philoſophia habent aliquam ſocietatē. que uniuerſa perdiſcere neq; femine poſſūt. qbuſ intra pubereſ annoſ officia mox uſibuſ domeſticiſ profutura diſcenda ſunt. Neq; ſerui quibuſ per eoſ annoſ uel maxime ſeruiēdum eſt: quibuſ poſſūt diſcere. neq; paupereſ: aut opificeſ: aut ruſtici: quibuſ in diē uictuſ labore eſt querēduſ. Ob eam cauſā Tulliuſ ait abhorrere a multitudine philoſophiam. At enī rudeſ Epicuruſ accipiet. Quomō ergo illa que de princi/piiſ rerū dicūtur intelligent: que perplexa & inuoluta uix etiā politi homīeſ aſſequūtur? In rebuſ igitur obſcuritate implicatiſ: et ingeniorū uarietate cōfuſiſ: et eloquentium uiroꝝ exquiſito ſermōe fucatiſ: qſ imperito ac rudi locuſ eſt? Deniq; nunq̄ ullaſ mulieres philoſophari docuerunt: preter unā ex omni memoria Themiſten. Neq; ſeruoſ preter unum Pythagoram: quem male ſeruientē redēiſſe ac docuiſſe tradunt. Enumerāt etiā Platonē ac Diogenē. qui tamē ſerui nō fuerunt. ſed hiſ ſeruituſ euenerat

2008 Ministerio de Cultura

ſút ení capti platoné qdé redéiſſe. Aniceriſ qdá tradit́ ſeſtertiuſ octo. Itaq; inſectatuſ é côuitiſ hunc ipſú redéptorem Seneca. ꝙ Platoné paruo exiſtimauerit furioſuſ ut mihi qdé uidet́. qui hói fuerit iratuſ ꝙ non multam pecuniá perdidit: ſalicet aurú appendere debuit tanquam pro mortuo Hectore: aut tantum ingerere nummoꝝ: quantú uéditor non popoſcit. Ex barbariſ uero nullú prerer unum Anacharſim: qui philoſophiá ne ſomniaſſet quidé: niſi & linguam et literaſ ante didiciſſet.

Cap. XXVI. Quod doctría celeſtiſ ſapiétiam ſola largit́. quam natura côiſ appetit: et querenſ philoſophiam non inuenit. Et ꝗ efficax ſit lex dei & eccleſie ſacramenta.

QVod ergo illi poſcente natura faciendú eſſe ſenſerunt. ſed tamen neq; ipſi facere potuerunt: neq; a philoſophiſ fieri poſſe uiderút. Sola hec efficit doctría celeſtiſ. que ſola ſapiétia eſt. Illi ſcilicet perſuadere cuiꝗ potuerunt: qui nihil perſuadent. etiá ſibi. Aut cuiuſꝗ cupiditateſ opprimenc. temperabút iram: libidinem coercebunt. cum ipſi & cedant uitiiſ: et fateantur pluſ ualere naturá. Dei autem precepta quia & ſimplicia et uera ſút: quantum ualeant in aími ſ hominum: quotidiana experimenta demonſtrant. Da mihi uirum qui ſit iracunduſ: maledicuſ: effrenatuſ: pauciſſimiſ dei uerbiſ tam placidum ꝗ ouem reddam. Da cupidum: auaꝝ: tenacem. iá tibi eú liberalé dabo. et pecuniá ſuá propriiſ manibuſ largientem. Da timidum doloriſ ac mortiſ: iá euceſ et igneſ: et pericula & taurú contemnet. Da libidinoſum: adulterú: ganeoné. iam ſobrium: caſtum: continété uidebiſ. Da crudelem et ſanguiniſ appetenté. iá í uerá dementiá furor ille mutabitur. Da iniuſtú: inſipiétem: peccatoré: côtinuo et equuſ & prudenſ et innocenſ erit. Vno ení lauacro malicia omniſ abolebitur. tanta diuine ſapientie uiſ eſt. ut í hóiſ pectuſ infuſa: matrem delictoꝝ ſtultitia uno ſemel impetu expellat. Ad quod efficiendú: non mercede: non liberiſ: nó lucubratióibuſ opuſ eſt. Gratiſ iſta fiunt facile: cito modo pateant aureſ: et pectuſ ſapientiá ſitiat. Nemo uereatur. noſ aquá nó uendimuſ. nec ſolem mercede preſtamuſ. Dei fonſ uberrimuſ atq; pleniſſimuſ patet cunctiſ. et hoc celeſte lumen uniuerſiſ oritur. quicunq; oculoſ habét. Nú qſ hoc philoſophorú aut unꝗ preſtitit: aut preſtare

2008 Ministerjo de Cultura

ſi uelit poteſt? Qui cū etateſ ſuaſ in ſtudio philoſophie conte/
rant: neq; alium quenq̃ neq; ſeipſoſ ſi natura paulum obſtitit
poſſunt facere melioreſ. Itaq; ſapientia eoꝝ ut plurimū efficiat.
nó excidit uitia: ſed abſcondit. Pauca uero dei precepta ſic totū
hominem immutant: ut expoſito uetere nouum reddunt. ut nó
cognoſcaſ eundem eſſe.

Capitu. xxvii. Quod philoſophi ſepe recte precipiunt. et interdū uident uerum. Et quare non ſit eiſ credendum in quo ſolo nitatur conditio creature et unde. necnon aut fortune. Et quó philoſophi ſuiſ inuicem gladiſ pereunt.

QVid ergo? Nihil ne illi ſimile precipiunt? Imo permulta. et ad uerū frequēter accedūt. ſed nihil ponderiſ habēt illa precepta. quia ſūt humana. et auctoritate maiori. id eſt diuina illa carent. Nemo igitur credit. quia tam ſe hóiem putat eſſe ꝗ audit: ꝗ̃ ē ille ꝗ precipit. Preterea nihil apud eoſ certi ē. nihil qđ a ſciētia ueniat. Sed cū omnia cóiecturiſ agantur: multa etiam diuerſa & uaria proferantur. ſtultiſſimi ē hominiſ preceptiſ eorū uelle parere: que utrū uera ſint an falſa dubitatur. et ideo nemo paret: qa nēo uult ad incertū laborare. Virtutē eſſe ſtoici aiūt. que ſola efficiat uitā beatam. Nihil poteſt uerius dici. ſed quid ſi cruciabitur aut dolore afficietᷣ? Poterit ne qſ ꝗ̃ inter carnificeſ beatuſ eſſe? Imo uero illatuſ corpori dolor materia uirtutiſ eſt. itaq; ne ī tormētiſ qdē miſer eſt. Epicuruſ multo fortiuſ. ſapiēſ īquit ſēp beatuſ ē. et uelud incluſuſ in falaridiſ tauro hāc uocē emittet. ſuaue ē et nihil curo. quiſ eū nó irriſerit? Maxīe ꝙ hó uoluptariuſ perſonam ſibi uiri fortiſ impoſuit. et quidem ſupra modū. Non enī fieri poteſt: ut qſ ꝗ̃ cruciatuſ corporiſ ꝓ uolup/ tatibuſ ducat. cū ſatiſ ſit ad officium uirtutiſ implendum perferre ac ſuſtinere. Quid dicitiſ ſtoici? Quid tu Epicure? Beatuſ eſt ſa/ pienſ etiā cum torquetur: ſi propter gloriā paciētia nó fruatur. In tormentiſ enim fortaſſe morietur: ſi ꝓpter memoriā aut nó ſentiet ſi occidūt anime. aut ſi ſēciet: nihil ex ea cóſequetᷣ. Quiſ ergo aliuſ fructuſ ē in uirtute? Que beatitudo uite: ut equo aío moriatur? Bonū mihi affertiſ uniuſ hore aut fortaſſe momēti. ꝓpter qđ nó expediat in tota uita miſeriſ et laboribuſ confici. Quantū autem temporiſ morſ occupat que cū uenit: utrū equo animo an iniquo eam ſubieriſ: iam nihil refert. Ita fit: ut nihil

2008 Ministerio de Cultura

aliud ex uirtute captetur niſi gloria. Sed hec aut ſuperuacua & breuiſ eſt: aut prauiſ hominū iudiciiſ nō ſequetur. Nulluſ igitur ex uirtute fructuſ eſt. ubi uirtuſ mortaliſ eſt & caduca. Itaq; q hec locuti ſūt: umbrā quandam uirtutiſ uiderūt. ipſam uirtutem non uidebant. Deflexi enī fuerunt in terram. nec uultuſ ſuoſ in altum erigebāt ut eam poſſent intueri. que ſeſe celi regionibuſ oſtētabat. Hec cauſa eſt: cur preceptiſ eorū nulluſ obtemperet. quoniam aut ad uitia erudiūt ſi uoluptatem defendunt. aut ſi uirtutē aſſerūt: neq; peccato penā minātur: niſi ſoliuſ turpitu/diniſ. neq; uirtuti ullum premiū pollicentur: niſi ſoliuſ honeſta/tiſ et laudiſ. cum dicant non propter aliud: ſed propter ſeipſam expetendam eſſe uirtutem. Beatuſ eſt igitur ſapiēſ in tormētiſ. ſed cum torquetur pro fide: pro iuſtitia: pro deo. illa patientia doloriſ beatiſſimum faciet. Eſt enī deuſ qui ſoluſ poteſt hono/rare uirtutem. cuiuſ merceſ immortalitaſ ſola eſt. quam qui non appetūt: nec religionē tenēt. cui eterna ſubiacet uita. Profecto neq; uirtutiſ uim ſciunt: cuiuſ premium ignorant. neq; in celum ſpectant: quod ipſi ſe facere putant. cum reſ nō inueſtigabileſ querunt. quia ratio in celū ſpectandi nulla alia eſt: niſi aut re/ligionem ſuſcipere: aut animam ſuam immortalem eſſe credere. Quiſqſ enim aut deum colendū eē ītelligit. aut immortalitatiſ ſpem ſibi propoſitam habet. menſ eiuſ in celo eſt. Et licet id non aſpiciat oculiſ: anime tamen lumīe aſpicit. Qui autē religionem non ſuſcipiunt: terreni ſunt. quia religio de celo eſt. Et q aīam putant cum corpore interire: eque ī terrā ſpectant. quia ultra corpuſ quod eſt terra nihil ampliuſ uident: quod ſit immortale. Nihil igitͤ prodeſt hominē eſſe fictū: ut recto corpore ſpectet in celū: niſi erecta mēte deū cernat. et cogitatio eiuſ in ſpe uite perpetue tota uerſetur.

Capi. xxviii. Quod fortuna nihil ē. quam philoſophi non modo deam: ſed deū menciunt͛. Et quō hunc errorem demoneſ immiſerint eiſ q deū neſciebāt aut cōtempnebāt.

QVapropter nihil aliud eſt in uita quo ratio: quo conditio noſtra nitat͛: niſi dei q noſ genuit agnitio. et religioſuſ ac piuſ cultuſ. Vnde quoniam philoſophi aberrauerunt: ſapienteſ utiq; nō fuerunt. Queſierunt illi quidem ſapientiā. ſed quia nō rite querebāt: prolapſi ſūt lōgiuſ. et in maxioſ erroreſ īciderūt:

2008 Ministerio de Cultura

ut etiam cõmunem ſapientiam non tenerent. Non enim tantũ religionẽ aſſerere uoluerũt: uerum etiam ſuſtulerunt. dũ ſpetie uirtutiſ falſe inducti: conantur animoſ omni metu liberare. que religioniſ euerſio nature nomẽ inuẽit. Illi enĩ cũ aut ignorarẽt a quo eſſet effectuſ munduſ: aut perſuadere uellent nihil eſſe diuina mente perfectum: naturam eſſe dixerunt rerum omniũ matrẽ. quaſi dicerẽt omnia ſua ſponte eſſe nata quo uerbo plane imprudentiã ſuam confitẽtur. Natura enim remota ꝓuidentia et poteſtate diuina prorſuſ nihil eſt. Quod ſi deũ naturã uocãt que peruerſitaſ eſt naturam potiuſ q̃ deum nominare. Si autem natura ratio eſt: uel neceſſitaſ uel conditio naſcendi: non ẽ per ſeipam ſẽſibiliſ. quia neceſſe eſt mentem diuinam: que ſua ꝓui/dentia naſcẽdi principiũ rebuſ omnibuſ prebeat. Aut ſi natura eſt celum atq; terra: et omne quod natum eſt: nõ eſt dei natura ſed dei opuſ. Non diſſimili errore credunt eſſe fortunam: quaſi deam quandã reſ humanaſ uariiſ caſibuſ illudentẽ. quia neſciũt unde ſibi bona et mala eueniant. Cum hac ſe cõpoſitoſ ad pre/liandũ putant. nec ullam tamen rationẽ reddunt. a quo & quã ob cauſã. ſed tãtum cũ fortuna ſe digladiari momẽtiſ omnibuſ gloriantur. Iam ꝗcunq; alioſ conſolati ſũt ob interitũ omiſſio/nemq; carorũ: fortune nomen acerrimiſ accuſatiõibuſ ꝓſciderũt. nec omnino ulla eorũ diſputatio de uirtute ẽ. ĩ qua nõ fortuna uexetur. Marcuſ Tulliuſ in ſua conſolatione pugnaſſe ſe ſẽper contra fortunam loquitur. eãq; a ſe eſſe ſuperatam. cum fortiter inimicoꝝ impetuſ retudiſſet. nec tũ quidem ſe ab ea fractum: cũ domo pulſuſ patria caruit. Tũ autẽ cum amiſerit cariſſimã filiã: uictum ſe a fortuna turpiter cõfitetur. Credo inquit & manum tollo. Quid hoc homine miſeriuſ: q ſic iaceat inſipiẽter inquit. ſed qui profitetur ſe eſſe ſapiẽtem? Quid ergo ſibi uult aſſũptio nominiſ? Quid cõtemptuſ ille rerum: qui magnificiſ uerbiſ pre/tenditur? Quid diſpar ceteriſ habituſ? Aut cur omnino precepta ſapientie dantur: ſi nemo qui ſapiat adhuc inuẽtuſ eſt? Et q̃ſq̃ nobiſ inuidiam facit: q̃a philoſophoſ negamuſ eſſe ſapienteſ. cũ ipſi nec ſcire ſe quicq̃ ne ſapere fateantur? Nam ſi quando ita defecerint. ut ne effingere quidem quicq̃ poſſint: quid faciunt in rebuſ ceteriſ? Tum uero ignorãtie admouẽtur. et quaſi furi/bũdi exiliũt et exclamãt ſe cecoſ eſſe & excordeſ. Anaxagoraſ pronũtiat circũfuſa eſſe tenebriſ omnia. Empedocleſ anguſtaſ

2008 Ministerio de Cultura

eſſe ſenſum ſemitaſ queritur. tanq̄ illi ad cogitandum rheda & quadrigiſ opuſ eēt. Democrituſ quaſi in puteo quodam ſic alto ut funduſ ſit nulluſ: ueritatem iacere demerſam nimirum ſtulte et cetera. Non enim tanq̄ in puteo demerſa eſt ueritaſ: quo uel deſcendere uel etiam cadere illi licebat. ſed tanq̄ in ſūmo montiſ excelſi uertice: uel potiuſ in celo quod eſt ueriſſimū. Quid enim eſt cur eā potiuſ in imū depreſſam diceret: q̄ i ſummū leuatam niſi forte mentē quoq; in pedibuſ aut in imiſ calcibuſ cōſtituere malebat. potiuſq̄ in pectore aut i capite? Adeo rēotiſſimi fue/rūt ab ea ueritate: ut eoſ ne ſtatuſ q̄dem ſui corpiſ admoneret: ueritatem illiſ in ſummo eſſe querendam. Ex hac deſperatione confeſſio illa Socratiſ nata eſt: qua ſe nihil ſcire dixit niſi hoc unum. ꝙ nihil ſciat. Hinc achademie diſciplīa manauit. ſi tamē diſciplina dici poteſt. in qua ignoratio et diſcit̄ et docetur. Sed ne illi quidem qui ſcientiam ſibi aſſumpſerunt: id ipſum quod ſe ſcire putabāt conſtanter defēdere potuerūt. Qui quoniā ratio illiſ non quadrabat: per ignorātiam rerum diuinarum tā uarii tam incerti fuerunt. ſibiq; ſepe contraria diſſerenteſ: ut quid ſē/tirent quid uellent: ſatiſ ſtatuere ac diiudicare non poſſeſ. Quid igitur pugneſ aduerſuſ homineſ eoſ: qui ſuo ſibi gladio pereūt? Quid laboreſ ut eoſ deſtruaſ: quoſ ſua ipſoſ deſtruit atq; affiat oratio? Ariſtoteleſ inq̄t Cicero ueteres philoſophoſ accuſanſ eoſ aut glorioſiſſimoſ aut ſtultiſſimoſ fuiſſe: q̄ exiſtīauiſſent phīam ſuiſ ingeniiſ eſſe perfectam. ſed ſe uidere ꝙ paucis anniſ magna acceſſio facta eēt: breui tempore phīam plane abſolutam fore. Quod igit̄ fuit illud tēpuſ? Quo in ore? Quādo eſt. aut a q̄buſ abſoluta? Nam ꝙ ait ſtultiſſimoſ fuiſſe q̄ putauiſſent ingeniiſ ſuiſ perfectam eſſe ſapientiam: uerum eſt. ſed ne ipſe q̄dam ſatiſ prudenter: qui aut a ueteribuſ ceptam: aut a nouiſ auctam: aut mox a poſterioribuſ perfectum iri putauit. Nunq̄ enim poteſt inueſtigari. quod non per uiam ſuam queritur.

## Capitulū. xxix. Item repetitio de fortuna et natura eiuſ & diffinitione eiuſ.

SEd repetamuſ id quod omiſimuſ. Fortuna ergo nihil per ſe eſt. tanq̄ nec ſic habendū eſt: tanq̄ ſit in aliquo ſenſu. Si q̄dem fortuna ē accidētium rerū ſubituſ atq; inopinatuſ euētuſ. Verum philoſophi ne aliquādo non errent: in re ſtulta uolunt

2008 Ministerio de Cultura

eſſe ſapienteſ. qui fortune ſexum mutant. eamq; non deam ſicut uulguſ: ſed deum eſſe dicūt. Eundem tamē interdum naturam: interdū fortunam uocāt. Quid multa inqt idem Cicero. efficiat ĩopinata nobiſ propter obſcuritatem ignorationēq; cauſarum? Cum igitur cauſaſ ignorent propter quaſ fiat aliquid: et ipm q faciat ignorent neceſſe eſt. Idem ĩ opere ualde ſerio: in quo pre/cepta uite deprompta ex phīa filio dabat. Magnam inquit eſſe fortune uim in utrāq; partem quiſ neſciat? Nam & cū proſpero flatu eiuſ utimur: ad exituſ puenimuſ optatoſ. Et cū reflauerit: affligimur. Primū qui negat ſciri poſſe quicq̃: ſic hoc dixit tanq̃ et ipſe & omneſ ſciant. Deinde qui etiam que clara ſunt: dubia conātur efficere: hoc putauit eſſe clarum: quod illi eē debuit uel maxime dubiū. nam ſepienti oīno falſum eſt. Quiſ inqt neſcit? Ego uero neſcio. Doceat me ſi poteſt que ſit illa uiſ: qui flatuſ iſte: et qui reflatuſ. Turpe igiẽ eſt hoīem ingenioſum id dicere: quod ſi negeſ probare nō poſſit. Poſtremo q iſ q dicit aſſenſuſ eē retinendoſ: q ſtulti ſit hoīſ rebuſ incognitiſ temere aſſentire. licet plane uulgi & imperitorū opīonibuſ credidit. qui fortunā putant eſſe que tribuit hōibuſ bona & mala. Nam ſimulachrū eiuſ cū copia & gubernaculo fingūt. tanq̃ hec & opeſ tribuat: et hūarum rerū regimē obtineat. cui opinioni & Virgiliuſ aſſenſit. qui fortunam oīpotentē uocat. Et hiſtoricuſ qui ait. ſed pfecto fortuna in omni re dominaẽ. Quid ergo ceteriſ diiſ loci ſupeſt? Cur nō aut ipſa regnare dicitur ſi pluſ poteſt: aut ſola colitur ſi omnia uel ſi tātum mala immittit? Aliquid cauſe proferant. cur ſi dea ſit: hōibuſ ĩuideat. eoſq; perditoſ cupiat. cū ab hiſ religioſe colatur. Cur equior ſit maliſ: iniquior aūt boniſ. cur inſidietur: affligat: decipiat & extermīet. Quiſ illā generiſ hoīm uexatricē cōſtituit perpetuā? Cur deniq; tam malam ſortita ſit poteſtatē: ut reſ cunctaſ ex libidine magiſ q̃ ex uero celebret obſcuretq;. Nec inq̃ philoſophoſ inquirere oportuit potiuſ q̃ temere ĩno/centem accuſare fortunam. que etiam ſi ſit aliqua: nihil tamen afferri ab hiſ poteſt. cū hōibuſ tā inimica ſit q̃ putatur. Itaq; ille omneſ orōneſ qbuſ iniqtatē fortune lacerant: ſe ſuaſq; uirtuteſ contra fortunā ſupbiſſime iactāt: nihil ſunt aliud q̃ deliramēta incōſiderate leuitatiſ. Quare non inuideant nobiſ: qbuſ aperuit ueritatem deuſ. qui ſicut ſcimuſ nihil eſſe fortunam: ita ſcimuſ eē prauū ac ſubdolum ſpiritū. qui ſit ĩimicuſ boniſ: hoſtiſq; iuſtitie.

2008 Ministerio de Cultura

qui contraria faciat q̃ deuſ: cuiuſ inuidie cauſam in ſecũdo libro
explicauimuſ. Hic ergo inſidiať uniuerſiſ. ſed eoſ q neſciũt deũ
errore impedit: ſtultia obruit: tenebriſ circunfudit. ne quiſ poſſit
ad diuini noĩſ peruẽire notitiam. in quo uno et ſapĩa continet
& uita perpetua. Eoſ aũt q deũ ſciunt: doliſ & aſtutia aggredit.
ut cupiditate ac libidine irrhetiat: aut peccatiſ blãdientibuſ de/
prauatoſ impellat ad mortẽ. uel ſi dolo nihil profecerit: uiolẽtia
deicere conatur. Idcirco enim in primordiiſ tranſgreſſioniſ non
ſtatim ad penã detruſuſ a deo eſt. ut hoĩem malitia ſua exerceat
ad uirtutem. que niſi agitetur: niſi aſſidua uexatiõe roboretur:
non poteſt eſſe perfecta. Siqdem uirtuſ eſt perferendoꝝ maloꝝ
fortiſ ac inuicta patientia. Ex quo fit. ut uirtuſ nulla ſit: ſi ad/
uerſariuſ deſit. Huiuſ itaq; peruerſe poteſtatiſ cũ uim ſentirent
uirtuti repugnantẽ: nomẽ ignorẽt: fortune uocabulũ ſibi inane
finxerunt. Quod q̃longe a ſapĩa ſit remotũ: declarat Iuuenaliſ
hiſ uerſibuſ. Nullum numẽ habeſſi ſit prudentia ſed noſ. Te fa/
cimuſ fortuua deam celoq; locamuſ. Stultitia igitur & error et
cecitaſ: et ut Cicero ait ignoratio rerum atq; cauſarũ: nature ac
fortune nomĩa induxit. Sed ut aduerſariũ ſuũ neſciunt: ſic nec
uirtutẽ qdem ſciũt. cuiuſ ſcientia ab aduerſarii notione deſcẽdit.
que ſic coniuncta eſt cum ſapientia. uel ut ipi aiunt eadem ipſa
ſapientia eſt. ignorent neceſſe ẽ in qbuſ rebuſ ſita ſit. Nemo enĩ
poteſt ueriſ armiſ inſtrui: ſi hoſtem contra quẽ fuerit armanduſ
ignorat. nec aduerſarium uincere: qui in dimicando nõ hoſtem
uerum ſed umbram petit. Proſternetur enim qui alio intentuſ:
uenientem uitalibuſ ſuiſ ictum nec preuiderit ante nec cauerit.

Capitulũ. xxx. Epiloguſ quo docet quomõ tranſeũdum
ſit a uanitate philoſophoꝝ recedentibuſ: et ad ueram ſa pi/
entiam aſpirantibuſ ſcilicet ad uerbũ dei in quo ſolo ueritaſ
inuenitur. et uirtuſ & beatitudo. et ab eiſ que dicta ſunt: ad
dicenda tranſitum facit.

Docui q̃tũ mea mediocritaſ tulit. longe deuiũ philoſophoſ
iter a ueritate tenuiſſe. ſentio tamẽ q̃multa pterierim. quia
non erat mihi propria contra philoſophoſ diſputatio: ſed huc
neceſſario diuertendum fuit. ut oſtenderem tot & tanta ingenia
in rebuſ falſiſ eſſe conſumpta. ne quiſ forte a prauiſ religionibuſ
excluſuſ: ad eoſ ſe conferre uellet. tanq̃ certi aliquid reperturuſ.

2008 Ministerio de Cultura

Vna igitur ſpeſ hõi: una ſaluſ in hac doctrina quã defendimuſ
poſita eſt. Omniſ ſapiẽtia hoĩſ in hoc uno eſt: ut deũ cognoſcat
et colat. Hoc noſtrum dogma: hec ſententia eſt. Quanta itaq;
uoce poſſum teſtificor: proclamo: denuntio. Hoc eſt illud quod
philoſophi omneſ in tota ſuã uita queſierunt. nec unquã tamẽ
inueſtigare: comprehendere: tenere ualuerũt. quia aut prauam
religionem tenuerunt: aut totam penituſ ſuſtulerũt. Faceſſant
igitur illi omneſ. qui hũanam uitam non inſtruũt ſed turbant.
Quid enĩ docent? Quem inſtruũt: qui ſeipſoſ non inſtruxerũt?
Quem ſanare egroti? Quem regere ceci poſſunt? Huc ergo noſ
omneſ quibuſ eſt cura ſapientie conferamuſ. An expectabimuſ
donec Socrateſ aliquid ſciat? An Anexagoraſ lumen in tenebriſ
inuẽiat? Aut Democrituſ ueritatẽ de puteo extrahat? Aut Em/
pedocleſ dilatet animi ſui ſemitaſ? Aut Archeſilaſ & Carneadeſ
uideãt: ſentiant: percipiãt? Ecce uox de celo ueritatem docenſ.
et nobiſ ſole ipo clariuſ lumẽ oſtẽdenſ. Quid nobiſ ĩiqui ſumuſ:
et ſapiẽtiam ſuſcipere cunctamur. quã docti homineſ contritiſ
inquirendo etatibuſ ſuiſ: nunquã reperire potuerunt? Qui uult
ſapienſ ac beatuſ eſſe: audiat dei uocẽ: diſcat iuſtitiã: ſacramentũ
natiuitatiſ ſue norit: hũana contẽnat: diuina ſuſcipiat: ut ſũmũ
illud bonũ ad qđ natuſ eſt poſſit adipiſci. Diſſolutiſ religiõibuſ
uniuerſiſ: et omnibuſ quecũq; in earum defenſionem dici uel ſo/
lebant uel poterant refutatiſ: deinde cõuictiſ phĩe diſciplinis: ad
ueram religionem nobiſ ſapientiamq; ueniendum eſt. quoniã eſt
ut docebo utrũq; coniunctũ: ut eã uel argumentiſ: uel exẽpliſ:
uel idoneiſ teſtibuſ aſſeramuſ. Et ſtultitiam quã nobiſ iſti deorũ
cultoreſ obiectare non deſinunt: ut nullam peneſ noſ. ſic totam
peneſ ipſoſ eſſe doceamuſ. Et quanq̃ prioribuſ libriſ cum falſaſ
arguerim religioneſ. et hic cum falſam ſapientiam tollerem: ubi
ueritaſ ſit oſtenderim: planiuſ tamen que religio & que ſapiẽtia
uera ſit: liber proximuſ indicabit.

2008 Ministerio de Cultura

eam pfido ingratoq; populo ablatá exteriſ gentibuſ reuelaret. Qua de re in hoc libro aggrediar diſputare.ſi priuſ oſtẽdero ſapientiam cú religione ſic coherere: ut diuelli utrunq; non poſſit.

Capitulum .iii. Quod ſapientia & religio inſeparabiliter coherent.et ꝙ neceſſe ẽ eoſdem non diuerſoſ eẽ ſecretarioſ ſapientie & numiniſ ſacerdoteſ. Et quare contra naturam ſit colere plureſ deoſ. Et quare neceſſitate nature oportet dominum eſſe unum unicuiq; :ſic & patrem unum.

DEorú igiẽ cultuſ in priore libro docui nó habere ſapiám: nó modo qa diuinú aímal terreniſ fragilibuſq; ſubſternit: ſed quia nihil ibi diſſeritur quod proficeat ad moreſ excolẽdoſ uitamq; formãdam: nec habet inqſitionem aliquá ueritatiſ: ſed tantúmodo ritum colendi qui non officio mentiſ ſed miniſterio corporiſ conſtat. Et ideo nó eſt illa uera religio iudicãda :quia nulliſ iuſtitie uirtutiſq; ꝑceptiſ erudit efficitq; melioreſ. Ita philoſophia quia religioné id eſt ſummá pietatem non habet :non eſt uera ſapientia. Nam ſi diuinitaſ que gubernat hunc múdum incredibili beneficẽtia genuſ hoíum ſuſtentat :et quaſi paterna indulgẽtia fouet.uult profecto gratiam ſibi referri & honorem dari. Nec cóſtare hói ratio pietatiſ poteſt :ſi celeſtibuſ beneficiiſ extiterit ingratuſ :quod nó eſt utiq; ſapientiſ. Quoniá igitur ut dixi philoſophia & religio deorú diſiúcta ſunt et lóge diſcreta: ſiqdem alii ſunt profeſſoreſ ſapiẽtie per quoſ utiq; ad deoſ non aditur. Alii religioniſ antiſtiteſ p quoſ ſapere non diſcit: apparet nec illam eſſe ueram ſapiẽtiam: nec hanc religionem. idarco nec phía potuit ueritatem cóprehendere: nec religio deoꝝ rationem ſui qua caret reddere. Vbi auté ſapientia cú religione cóiungit: ibi ſcilicet ubi deuſ colitur unuſ: ubi uita & actuſ omniſ ad unú caput & ad unam ſummá refertur. Deniq; iidem ſunt doctoreſ ſapientie: qui & dei ſacerdoteſ. Nec tamẽ moueat queq; qa ſepe factú eſt & fieri poteſt: ut philoſophuſ aliquiſ deorum ſuſcipiat ſacerdotium :quod cú ſit: non tamẽ coniúgitur phía cú religióe: ſed etiá phía inter ſacra ceſſabit :et religio quando philoſophia tractabitur. Illa ení religio muta eſt. non tantú quia mutorum eſt :ſed qa rituſ eiuſ in manu & in digitiſ eiuſ et non in corde aut lingua ſicut noſtra que uera eſt. Idarco & í ſapientia religio :et

2008 Ministerio de Cultura

in religione ſapiētia ē: ergo non poteſt ſegregari. qa ſapere nihil aliud eſt niſi deū uerū iuſtiſ ac piiſ cultibuſ honorare. Multorū aūt deoꝝ cultuſ nō eſſe ſcđm naturā: etiā hoc argumēto colligi poteſt & cōprehendi. omnē deum qui ab homine colit᷑: neceſſe ē inter ſolenneſ rituſ & precationeſ proferri: nūcupari. non tātum honoriſ gratia ſed & rationiſ: ꝙ et antiquior eſt hoīe: ꝙ uitam: ſalutem: uictum preſtat ut pater. Itaq; et Iupiter a precantibuſ pater uocatur. et Saturnuſ & Ianuſ et Liber et ceteri deincepſ ꝙ Luciliuſ in deoꝝ conſilio irridet: uti nemo ſit noſtrū: quin aut pater optimuſ diuum: aut Neptunuſ pater: Liber: Saturnuſ pater: Marſ: Ianuſ: Quirinuſ pater ſic et hoc dicatur ad unum: quod ſi natura non patitur ut ſint uniuſ hominiſ plureſ patreſ. Ex uno enim procreatur: ergo deoſ etiam multoſ colere contra naturam ē: cōtraq; pietatem. unuſ ergo colenduſ eſt: qui poteſt ueruſ pater noīari. Idem etiā dominuſ ſit neceſſe eſt: quare ſicut poteſt indulgere: ita etiā coercere. Pater ideo appellāduſ eſt. qa nobiſ multa & magna largitur. Dominuſ ideo. quia caſtigandi & puniendi habet maximā poteſtatem. Dominum uero eūdem eſſe q ſit pater: etiā iuriſ ciuiliſ ratio demonſtrat. Quiſ enī poterit filioſ educare: niſi habeat in eoſ poteſtatē. nec immerito pater/familiaſ dicit᷑ licet tantum filioſ habeat: uidelicet nomē patriſ: cōplectitur etiā ſeruoſ quia familiam ſequitur: et nomē familie cōplectit᷑ etiā filioſ qa pater antecedit. Vnde apparet eūdem ipm et patrem ſeruorū & dominū filioꝝ. Deniq; et filiuſ manu/mittit᷑ tanq̄ et ſeruuſ liberatuſ: patroni nomē accipit tanq̄ filiuſ. Quod ſi ꝓpterea paterfamiliaſ noīatur: ut appareat eū duplici poteſtate preditū. qa & indulgere debet qa pater eſt: et coercere quia dominuſ: ergo idem ſeruuſ eſt qui & filiuſ: et idem domīuſ q & pater. Sicut igit᷑ nature neceſſitate nō poteſt eſſe niſi unuſ pater: ita nec dominuſ niſi unuſ. Quid enim faciet ſeruuſ ſi multi domini diuerſa īperauerint: ergo contra rationē cōtraq; naturā ſunt religioneſ multoꝝ deorum. Siqdem nec patreſ multi poſſūt eſſe nec domini: deoſ autē et patreſ & dominoſ nūcupari neceſſe eſt. Teneri ergo ueritaſ nō pōt. ubi homo idem multiſ patribuſ dominiſq; ſubiectuſ eſt. Vbi animuſ in multa diſperſuſ huc atq; illuc diuagatur. Nec habere ullam firmitatē religio pōt: quādo certo & ſtabili domicilio caret. Cultuſ ergo deorū ueri eſſe non poſſunt. Eodem modo matrimonium dici nō poteſt: ubi mulier

2008 Ministerio de Cultura

uiroſ multoſ habet· ſed hec aut meretrix aut adultera noīabit̄. a qua enim pudor: caſtitaſ: fideſ abeſt: uirtute careat neceſſe eſt. ſic & religio deoꝝ īpudica eſt et īceſta quia fide caret· qa honoſ ille inſtabiliſ & incertuſ caput atq; originem non habet.

Capitulum .iiii. Quod ſapientia ſpectat ad filioſ. religio ad ſeruoſ. et utriuſq; fonſ deuſ unuſ ſoluſ & ueruſ. q ingratū abdicat filium: et fugitiuum punit ſeruum.

QVibuſ rebuſ apparet q̄ inter ſe coniuncta ſint ſapientia & religio: ſapientia ſpectat ad filioſ que exigit timorem. nam ſicut illi patrem diligere debēt & honorare: ſic hi dominū colere et uereri. Deuſ aūt qui unuſ eſt quoniā utranq; perſonā ſuſtinet et patriſ & dei: et amare eū debemuſ qa filii ſumuſ: et timere qa ſerui: non poteſt igitur nec religio a ſapīa ſeparari: nec ſapientia a religione ſecerni: quia idem deuſ eſt. quia & intelligi debet: et ꝙ eſt ſapientia: et honorari ꝙ eſt religioniſ. Sed ſapīa precedit: religio ſeqtur. quia priuſ eſt deū ſcire: conſequenſ colere. Itaq; in duobuſ nōibuſ una uiſ eſt. q̄uiſ diuerſa eſſe uideant̄. Alterū enim poſitū eſt in ſenſu: alterum ī actu: ſed tamē ſimilia ſunt duobuſ riuiſ uno fonte manātibuſ. Fonſ aūt ſapientie deuſ eſt: a quo hi duo riui ſi aberrauerint areſcant neceſſe eſt: quem q neſciūt nec ſapiēteſ eſſe poſſunt nec religioſi. Sic fit ut philoſophi & q deoſ colūt ſimileſ ſint: aut filiiſ abdicatiſ: aut ſeruiſ fugitiuiſ: qa neq; illi patrem querūt: neq; hi dominū: et abdicati hereditatem nō aſſequunt̄: et fugitiui īpunitatē. Ita neq; philoſophi īmortali/tatem accipiūt que ē regni celeſtiſ hereditaſ. id eſt ſūmum bonū quod illi maxime querūt: neq; cultoreſ deoꝝ penam ſempiterne mortiſ effugient. que aīaduerſio ueri domini aduerſuſ fugitiuoſ ſue maieſtatiſ ac nominiſ. Deum uero eſſe patrem: eūdemq; do/minum utriq; ignorauerūt tam cultoreſ deoꝝ q̄ ipſi profeſſoreſ ſapientie: qa aut nihil oīno colēdum putauerūt: aut religioneſ falſaſ approbauerunt: aut etiam ſi uim poteſtatemq; ſummi dei intellexerūt ut Plato: qui ait unū eſſe fabricatorem mundi deū. Et Marcuſ Tulliuſ qui fatetur hoīem preclara quadā cōditiōe a ſummo deo eſſe generatum: tamē & debitū tanq̄ ſummo patri non reddiderūt: quod erat conſequenſ atq; neceſſariū. Deoſ aūt neq; patreſ neq; dominoſ eſſe non poſſe: non tātum multitudo

2008 Ministerio de Cultura

ut ſupra oſtendi: ſed etiã ratio declarat: qua neq; fictum eſſe ab hiſ hominẽ traditur neq; deoſ ipſoſ antecedere originem homiſ inuenitur. Siqdem fuiſſe in terra hoïeſ anteq̃ Vulcanuſ & Liber & Apollo: et ipſe Iupiter naſcerentur apparet. Sed ne Saturno fictio hominiſ: neq; celo patri eiuſ aſſignari ſolet: quod ſi nulluſ eoꝝ qui coluntur formaſſe a principio atq; inſtituiſſe hominem traditur. Nulluſ igit̃ ex hiſ pater hominiſ nũcupari poteſt. ita nec deuſ qdem. Ergo faſ non eſt uenerari eoſ a qbuſ nõ ſit homo generatuſ. quia neq; a multiſ poteſt generari. Vnuſ igit̃ ac ſoluſ coli debet: q Iouem: qui Saturnũ: q celum ipm terrãq; ãteceſſit. Iſ enim neceſſe ẽ hoïem figurauerit: qui ante hoïem celũ terrãq; perfecit. Soluſ pater uocãduſ eſt qui creauit. ſoluſ dominuſ nũ/cupanduſ qui regit. qui habet uite ac neciſ ueram ac perpetuam poteſtatem. quẽ qui non adorat & inſipienſ ſeruuſ eſt: qui deum ſuum aufugiat. et impiuſ filiuſ qui ſuũ uerum patrem uel oderit uel ignoret.

Capitulum. v. Quod oracula prophetarum ſolicite inſpi/cienda ſunt. quoſ diuinituſ eſſe locutoſ rerum multo ante predictarum cõuincit euentuſ. Et quo tẽpore ꝓphetauerit Moyſeſ. Quot ãniſ Ioſue rexerit populũ. Quot ꝑfuerint iudiceſ. q̃ diu regnauerint regeſ. Quo tempore dominatuſ Ciruſ. Quod in philoſophiſ & ſapientie fundamentum.

NVnc quoniam docui ſapientiam & religionem non poſſe deduci: ſupereſt ut de ipa religione ac ſapiẽtia diſſeramuſ. Sẽtio qdem q̃ ſit difficiliſ de rebuſ celeſtibuſ diſputatio: ſed tamẽ audiẽdum ẽ ut illuſtrata ueritaſ pateat. Multiq; ab errore atq; interitu liberẽtur. qui eam ſub uelamẽto ſtultitie latentẽ aſper/nantur ac reſpuunt. Sed priuſ q̃ incipiam de deo & operibuſ eiuſ dicere: pauca mihi de ꝓphetiſ ante dicenda ſũt. quoꝝ teſtimoniiſ nunc uti neceſſe eſt: quod ĩ prioribuſ libriſ ne facerẽ temperaui. Ante oïa qui ueritatẽ ſtudet cõprehendere: non mõ intelligẽdiſ prophetarũ uocibuſ aïum debet intendere: ſed etiã tempora per que quiſq; illorum fuerit diligẽtiſſime inquirere: ut ſciat & que futura predixerunt: et poſt quot annoſ predicta completa ſint. nec difficultaſ in hiſ colligendiſ ineſt ulla. Teſtati enim ſũt ſub quo quiſq; rege diuini ſpirituſ fuerit paſſuſ inſtinctum: multiq; ſcriptoſ libroſ de temporibuſ ediderũt: initium faciẽteſ a ꝓpheta

2008 Ministerio de Cultura

Moyſe qui troianum bellum ſeptingentiſ fere anniſ anteceſſit. Iſ aũt cũ per annoſ quatraginta populum rexiſſet: ſucceſſorem habuit Ieſum: qui ſeptem & uiginti anniſ tenuit principatum. Exinde ſub iudicibuſ fuerunt per annoſ tricentoſ ſeptuaginta. Tũ mutato ſtatu regeſ habere ceperũt: qbuſ imperiũ tenentibuſ per annoſ quatringentoſ ſexaginta uſq; ad Sedechie regnũ op/pugnati a rege babylonico: captiq; iudei diuturnũ ſeruitiſ pro/tulerunt: donec ſeptuageſimo poſt anno Cyruſ maior captiuoſ iudeoſ terriſ ac ſedibuſ ſuiſ redderet: qui per id tempuſ in perſaſ ſuſcepit imperium: quo rome Tarquiniuſ ſuperbuſ. Quare cum omniſ temporũ ſerieſ ex iudaiciſ & ex greciſ romaniſq; hiſtoriiſ colligatur: etiã ſinguloꝝ prophetarũ tempora colligi poſſunt: quoꝝ tamẽ ultimuſ Zachariaſ fuit: quẽ conſtat ſub Dario rege ſecũdo anno regni eiuſ: octauo menſe ceciniſſe. Adeo antiqoreſ eſſe greciſ ſcriptoribuſ prophete reperiũt. Que omnia eo ꝓfero ut errorem ſuũ ſentiãt: qui ſcripturam ſacram coarguere nitũt: tanq̃ nouam & recenſ fictam: ignoranteſ ex quo fonte ſancte religioniſ origo manauerit. Quod ſi quiſ collectiſ proſpectiſq; tẽporibuſ: fundamentum doctrine ſalubriter iecerit: et ueritatẽ penituſ comprehenderet: et errorem cognita ueritate deponet.

Capitulũ. vi. Quod deuſ creator oĩum coomnipotentem genuit filium. et per eũ creauit uniuerſa. teſteſ ſũt Sibylla et Triſmegiſtuſ. oracula conſona propheti & ſapientiſſimo Salamoni.

DEuſ igitur machinator conſtitutorq; rerũ ſicuti in ſecũdo libro diximuſ: anteq̃ preclarũ hoc opuſ adoriretur: ſanctũ et incorruptibilem & cõprehenſibilem ſpiritũ genuit quẽ filium nũcuparũt. Et q̃uiſ alioſ poſtea innumerabileſ ꝑ ipm creauiſſet quoſ angeloſ dicimuſ: hunc tamen ſolum primogenitum diuini noĩſ appellatiõe dignatuſ eſt patria ſcilicet uirtute ac maieſtate pollentem. Eſſe aũt ſummi dei filium qui ſit poteſtate maxima preditus: non tantum congruenteſ in unũ prophetarum uoceſ: ſed etiã Triſmegiſti ꝓdicatio: et Sibyllarũ uaticinia demõſtrant. Hermeſ in eo libro qui λογοσ τελειοσ inſcribitur: hiſ uſuſ eſt uerbiſ. ο κϋριοσ και τωνπαντων ποιητισ ον θεον καλειν νενοικαμεν επειτον δευτερον εποιησε θεον ορατον και αισθητον δεφημι ον δια το αισθεσθαι αυτον περι γαρ τουτον

2008 Ministerio de Cultura

ουκ εστϊν ποτερον αυτοσ αισθοιτο αλλο τϊ εισ αισθησϊν ϋποπεμπει και εισ μονν οτϊ ουν τουτον εποιησε προτον και μονον κκι ενα καλοσ δε αυτω εφανη και πληρεστατοσ παντων των αγαθων ηγαθητε και πανϋ εφϊλησεν ωσ ϊδϊον τοκον. Id eſt dominuſ & oĩm creator: quẽ deũ uocare cenſemuſ: q̃a ſcd̃m deũ fecit uiſibilem & ſenſibilem. ſenſibilem aũt non ideo quia ip̃e ſentit dicitur. hoc enim non eſt utrũ ipſe ſentiat: ſed q̃a in ſenſuſ & mentem. Qui ergo eũ fecit primũ et unum & ſolum: bonuſ ei uiſuſ eſt & pleniſſimuſ oĩum bonorũ: ſanctificauitq; & amauit quaſi filium. Sibylla erithrea in carminiſ ſui principio quod a ſummo deo exorſa eſt: filium dei ducem & imperatorem oĩm hiſ uerſibuſ p̃dicat. παντοτροφον κτϊστην οστο γλυκϋ πνευμα απασϊ κατεθετο κχι ηγητορα θεον παντον εποιη/σε. Id eſt oĩm nutritorem: creatorẽq; q̃ dulcem ſpiritũ omnibuſ apposuit: ac principem oĩm deoꝝ fecit. Et rurſuſ in fine eiuſdẽ carminiſ. αμαντον εδωκε θεοσ πϊστοισ ανδρασϊ γεραιρειν. Id eſt alterum dedit deuſ fidelibuſ uiriſ honorem ipſum tuum cognoſce deum qui dei filiuſ eſt. Et alia Sibylla precepit hunc oportere cognoſci. αυτον σον γϊνωσκε θεον θεον υιον εοντα. Videlicet ip̃e dei filiuſ qui per Salamonem ſapientiſſimũ regẽ diuino ſpiritu plenum locutuſ eſt: eaq; ſubiecimuſ. Deuſ cõdidit me in initio ſuarũ uiarum in opera ſua ante ſecula. fundauit me in principio anteq̃ terrã faceret: anteq̃ abiſſoſ cõſtitueret: priuſq̃ proderent fonteſ aquarũ: ante omneſ colleſ genuit me: dominuſ fecit regioneſ & terraſ inhabitabileſ ſub celo. Cum pararet celoſ aderam illi. et cũ ſecerneret ſuam ſedem: cum ſuper uẽtoſ faceret ualidaſ nubeſ: et cũ confirmatoſ poneret monteſ ſub celo: quãdo fortia faciebat fundamenta terre: eram peneſ illũ diſponenſ. ego eram cui adgaudebat. quotidie aũt iocũdabar ante faciẽ eiuſ: cũ letarenẽ orbe perfecto. Idcirco autẽ Triſmegiſtuſ δημυονργον τον θεον dixit. et Sibylla σϋμβουλον appellat. q̃ tanta ſapiẽ ſit inſtructuſ a deo patre: ut cõſilio & mãibuſ uteretur in fabri/catione mundi.

Capitulũ . VII. Quod nomen filii & angeliſ aut hõibuſ ſit ignotũ. licet nomẽ habeat q̃d ab utriſq; adoratur. Et unde dicatẽ Ieſuſ & unde Chriſtuſ.

MOrtaſſe querat aliquiſ hoc loco: quiſ ſit iſte tam potenſ: tã deo caruſ: et quod nomẽ habeat cuiuſ prima natiuitaſ nõ

2008 Ministerio de Cultura

modo anteceſſit mundum: uerum etiam prudentia diſpoſuerit: uirtute conſtruxerit. Primum noſ ſcire conuenit nomen eiuſ ne angeliſ q̃dem notum eſſe qui moratur in celo: ſed ipſi ſoli ac deo patri nec ante id publicabitur: ut eſt ſanctiſ literiſ traditū q̃ diſ/penſatio dei fuerit impleta. Deinde nec enuntiari poſſe hoīſ ore ſicut docet Hermeſ hec dicenſ. αι τίομ δε τουτου του αι τίου ητου θειου καιαγεμητου αγαθου βουλησίσ ηθεομ προημεγκεμ ου το ομομα ουδυμαται αρίμω στοματί λαληθημαι. Id eſt cauſa autē huiuſ cauſe diuini boni uoluntaſ cuiuſ nomen non pōt hūano ore fari. Et paulopoſt ad filium. Eſt enim fili ſecretuſ q̃dam ſermo ſapīe ſanctū de ſolo domīo oīm. Et q ante mente capitur: quē dicere ſupra hoīem eſt. Sed q̃uiſ nomen eiuſ quod ei a principio pater ſummuſ impoſuit: nulluſ aliuſ preter ipm̄ ſciat: habet tamen et inter angeloſ aliud uocabulū: et inter hoīeſ aliud. Ieſuſ quippe inter hoīeſ noīatur. Nam chriſtuſ nō propriū nomē eſt nūcupatio poteſtatiſ & regni. Sed exponēda huiuſ noīſ ratio eſt: propter ignorātium errorē qui eum mutata litera chreſtū ſolēt dicere. Erat iudeiſ ante preceptum ut ſacrum cōficerent unguentū. quo perungi poſſent: hi qui uocabātur ad ſacerdotiū uel ad regnum. Et ſicut nunc romaniſ indumentum purpure inſigne ē regie dignitatiſ aſſumpte: ſic illiſ unctio ſacri unguenti nomē ac poteſtatem regiam cōferebat. Verū quoniā greci ueteres χρίεεσθαι dicebant ungi quod nūc αλειφεεσθαι ſicut indicat homericuſ uerſuſ ille quo propitiabant unxerunt oleo. τομ δε δμωαι λουσαμ και χρίσαμ ελαιω. Id eſt hunc aūt famuli lauerūt & unxerunt oleo: ob hanc rōnem noſ eum chriſtum nūcupamuſ id eſt unctū: qui hebraice Meſſiaſ dicitur. Vnde ī q̃buſdā greciſ ſcripturiſ que male de hebraiciſ interpre/tate ſunt ηλιμμεμοσ. id ē ungendo creatuſ ſcriptuſ inuenitur ηλειμμεμοσ απο του αλειφεεσθαι. id ab ungēdo curari. Sed tamē utrolibet nomine rex ſignificatur. Non ꝙ ille regnū hoc terrenū fuerit adeptuſ: cuiuſ capiendi nondum tempuſ aduenit: ſed ꝙ celeſte ac ſempiternū eſt de quo diſſeremuſ ī ultimo libro: nunc uero de prima eiuſ natiuitate dicamuſ.

Capit. VIII. Quod filiuſ biſ natuſ eſt. eternaliter de patre: tēporaliter de uirgine matre. ſed natiuitate inexcogitabili et ineffabili. Et quare dicatꝰ uerbū. et ī quo ab aliiſ angeliſ

2008 Ministerio de Cultura

differat. et quare illi non dicantur uerbum dei uel uerba. Et quare hominiſ ſpirituſ diſſolubiliſ. Et quid Dauid & Salamon prophetauerint de hoc uerbo. Et ꝙ Salamon preceſſerit troianū bellum. Et q̄d Iohanneſ euāgeliſta de eodem uerbo.

IN primiſ enim teſtificabimur illum biſ eſſe natum. primū in ſpiritu poſtea ī carne. Vnde apud Hieremiā ita utitur. ꝑuſq̄ te formarem ī utero noui te. Et item apud ip̄m. beatuſ qui erat anteq̄ naſceretur. quod nulli alii cōtigit preter chriſto: qui cum eſſet a principio filiuſ dei regeneratuſ eſt denuo ſcđm carnē: que duplex natiuitaſ eiuſ magnū intulit hūaniſ pectoribuſ errorē: circūfuditq; tenebraſ ex hiſ que uere religioniſ ſacramenta retinebant. Sed noſ id plane diluc̄ideq; monſtrabimuſ ut amatoreſ ſapiētie faciliuſ ac diligentiuſ inſtruantᷣ. q aut dei filiū dici non debet tantū nefaſ mente concipere: ut ex cōnubio ac ꝑmixtione femine alicuiuſ deū procreaſſe: quod nō facit niſi aīal corporale mortiq; ſubiectū. deuſ aūt cū ſoluſ adhuc eſſet cui permiſcere ſe potuit: aut cum eſſet tante poteſtatiſ ut quidq̄d uellet efficeret: utiq; ad creādum ſocietate alteriuſ non indigeret. niſi forte exiſtimabimuſ deū ſicut Orpheuſ putauit: et marē eſſe & feminā q aliter generare non querit: niſi hēret uim ſexuſ utriuſq;. q̄ſi aut ip̄e ſecū coiret: aut ſine coitu nō potuerit ꝓcreare. Sed Hermeſ in eadē fuit opīone: cū dicat αυτοπα τοπα κἰ αυτομητορα. Quid ſi ita eēt ut a ꝓphetiſ pater dicatᷣ: ſic etiā mater diceretur. Quomodo igitᷣ procreauit? Primū nec ſciri a quoq̄ poſſunt nec narrari opera diuina: ſed tamen ſancte litere docent: in quibuſ tantū eſt illū dei filiū dei eſſe ſermonē. Itemq; ceteroſ angeloſ dei ſpūſ eſſe. nam ſermo eſt ſpirituſ cū uoce aliquid ſignificante probatuſ. Sed tamen quoniā ſpirituſ & ſermo diuerſiſ partibuſ proferuntᷣ: ſiq̄dem ſpūſ naribuſ: ore ſermo procedit: magna inter hunc dei filium ceteroſq; angeloſ differentia eſt. Illi enī ex deo taciti ſpūſ exierūt: qui non ad doctrinam dei tradendam ſed ad miniſteriū creabātur. Ille uero cū ſit & ip̄e ſpirituſ: et tamē cum uoce ac ſono ex dei ore proceſſit: ſicut uerbum ea rōe qua uoce eiuſ ad populum fuerat uſuſ: id eſt ꝙ ille magiſter futuruſ eſſet doctrine dei: et celeſtiſ arcani ad hoīem perferēdi ꝙ ip̄m primo locutuſ eſt: ut per eū ipſe ad noſ loqueretur. Et ille uocem dei ac uolūtatē nobiſ reuelaret. Merito ergo ſermo & uerbū dei dicitᷣ:

2008 Ministerio de Cultura

qui procedentē de ore ſuo: uocalem ſpiritum quē non utero ſed mente cōceperat: inexcogitabili quadam maieſtatiſ ſue uirtute ad effigiem que proprio ſenſu ac ſapientia uigeat: comprehēdit. et alioſ item ſpūſ in angeloſ figurauit. Noſtri ſpūſ diſſolubileſ ſunt quia mortaleſ ſumuſ: dei autē ſpūſ et uiuunt & manent et ſentiunt. quia ipē immortaliſ eſt: et ſenſuſ & uite dator. Noſtre uoceſ licet aure miſceantˀ atq; euaneſcant: tamē plerūq; manent literiſ comprehenſe: quāto magiſ dei uoce comprehendendū eſt: et manere ī eternū & ſenſu ac uirtute comitari: quā de deo patre tanꝙ riuuſ de fonte traduxit. Quod ſi quiſ miratur ex deo deū ꝓlatione uociſ ac ſpūſ potiuſ ſe generari: ſi ſacraſ uoceſ ꝓphetaꝝ cognouerit: deſinet profecto mirari Salamonem patremq; eiuſ Dauid potentiſſimoſ regeſ fuiſſe & eoſdem prophetaſ. etiam hiſ fortaſſe ſit notū qui diuinaſ literaſ non attigerūt: quorum alter qui poſteriuſ regnauit troiane urbiſ excidiū cētum & ꝗdraginta anniſ anteceſſit. Huiuſ pater diuioꝝ ſcriptor himnoꝝ ī pſalmo trigeſimoſecūdo ſic ait. Verbo dei celi ſolidati ſūt: et ſpiritu oriſ eiuſ omniſ uirtuſ eoꝝ. Item rurſuſ in pſalmo quadrageſimoqrto. Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea regi. Conſtat uidelicet nulli alii opera dei eſſe nota niſi filio ſoli q eſt uerbum dei: et quē regnare ī perpetuū neceſſe eſt. Itē Salamon ipm uerbū dei eſſe demonſtrat: cuiuſ manibuſ opera iſta mundi fabricata ſunt. Ego inquit ex ore altiſſimi prodiui ante omnē creaturam: ego ī celiſ feci ut orietur lumē indeficienſ: et nebula texi omnem terram. Ego in altiſ habitaui. et thronuſ meuſ in colūna nubiſ. Iohāneſ quoq; ita tradidit. In ꝑncipio erat uerbū et uerbū erat apud deum. omnia per ipm facta ſunt: et ſine ipo factū eſt nihil.

### Ca. ix. Quod meliuſ a greciſ logoſ ꝗ a latiniſ uerbū. et qd de deo ſenſerint gentileſ philoſophi Zeno & Triſmegiſtuſ.

SEd meliuſ greci λογον dicūt ꝗ noſ uerbū ſiue ſermonem. λογοσ enim & ſermonē ſignificat et rationē: quia ille eſt uox & ſapientia dei. hunc ſermonē diuinū: ne philoſophi qdem ignorauerunt: ſed qdem Zenon rerum nature diſpoſitorem atq; opificem uniuerſitatiſ λογον predicat: quē et fatū & neceſſitatē rerum et deum & aīmum Iouiſ nuncupat eaſ conſuetudine qua ſolent Iouē ꝓ deo accipere. ſed nihil obſtant uerba: cū ſentētia

2008 Ministerio de Cultura

congruat ueritati. Eſt enim ſpirituſ dei quem ille aīmum Iouiſ nominauit. Nam Triſmegiſtuſ qui ueritatem pene uniuerſam neſcio quomodo īueſtigauit: uirtutem maieſtatemq; uerbi ſepe deſcripſit: ſic declarat illud ſuperiuſ exempli: quo fatetur eē in/effabilem quendam ſanctūq; ſermonem cuiuſ enarratio modum hoīſ excedat. Dixi de natiuitate prima breuiter ut potui. Nūc de ſecūda. quoniā cōtrouerſia eſt in ea maxime diſſerēdum eſt: ut ueritatem ſcire cupientibuſ lumen intelligentie proferamuſ.

Capitulum. x. De ſecūda natiuitate filii quam prophete multo ante predixerunt. Et quomodo eductuſ ſit iſrael ab egypto. Et qbuſ ingratiſ beneficiiſ caput bouiſ in me/moriam Apiſ dei egyptiorum figurauerit. Et quiſ ordo publicarum fuerit poteſtatum uſq; ad domini paſſionem.

IN primiſ igit̄ ſcire homineſ oportet ſic a principio preceſſiſſe diſpoſitōnem ſummi dei: ut eſſet neceſſe appropinqn̄te ſeculi termino dei filiū deſcendere in terram ut cōſtitueret deo templū doceretq; iuſtitiam. Verūtamen non in uirtute angeli aut po/teſtate celeſti: ſed in figura homīſ & conditione mortali. et cum magiſterio functuſ fuiſſet: traderetur in manuſ impioꝝ mortēq; ſuſciperet: ut ea quoq; per uirtutē domita reſurgeret: et homini quē induerat: quē regebat: et ſpem uincēde mortiſ afferret: et ad premia immortalitatiſ admitteret. Hanc ergo diſpoſitionem ne quiſ ignoret docebimuſ predicta eſſe oīa que ī chriſto uidemuſ eſſe completa. Nemo aſſeuerationi noſtre fidem cōmodet: niſi oſtēdero prophetaſ ante multam temporum ſeriem predicaſſe: fore ut aliquando filiuſ dei naſceretur ſicut homo: et mirabilia faceret: et cultū dei per totam terram ſemīaret: et poſtremo pa/tibulo figeretur & tertio die reſurgeret. Que oīa cum probauero eorum tempoꝝ literiſ qui celū ſuum mortali corpore uiuentem uiolauerunt. Quid aliud obſtabit quo minuſ ueram ſapientiam clarū ſit in hac religiōe uerſari. Nunc a p̄ncipio totiuſ ſacramēti origo narranda eſt. Maioreſ noſtri qui erant principeſ hebreoꝝ cum ſterilitate atq; inopia laborarent. tranſierunt in egyptū rei frumētarie gratia: ibiq; diutiuſ cōmoranteſ intolerabili ſeruitutiſ iugo premerētur: tū miſertuſ eoꝝ deuſ eduxit eoſ ac liberauit de manu regiſ egyptiorū: poſt ānoſ tricentoſ triginta duce Moyſe

2008 Ministerio de Cultura

per quē poſtea illiſ lex a deo data eſt: in qua eductione oſtēdit uirtutem ſue maieſtatiſ deuſ. Traiecit enim populū medio mari rubro precedente angelo atq; ſcindente aquā: ut populuſ ꝑ ſiccū gradi poſſet. quem ueruſ ut ait poeta: Curuata in montiſ faciem circumſtetit unda. Qua re audita tyrānuſ egyptioꝝ cū magna ſuoꝝ manu inſecutuſ eſt. Et mare adhuc patenſ temere īgreſſuſ coeūtibuſ aquiſ cum exercitu deletuſ eſt. Hebrei uero egreſſi in ſolitudīe multa mirabilia uiderunt. Nā cū ſitim paterent̄ ictu uirge rupe percuſſa: proſilijt fonſ aque populūq; recreauit. quo rurſuſ eſuriēti celeſtiſ alimēti pluuia deſcēdit: q̄ etiā coturniceſ in caſtra eoꝝ uentuſ induxit: ut non mō celeſti ſed etiā inſtruc/tioribuſ epuliſ ſaturarent̄. Pro hiſ tam diuiniſ beneficiiſ honorē deo non reddiderunt: ſed depulſa iam ſeruitute: iam ſiti fameq; depoſita: in luxuriam prolapſi ad ꝓphanoſ egyptioꝝ rituſ aīoſ tranſtulerūt. Cum eni Moyſeſ dux eoꝝ aſcendiſſet ī montē. atq; ibi quadraginta diebuſ morarent̄: aureū caput bouiſ quē uocant ipſi apim quod eoſ precederet figurarunt. Quo peccato ac ſcelere offenſuſ deuſ impiū & īgratū populū ꝓ merito peniſ grandibuſ affecit: et legi quā ꝑ Moyſen dederat ſubiugauit. Poſtea uero cum in deſerta quadā parte ſyrie condidiſſent: amiſerunt uetuſ nomē hebrei. Et quoniā princepſ eoꝝ exaīmiſ Iudaſ erat: iudei ſunt appellati: et terra quā incoluere iudea. Et primo q̄dem nō domino regū ſubiecti fuerunt: ſed populo ac legi ciuileſ iudiceſ preſidebāt nō tamē in annū conſtituti ſicut romani cōſuleſ: ſed ꝑpetua iuriſdictiōe ſubnixi. Tum ſublato iudicū noīe poteſtaſ regaliſ inducta eſt. Verum regimen eorum iudicibuſ tenentibuſ prauaſ religioneſ ſepe ſuſceperāt atq; offenſuſ ab hiſ deuſ totienſ alienigēiſ ſubiugabat: donec rurſuſ penitētia populi mitigatuſ liberat eoſ ſeruitute. Item ſub regibuſ finitimoꝝ belliſ ob delicta uexati. Poſtremo capti abductiq; babilonem penaſ impietatiſ ſue graui ſeruitio pependerunt: donec Cyruſ ueniret in regnum qui ſtatim iudeoſ reſtituit edicto. Exinde thetrarchaſ habuerūt uſq; ad Herodem qui fuit ſub imperio Tiberii ceſariſ: cuiuſ āno quintodecimo id eſt duobuſ geminiſ cōſulibuſ: ante diem deci/mum kalendarum aprilium iudei Chriſtum cruci affixerunt: hic rerum exituſ: hic ordo in arcaniſ ſanctarū literarum cōtinetur: ſed priuſ oſtendam qua de cauſa in terram uenerat Chriſtuſ: ut fundamentum diuine religioniſ & ratio demonſtrat.

2008 Ministerio de Cultura

## Capitulum .xi. Que fuerit cauſa incarnationiſ Chriſti.

CUm ſepe iudei p̄ceptiſ ſalutaribuſ repugnarēt: atq; a diuía lege deſciſcerent aberranteſ ad impioſ cultuſ deorum: cum deuſ iuſtoſ & electoſ ſancto ſpiritu íplebat. prophetaſ in media plebe cóſtituenſ ꝑ quoſ peccata ingrati populi uerbiſ minacibuſ increparet. & nihilominuſ ad penitentiam ſceleriſ agēdam hor/tarentur: quā niſi egiſſent: atq; abiectiſ uanitatibuſ ad deū ſuū rediſſent: fore ut teſtamētum ſuum mutaret. id eſt hereditatem uite immortaliſ ad externaſ conuerteret nationeſ. Aliumq; ſibi populum fideliorem ex alienigeniſ congregaret. Illi autem a prophetiſ increpiti: non modo uerba eorum reſpuerunt: ſed qđ ſibi peccata exprobarētur offenſi eoſ ipſoſ exquiſitiſ cruciatibuſ necauerunt: que omnia diuine litere ſignata conſeruant. Dicit enim propheta Hieremiaſ ad uoſ ſeruoſ meoſ prophetaſ ante lucem mittebam: et nō audiebatiſ me: neq; intendebatiſ auribuſ ueſtriſ cum dicerem uobiſ: cōuertatur unuſquiſq; a uia ſua mala: et a neqſſimiſ affectationibuſ ueſtriſ: et habitabitiſ in terra iſta quā dedi uobiſ & patribuſ ueſtriſ a ſeculo uſq; in ſeculū. Nolite ambulare poſt deoſ alienoſ ut ſeruiatiſ eiſ: et ne incitetiſ me in operibuſ manuum ueſtrarum ad diſperdendoſ uoſ. Heſdraſ aūt ꝓpheta q̄ fuit eiuſdem Cyri tēporibuſ. a quo iudei ſunt reſtituti ſic loquit̄. Deſciuerūt a te & abiecerūt legem tuam poſt corpuſ ſuum: et prophetaſ tuoſ interfecerunt qui obteſtabantur eoſ ut reuerterētur ad te. Item Heliaſ í libro baſilion tertio: emulādo emulatuſ ſum domino deo omnipotenti: quia dereliquerunt te filii iſrael & altaria tua demolierūt: et ꝓphetaſ tuoſ interfecerūt gladio: et remanſi ego ſolitariuſ. et querūt animā meā auferre a me: propter haſ illorum impietateſ abdicauit eoſ in perpetuū: itaq; deſiit prophetaſ mittere ad eoſ: ſed illum filium ſuū p̄mo/genitum illum opificem rerum & cōſolatorem ſuum labi iuſſit e celo ut religionem ſanctam dei tranſferret ad genteſ. id eſt ad eoſ qui deū ignorabāt: doceretq; iuſtitiam quā ꝑfiduſ populuſ abiecerat. quod iam pridem annūtiauerunt ſe eſſe facturū. Sic Malachiaſ indicat dicenſ: non eſt mihi uoluntaſ circa uoſ dicit dominuſ: et ſacrificium acceptū non habeo ex manibuſ ueſtriſ: quoniā a ſoliſ ortu uſq; ad occaſum clarificabitur nomen meum apud genteſ. Itē Dauid in pſalmo ſextodecimo: Cōſtitueſ me in

2008 Ministerio de Cultura

caput gẽtium: populuſ quem cognoui ſeruiet mihi. Iſaiaſ quoq; ſic loquitur: uenio colligere omneſ genteſ & linguaſ & uenient: et uidebunt claritatem meam: et dimittam ſuper eoſ ſignum. Et mittam ex hiſ conſeruatoſ in genteſ que longe ſunt que nõ au/dierant gloriam meam: et nuntiabũt claritatem meã in genteſ. Volenſ igit̃ deuſ metatorem templi ſui mittere ĩ terram: noluit eum in poteſtate & claritate celeſti mittere: ut ingratuſ in deum populuſ in errorem maximũ induceretur: ac penaſ pro facino/ribuſ ſuiſ lueret: qui dominũ ac deum ſuum non recepiſſet. quod olim prophete cecinerant ſic eſſe facturum. Iſaiaſ enĩ quem ipſi iudei ſerra conſectũ crudeliſſime necauerunt ita dicit. Audi celũ et ꝑcipe auribuſ terra: quoniã dominuſ locutuſ eſt: filioſ genui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Agnouit boſ poſſeſſorẽ ſuũ: et aſinuſ preſepium domini ſui: iſrael autẽ me non cognouit: et populuſ meuſ me non intellexit. Hieremiaſ quoq; ſimiliter ait. Cognouit tempuſ ſuum turtur & hirundo: et turtur & paſſereſ cuſtodierunt tempora introituſ ſui: populuſ autem meuſ non cognouit iudicium domini. Quomodo dicitiſ ſapienteſ ſumuſ. et lex domini nobiſcum eſt. Incaſſum facta eſt metatura falſa. Scribe confuſi ſunt. ſapienteſ trepidauerũt & capti ſunt: quoniã uerbum domini reprobauerunt. Ergo ut ceperam dicere: cum ſtatuiſſet deuſ doctorem uirtutiſ mittere: ac renaſci eum denuo in carne precepit & ipſi homini ſimilem fieri: cui dux et comeſ & magiſter eſſet futuruſ. ſed tamẽ quoniã clemenſ eſt & piuſ erga ſuoſ deuſ: ad eoſ ipſoſ eum miſit quoſ oderat: ne illiſ in perpetuũ ſalutiſ uiam clauderet: ſed hiſ liberam facultatem ſequẽdi deum: ut premium uite adipiſcerent̃ ſi ſecuti fuiſſent. quod plurimi eoꝝ faciunt atq; fecerunt: ut culpa ſua in penam mortiſ incurrerẽt: ſi regem ſuum repudiaſſet. Apud illoſ igitur & ex eorum ſemine regenerari eum iuſſit: ne ſi fuiſſet alienigena iuſtam poſſẽt ex/cuſationẽ de lege pretẽdere: ꝙ eũ non ſuſcepiſſet ſimul ut nulla omnino genſ eſſet in terra: cui ſpeſ immortalitatiſ negaretur.

## Capitulum. xii. De concepto & partu uirginiſ predicto a prophetiſ. De paſſiõe reſurrectione et aſcenſiõe & iudicio.

DEſcẽdenſ itaq; de celo ſpirituſ ille ſpirituſ dei ſcãm uirginẽ cuiuſ utero ſe ĩſinuaret elegit. At illa diuĩo ſpiritu hauſto

2008 Ministerio de Cultura

repleta cócepit.ut ſine ullo attactu uiri repēte uirgíalis uterus intumuit. Quod ſi aíalia quedam uento & aura concipere ſolere omnibus notum eſt: cur quiſq̃ mirum putet cum ſpiritu dei cui eſt facile quod uelit grauatam eē uirginem dicamus. Quod ſane ícredibile poſſet uideri: niſi hoc futurum multa ante ſecula pro/phete cecinissēt. Salamon ſic ait. Infirmatus eſt uterus uirginis & accepit fetum: et grauata eſt: et facta eſt in multa miſeratióe mater uirgo. Item ꝓpheta Iſaias cuius uerba ſunt hec. Propter hoc dabit deus ipſe uobis ſignum. Ecce uirgo concipiet in utero et pariet filium. et uocabitur nomen eius Hemanuel. Quid hoc manifeſtius dici poteſt? Legebant iſta iudei qui eū negauerūt. Si quis nos hec fingere arbitratᷓ ab his requirat. ab his potiſſimū ſumat. ſatis firmum teſtimonium eſt ad probandam ueritatē qđ ab ipſis perhibetᷓ inimicis. Hemanuel nunq̃ uocatus ē: ſed Ieſus qui latine dicitur ſalutaris ſiue ſaluator: qa cunctis gentibus ſa/lutifer uenit: ſed propheta declarauit hoc nomine quod deus ad hoíes in carne uenturus eſſet. Hemanuel aūt ſignificat nobiſcū deus: ſcilicet qa illo per uirginē nato confiteri hoíes oportebat: deum ſecum eſſe id eſt in terra & in carne mortali. Vnde Dauid in pſalmo octuageſimequarto. Veritas inquit de terra orta eſt: quia deus in quo ueritas eſt: terrenum corpus accepit: ut terrenis uiam ſalutis aperiret. Item Iſaias ipē. Ipſi aūt non crediderunt et exacerbauerunt ſpiritum ſanctum. Et cóuerſus eſt eis ad ini/micitiam. Et ipē expugnauit & recordatus eſt dierum ſeculi qui ſuſcitauit de terra paſtorem ouium. Quis autē futurus eſſet ille paſtor declarauit alio loco dicens. Exultent celi deſup & nubes induāt iuſtitiam: aperiatur terra & pululet ſaluator. Ego enim dominus deus creaui eum. Saluator uero eſt ut ſupra diximus Ieſus. Sed alio loco idem propheta ſic predicauit. Ecce natus ē nobis puer: et datus eſt nobis filius: cuius imperium ſup humeros eius: et uocatum eſt nomen eius magni conſilii nuntius. Idcirco ení miſſus eſt a deo patre: ut uniuerſis gentibus que ſub celo ſūt: ſingularis & ueri dei ſanctum miſterium reuelaret ablatū pfido populo: qui aduerſus deum ſepe deliquit. Danihel quoq; ſimilia prelocutus eſt. Videbam inquit í uiſu noctis: et ecce in nubibus celi ut filius hominis ueniens: et uſq; ad uetuſtum dierū peruēit. Et qui aſſiſtebāt obtulerunt eū. et datum eſt ei regnū & honor & imperiū: et omnis populus tribus lingue ſeruient ei: et poteſtas

2008 Ministerio de Cultura

e terra que nunq̃ tranſibit: et regnum eiuſ quod nó corrũpetur.
Quomodo igitur iudei et confitentur & ſperant Chriſtũ dei qui
hunc idcirco reprobauerunt: quia ex homíe natuſ eſt. Nam cũ
ita ſit a deo conſtitutum. ut idem Chriſtuſ biſ ueniat in terram:
ſemel ut unum deum gentibuſ nuntiat. deinde rurſuſ ut regnet:
quomodo in ſecundum eiuſ aduentum credunt: qui in primum
non crediderunt? Atqui propheta utroſq; aduentuſ eiuſ paucaſ
uerbiſ comprehendit. Ecce inquit in nubibuſ celi ut filiuſ homíſ
ueniens. non dixit ut filiuſ dei ſed ut filiuſ hominiſ: ut oſtẽderet
qui carne indui haberet in terra: ut ſuſcepta hoíſ figura & con/
tione mortali doceret homineſ iuſtitiam. Et cum mandatiſ dei
functuſ ueritatem gentibuſ reuelaſſet: mulctaretur etiã morte:
ut inferoſ etiã uinceret ac reſignaret. Atq; ita demum reſurgenſ
ad patrem proficiſceretur í nube ſublatuſ. Adiecit ení propheta
& ait: et uſq; antiquum dierũ peruenit & oblatuſ eſt ei. Antiquũ
dierum appellauit ſummum deum: cui & origo nó poteſt com/
prehẽdi: qa ſoluſ a ſeculiſ affuit et erit ſemper in ſecula. Chirſtũ
aũt poſt paſſionem & reſurrectionem aſcenſurum eſſe ad deum
patrem. Dauid in pſalmo centeſimonono cõteſtatuſ eſt hiſ uer/
biſ. Dixit dominuſ domino meo: ſede a dextriſ meiſ: quoaduſq;
ponam inimicoſ tuoſ ſuppedaneum pedum tuorum. q propheta
cum rex eſſet quẽ appellare dominũ ſuum poſſet qui ſederet ad
dexteram dei: niſi chriſtum filiũ dei qui eſt rex regũ & dominuſ
dominorum. Quod Iſaiaſ apertiuſ oſtendit dicenſ. Sic dicit do/
minuſ deuſ chriſto domino meo: cuiuſ tenui dexteram obaudire.
an eum genteſ & fortitudinem regum diſrumpam? Aperiã ante
illum portaſ & ciuitateſ nó claudent. Ego ante te ibo & mõteſ
deplanabo & foreſ ereaſ conteram: et ſeraſ ferreaſ cõfringam. Et
dabo tibi theſauroſ abſcõditoſ & inuiſibileſ: ut ſciaſ qa ego ſum
dominuſ deuſ qui uoco nomen tuum iſrael. Deniq; ob uirtutem
et fidem quã deo exhibuit í terra: datum eſt ei regnũ & honor
& imperium: et omneſ populi tribuſ lingue ſeruiẽt ei: et poteſtaſ
eiuſ eterna que nunq̃ tranſibit: et regnum eiuſ non corrũpetur.
Quod q̃dem duobuſ modiſ intelligit. qa & nũc habet perpetuã
poteſtatẽ: cũ omneſ gẽteſ & omneſ lingue nomẽ eiuſ uenerant:
maieſtatem confitentur: doctrinam ſequũtur: uirtutẽ imitãtur.
habet imperiũ: habet honorem: cũ omneſ tribuſ terre preceptiſ
obtemperant. Et idem poſtea cum rurſuſ aduenerit in poteſtate

2008 Ministerio de Cultura

ac claritate ut omnem animã iudicet: et iuſtoſ ad uitã reſtituat: tunc uere totiuſ terre regimẽ obtinebit. Tunc ſublato de rebuſ hũaniſ omni malo: aureũ ſeculum ut poete uocant id ẽ iuſtũ ac pacificũ tẽpuſ orietur. ſed hec uberiuſ ĩ ultimo libro diſſeremuſ cum de ſecundo aduentu loquemur: nunc de primo ut cepimuſ explicemuſ.

Capitulum. xiii. Quod filiuſ a patre eſt ſcd̃m deitatem. et ꝙ gemine ſubſtantie eſſe cõuincat̃. tũ ex operibuſ ꝓpriuſ: tum ex oraculiſ prophetarum: et etiã Apolliniſ Milleſii teſtimonio. Et quare nec ad Salamonem nec ad alium q̃ ad chriſtum referri poſſunt uaticinia prophetarum.

Summuſ igitur deuſ ac parenſ omnium. cum religionẽ ſuam trãſſerre uoluiſſet: doctorem iuſtitie miſit e celo: ut nouiſ cultoribuſ nouam legem in eo uel per eum daret. non ſicut ante fecerat per hominem: ſed tamẽ naſci eum uoluit tanq̃ hominẽ: ut per omnia ſũmo patri ſimiliſ exiſteret. Ipſe enĩ deuſ pater & origo & principiũ rerum quoniã et parentibuſ caret. απατορα atq; αμητορα. id ẽ ſine patre atq; ſine matre. Triſmegiſto ueriſſime nominatur ꝙ ex nullo ſit procreatuſ. Idcirco etiã filium biſ naſci oportuit. ut ipſe fieret apator atq; amator. In prima enim natiuitate ſeculi ametor fuit. qa ſine officio matriſ a ſolo deo patre progeneratuſ eſt. In ſecũda uero carnali apaton fuit. quoniam ſine patriſ officio uirginali utero procreatuſ: ut mediã inter deum & hoĩem ſubſtantiam gerenſ noſtram: hãc fragilem imbecillemq; naturam q̃ſi manu ad ĩmortalitatẽ poſſet educere: factuſ eſt dei filiuſ per ſpiritum & hominiſ per carnem: id eſt & deuſ & homo. dei uirtuſ ĩ eo ex operibuſ que fecit apparuit fragilitaſ hominiſ ex paſſione quã pertulit. quã cur ſuſcepit paulo poſt docebo. Integrũ & deũ fuiſſe teſtatur hiſ uerbiſ. Fatigata eſt egyptuſ & negotiatio ethiopum et ſaba uiri alti ad te tranſgredientur: et tui erunt ſerui & poſt te ambulabũt iuncti compedibuſ: et adorabunt & te precabuntur quoniam in te deuſ eſt. Et nõ eſt aliuſ deuſ preter te: tu enĩ deuſ eſ & neſciebamuſ deuſ iſrael ſaluator. Confũdentur & reuerebũtur omneſ q aduerſant̃ tibi & cadent in confuſionem. Item propheta Hieremiaſ ſic ait. Hic deuſ noſter. et non deputabitur aliuſ abſq; illo: qui inuẽit omnem uiam prudentie & dedit eam Iacob puero ſuo: et Iſrael

2008 Ministerio de Cultura

dilecto ſibi poſt hoc ĩ terriſ uiſuſ eſt: et cum hominibuſ uerſatuſ eſt. Item Dauid in pſalmo quadrageſimoquarto. Tronuſ tuuſ deuſ in ſecula ſeculoꝝ: uirga equitatiſ: uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam & odio habuiſti iniuſtitiam: propterea unxit te deuſ: deuſ tuuſ oleo exultationiſ. Quo uerbo & nomẽ oſtendit: ſiqdẽ ut ſupra docui ab unctiõe appellatuſ ẽ Chriſtuſ. Deinde hoĩem fuiſſe eũdem Hieremiaſ docet dicenſ. Et homo ẽ: et qſ cognouit eũ. Item Iſaiaſ. Et mittet eiſ deuſ hoĩem & ſaluabit eoſ: iudicãſ ſanabit eoſ. Sed et Moyſeſ in numeriſ ita loquitur. Orietᷓ ſtella ex Iacob. et exurget hõ ex Iſrael. Propterea Mileſiuſ Apollo conſultuſ: utrũ ne deuſ an homo fuerit: hoc mõ reſpondit grece θνητοσ εην κατα σαρκα σοφοσ τερατωδεσιν εργοισ αλ/λυπο χαλδαιων κριτων οπλοισ σιναλωθεισ γομφοισ και σκολοπεσι πικρην ανεπλησε τελευτην. Id eſt mortali erat corpore ſapienſ: mõſtroſiſ opibuſ: ſed ſub iudicibuſ caldeiſ armiſ comprehenſuſ clauiſ & fuſtibuſ amarum finem cõpleuit. Primo qdem uerſu uerũ dixit: ſed argute conſultorẽ fefellit: ſacramentũ ueritatiſ penituſ neſcientem. Videtur enim negaſſe illum deum: ſed cum fatetur ſcd̃m carnem fuiſſe mortalem: quod noſ etiam: cõſequenſ eſt ut ſcd̃m ſpiritum deuſ fuerit. quod noſ affirmamuſ. Quid enim fuerat neceſſe carniſ facere mẽtionem: cum ſatiſ eſſet dicere fuiſſe mortalẽ: ſed ueritate preſſuſ negare nõ potuit quẽ/admodũ reſ ſe haberet: ſicut illud quod ait fuiſſe ſapientẽ. Quid ad hoc Apollo reſpondeſ ſi ſapienſ eſt: ergo doctrina eiuſ ſapĩa eſt. nec ulla alia. et ſapienteſ qui ſequũtur nec ulli alii. Cur ergo uulgo ꝑ ſtultiſ uaniſ & ineptiſ haberemur. q̃ ſectamur magiſtrũ etiam ipſorum deorum confeſſione ſapientem. Nam ꝙ ait por/tentifica illũ opera feciſſe: quo maxĩe diuinitatiſ fidem meruit: aſſentiri nobiſ iam uidetur cum dicit eadem qbuſ noſ gloriamur ſed colligit ſe: tamen & ad demonicaſ fraudeſ redit. Cum enim uerum neceſſitate dixiſſet: iam deoꝝ ac ſui proditor uidebatur: niſi ꝙ ab eo ueritaſ expreſſerat: mendacio fallente celaſſet. Ait ergo illum feciſſe opera miranda. uerum non diuina uirtute ſed magica. Quid mirũ ſi hoc Apollo ueritatẽ ignorãtibuſ ꝑſuaſit: cum iudei quoq; cultoreſ ut uidebãtur ſũmi dei idem potuerũt: cum ante oculoſ eorum quotidie fierent illa miracula: nec tamẽ tantarum uirtutum contemplatione impelli potuerunt: ut deũ crederent quem uidebantur propter Dauid quem inter ceteroſ

2008 Ministerio de Cultura

prophetaſ uel maxīe legūt: in pſalmo uigeſimo ſic eoſ damnāt. Redde illiſ retributionem eorum: quoniam nō intellexerunt in operibuſ domini. Ex huiuſ ipiuſ domo Chriſtum generatum iri ſcd̄m carnem. et ipſe Dauid & alii annūtiauerunt. Apud Iſaiam ita ſcriptum eſt. Et erit ī die illa radix Ieſſe. et q exurget prin/cipari in nationeſ: in eum genteſ ſperabunt: et erit requieſ eorum in honore. Et alio loco. Exiet uirga de radice Ieſſe: et floſ de radice eiuſ aſcendet: et requieſcet ſuper eum ſpirituſ dei: ſpirituſ ſapīe & intellectuſ: ſpirituſ cōſilii & fortitudiniſ: ſpirituſ pietatiſ: et implebit illum ſpirituſ timoriſ dei. Ieſſe aūt fuit pater Dauid: ex cuiuſ radice aſcenſurū eſſe florem prelocutuſ eſt eū ſcilicet de quo Sibylla dicit. αρθησει δαρθοσ καθαρον. id eſt floreſcit aūt floſ puruſ. Item ī baſilion libro ſecūdo: ꝓpheta Nathan miſſuſ ē ad Dauid uolentē deo templū fabricare. et fuit uerbū domini ad Nathan dicenſ. Vade & dic ſeruo meo Dauid. hec dicit do/minuſ oīpotenſ. Non tu edificabiſ mihi domū ad inhabitandū: ſed cū impleti fuerint dieſ tui & dormieriſ cū patribuſ tuiſ: ſuſci/tabo tuū ſemen poſt te: et parabo ſemen eiuſ. hic edificabit mihi in nomīe meo: et erigam thronum eiuſ uſq; in ſeculum. Et ego ero ei in patrem & ipſe erit mihi in filium: et fidem conſequetur domuſ eiuſ uſq; in ſeculum. Sed hec ut iudei nō intelligerēt illa fuit cauſa: q Salamon filiuſ Dauid deo templum edificauit: et ciuitatem quam de ſuo nomine hieroſolimam nūcupauit. Itaq; ad ipſum que a propheta dicta ſunt retulerunt. Salamon autē ab ipſo patre ſuo imperii regimen accepit. Prophete uero de eo loquebantur: qui tamen naſceretur poſtq̄ Dauid cum patribuſ ſuiſ requieuiſſet. Preterea Salamoniſ imperium perpetuum non fuit. Anniſ enim quadraginta regnauit: deinde q nunquā filiuſ dei dictuſ ſit: ſed filiuſ Dauid. et domuſ quam edificauit: non eſt fidem conſecuta: ſicut eccleſia que eſt uerum templum dei. quod non in parietibuſ eſt: ſed in corde hominum ac fide: qui credūt in eum ac uocātur fideleſ. Illud uero ſalamoniū templum quia manu factum eſt: manu cecidit. Deniq; pater eiuſ ī pſalmo cen/teſimo uigeſimoſeptimo de operibuſ filii ſui ꝓphetauit hoc mō. Si dominuſ nō edificauerit domum: ſine cauſa laborant q edifi/cant eam. Si dominuſ nō cuſtodierit ciuitatē: ſine cauſa uigilāt qui cuſtodiunt eam.

2008 Ministerio de Cultura

Capitulú .xiiii. De eterno chriſti ſacerdotio. q̄ prophete ſicut & cetera predixerút: ſic exprimenteſ Ieſum chriſtum: ut oracula nec ad filiú Naue: nec ad filiú Ioſedech ualeát. retorqueri. Et de uiiſ quaſ docuit chriſtuſ. qui nunq̄ ſuum honorem queſiuit: ſed patriſ.

QVibuſ ex rebuſ apparet prophetaſ omneſ denuntiaſſe de Chriſto fore aliquando: ut ex genere Dauid corporaliter natuſ cóſtitueret eternum templum deo quod appellat̃ eccleſia. et uniuerſaſ genteſ ad religionem ueram dei cóuocaret. Hec domuſ fideliſ hoc imortale templum. in quo ſi qſ nó ſacrificauerit: immortalitatiſ premium non habebit. Cuiuſ templi et magni & eterni quoniam chriſtuſ fabricator fuit: idem neceſſe eſt habeat in eo ſacerdotium ſempiternum. nec pót niſi per eú qui cóſtituit templum ad aditum templi: et ad conſpectú dei p̄ueniri. Dauid in pſalmo centeſimonono idipſum docet dicenſ. Ante luciferum genui te. Iurauit dominuſ & nó penitebit eum: tu eſ ſacerdoſ in eternum ſcd̄m ordinē melchiſedech. Item in baſilion libro p̄mo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotē fidelem. q̄ oía que ſunt í corde meo faciat. Et edificabo ei domum fidelem. et tranſibit in cóſpectu meo omnibuſ diebuſ. Qui autem futuruſ eſſet cui deuſ eternum ſacerdotium pollicebatur: Zachariaſ etiam nomíe poſito apertiſſime docuit. ſic ení dixit. Et oſtēdit mihi dominuſ deuſ Ieſum ſacerdotē magnú ſtantem ante faciē angeli domini: et diaboluſ ſtabat ad dexteram ipiuſ ut aduerſaretur ei. Et dixit dominuſ ad diabolú: imperet dominuſ in te qui elegit hieruſalem: et ecce titio eiectuſ ab igne. Et ieſuſ erat indutuſ ueſtimentiſ ſordidiſ & ſtabat ante faciem angeli. et reſpondit & dixit ad circumſtáteſ ante faciem eiuſ. Ferte ueſtimenta ſordida ab eo & induite eum tunica talari: et imponite cidarim múdam ſuper caput ipiuſ. Et cooperuerunt eum ueſtimento. et impoſuerunt cidarim múdam ſuper caput ipiuſ. Et angeluſ domini ſtabat. et teſtificabatur ad eum dicenſ. Hec dicit dominuſ omnipotenſ. ſi in uiiſ meiſ ambulaueriſ: et precepta mea ſeruaueriſ: tu iudicabiſ domum meam: et dabo tibi qui conuertentur in medio horum circumſtantium. Audi itaq; Ieſu ſacerdoſ magne. Quiſ nó igitur captoſ mētibuſ tum fuiſſe iudeoſ arbitretur. qui cum hec legerent & audirent: nefandaſ manuſ deo ſuo intulerút. At quin ab eo tempore quo

2008 Ministerio de Cultura

Zachariaſ fuit uſq; ad annum qrtũdecimum Tiberii ceſariſ quo chriſtuſ crucifixuſ eſt: anni qngenti numerãtur: ſiqdem Darii & Alexandri adoleuit etate. qui fuerunt non multo poſtq̃ Tarq/niuſ ſuperbuſ exactuſ ẽ. Sed illi rurſuſ eodem mõ falſi deceptiq; ſunt: putanteſ hec de Ieſu eſſe dicta filio Naue: q ſucceſſor fuit Moyſi: aut de ſacerdote Ieſu filio Ioſedech: in quoſ nihil con/gruit eorum que poeta narrauit. Non enĩ ſordidati illi unquã fuerũt: cũ alter eoꝝ princepſ potẽtiſſimuſ fuerit: alter ſacerdoſ: aut perpeſſi ſunt aliquid aduerſi: ut tanq̃ titio eiectuſ ex igne putaretur: aut aliquãdo in cõſpectu angelorum ſteterunt: aut propheta de preteritiſ loquebatur potiuſ q̃ de futuriſ. Locutuſ eſt igitur de Ieſu filio dei: ut oſtenderet eum primo ĩ hũanitate et carne eſſe uenturum. Hec enim eſt ueſtiſ ſordida: ut pararet templum deo. et ſicut titio igni abureretur: id eſt ab hominibuſ cruciamenta perferret: et ad ultimũ extingueretur. Titionẽ enĩ uulgo appellant extractũ foco torrem ſemiuſtum extinctum. Quomodo aũt & cum qbuſ mandatiſ a deo mitteretur ĩ terram: declarauit ſpirituſ dei per prophetam docenſ futurum: ut cũ uo/luntate ſummi patriſ fideliter & conſtanter impleſſet: acciperet iudicium atq; imperium ſempiternum. Si ĩ uiiſ meiſ inqt ambu/laueriſ: et precepta mea ſeruaueriſ: tu iudicabiſ domũ meã. Que fuerint ueri dei. et que p̃cepta eiuſ: nec ambiguũ nec obſcurũ ẽ. Deuſ enim cum uideret malitiam & falſorum deorum cultuſ per orbem terre inualuiſſe: ut iam nomen eiuſ ex hominũ memoria fuiſſet pene ſublatum. Siqdem iudei quoq; quibuſ ſoliſ arcanũ dei creditũ fuerat: relicto deo uiuo ad colenda figmẽta irrhetiti demonũ fraudibuſ aberraſſent: nec increpiti ꝑ prophetaſ reuerti ad deum uellent: filium ſuum principem angelorum legauit ad hoĩeſ: ut eoſ cõuerteret ab impiiſ & uaniſ cultibuſ ad cognoſcẽdũ et colendũ uerũ deũ. Item ut eorũ menteſ a ſtultitia ad ſapiãm: ab iniqtate ad iuſtitie opera traduceret. He ſunt uie dei in qbuſ ambulare eũ precepit. hec precepta que ſeruanda mandauit. ille uero exhibuit deo fidem. Docuit enim ꝙ unuſ deuſ ſit: eũq; ſolũ coli oportere: ne ille unquã ſe deum eſſe dixit. quia nõ ſeruaſſet fidem: ſi miſſuſ ut deoſ tolleret & unũ aſſereret: et ĩduceret alioſ uel aliũ preter unum. Hoc erat non de uno deo facere p̃coniũ nec eiuſ qui miſerat: ſed ſuum proprium negocium gerere: ac ſe ab eo quem illuſtraturuſ uenerat ſeparare. propterea quia tam

2008 Ministerio de Cultura

fidelıſ extitit qa ſibi nihil pr̄ſuſ aſſumpſit ut mandata mittentiſ īpleret: et ſacerdotiſ perpetui dignitatē: et regiſ ſūmi honorē: et iudiciſ poteſtatē & dei nomē accepit.

Capitulum.xv. De baptiſmo chriſti & miraculiſ que geſſit in carne ante paſſionem. que nō modo a prophetiſ prenū/tiata ſūt: ſed etiā uaticinio ſibyllarū. ſicut Cicero & Varro teſtantur. ſed oracula ante chriſti aduentum nō potuerūt intelligi.

QVoniā de ſecūda natiuitate diximuſ qua ſe hōibuſ ī carne monſtrauit: ueniamuſ ad illa opera miranda. que cū eſſent celeſtiſ uirtutiſ indicia: magnū iudei putauerunt. Cū primū ado/leſcere cepit: tinctuſ eſt a Iohāne ꝓpheta ī iordane flumine: ut lauacro ſpūali peccata nō ſua que utiq; nō habebat: ſed carniſ quā gerebat aboleret. ut queadmodū iudeoſ ſuſcepta circūciſiōe ſic etiā genteſ baptiſmo id eſt purifici roriſ ꝓfuſione ſaluaret: tūc uox de celo audita eſt: filiuſ meuſ es tu ego hodie te genui. Que uox apud Dauid predicta inueniť. et deſcēdet ſup eum ſpūſ dei formatuſ in ſpeciē columbe candide. Exinde maximaſ uirtuteſ cepit opari. nō ꝑſtigiiſ magiciſ que nihil ueri ac ſolidi oſtētant: ſed ui ac poteſtate celeſti que & iā ꝑdem prophetiſ nuntiātibuſ canebať. Que opera tā multa ſunt ut unuſ liber ad īplenda oīa ſatiſ nō ſit. Enumerabo igiť illa breuiter & generatim ſine ulla perſonarum ac locorū deſignatiōe. ut ad exponēdam paſſioniſ eiuſ cruciſq; rōem poſſim puēire: quo iā dudum feſtinat oratio. Virtuteſ eiuſ fuerunt quaſ Apollo portentificaſ appellauit: ꝙ quacunq; iter faciebat egroſ ac debileſ & omni morborū genere laborāteſ uno uerbo: unoq; momēto reddebat incolumeſ: adeo ut mēbriſ omnibuſ capti receptiſ repēte uiribuſ ipſi lectuloſ ſuoſ reportarent ī qbuſ fuerāt pauloāte delati. Claudiſ uero ac pedū uicio afflictiſ: nō mō gradiēdi ſed etiā currēdi dabat facultatē. Tum quoꝝ ceca lumina ī altiſſimiſ tenebriſ erant: eoꝝ oculoſ in priſtinū reſtituebat aſpectū. Mutorū quoq; linguaſ in eloquium ſermonēq; ſoluebat. Item ſurdorū patefactiſ auribuſ īſinuabat auditū: pollutoſ ac aſperoſ maculiſ repugnabat. Et hec oīa non mãibuſ aut aliq̄ medela: ſed uerbo ac iuſſione faciebat. ſicut etiā Sibylla predixerat. παρτα λογω πραπτωρ πασαρ τε ροσορ θεραπενωρ. id eſt omia uerbo agenſ: oēm infirmitatem curanſ. Nec utiq; mirū ꝙ uerbo faciebat mirabilia: cū ipſe eēt dei uerbū

2008 Ministerio de Cultura

celeſti uirtute ſubnixũ. Nec ſatis fuit ꝙ uires ĩbecillibus redderet ꝙ debilibus integritatẽ: ꝙ egris & languẽtibus ſanitatẽ: niſi etiã mortuos ſuſcitaret: uelut e ſomno ſolutos ad uitamq; reuocaret. Que uidentes tũc iudei demonica potentia fieri arguebant: cum omĩa ſic futura ut facta ſunt: arcane illorum litere continerent. Legebant ꝗppe tũ alioꝝ prophetarum: tũ Iſaie uerba dicentis: confortamini manus reſolute & genua debilia cõſolamini. Qui eſtis puſilli animi nolite timere: nolite metuere: dominus noſter iudiciũ retribuet: ipſe ueniet & ſaluos faciet nos. Tunc aperient oculi cecorum: et aures ſurdorũ audient. Tũc ſaliet claudus ſicut ceruus: et plana erit lingua mutoꝝ: qa rupta eſt ĩ deſerto aqua: et riuus in terra ſitiẽti. Sed & Sibylla eadem cecinit his uerſibus.
νεκρων δε αναστασϊσ εσται και χωλων δρομοσ ωκϋσ και
κωφοσ ακονσει και τϋφλοι βλεψονσϊ λαλησονσϊν ον λα
λεοντεσ. id eſt mortuoꝝ autẽ ſurrectio erit: et claudorũ curſus uelox. ſurdus audiet. ceci uidebũt. loquent nõ loquẽtes. Ob has eius uirtutes et opera diuina cũ magna illũ multitudo ſequeret: uel debiliũ uel egrotoꝝ: uel eoꝝ q curãdos ſuos offerre cupiebãt aſcẽdit ĩ montẽ quendam deſertũ ut ibi adoraret: ubi cũ triduo moraret: ac fame populus laboraret: uocauit diſcipulos querens quãtos ſecũ cibos geſtarẽt. At illi ꝗnq; panes & duos piſces ĩ pera hẽre dixerũt. Afferri ea iuſſit ac multitudinẽ ꝑ ꝗnq̃genos diſtri/butam diſcũbere. Quod cũ diſcipuli faciũt: frangebat ipſe panẽ minutatim carnẽq; piſcium cõminuebat: et utraq; ĩ mãibus eius augebantur. Et cũ apponere illa populo diſcipulis imperaſſet: ſaturata ſunt ꝗnque milia hoĩum. et inſuper duodecim cophini reſiduis fragminibus impleti. Quid aut dici aut fieri põt mirabi/lius? At id Sibylla futurũ cecinerat olim his uerbis. εν αρτοισ
αμα πεντε και ϊχθϋεσϊ δϋονσιν ανδρων χιλϊαδασ εν ερη/
μω πεντε κορεσει και τα περϊσενοντα λαβων μετακλασ/
ματα δωδεκα πληρωσει κοφϊνονσ εισ ελπϊδα πολλων. id eſt pãibus ſimul ꝗnque & piſcibus duobus: hoĩm milia ĩ heremo ꝗnque ſatiabit. et reliquias tollens duodecim cophinos ĩplebit ĩ ſpem multorũ. Quero quid hic potuerit ars magica moliri: cuius peritia ad nihil aliud q̃ ad circunſcribendos oculos ualet? Item ſeceſſurus orandi gratia ſicut ſolebat ĩ montẽ: precepit diſcipulis ut nauiculam ſumerent ſeq; precederẽt. At illi urgente iã ueſpe profecti: contrario uento laborare ceperunt. Cum iam medium

2008 Ministerio de Cultura

fretũ tenerent: tũ pedibuſ mare ingreſſuſ conſecutuſ eſt eoſ tanq̃ in ſolido gradienſ: non ut poete Orionem mentiunt̃ in pelago incedẽtem: q demerſa corporiſ parte: humero ſupeminet undaſ. Et rurſuſ cũ obdormiuiſſet in naui: et uentuſ uſq; ad extremum periculũ ſeuire cepiſſet: excitatuſ e ſomno: ſilere protinuſ uentũ iuſſit & fluctuſ qui maximi ferebant̃ conquieſcere: ſtatimq; ſub uerbo eiuſ tranqllitaſ inſecuta eſt. Mentiunt̃ fortaſſe litere do/centeſ tantã fuiſſe in eo poteſtatẽ: ut imperio ſuo cogeret uentoſ obſequi: maria ſeruire: morboſ cadere: inferoſ obedire. Quid q͛d eedem Sibylle carminibuſ ſuiſ ante docuerunt. quarũ una cuiuſ ſupra fecimuſ mẽtionẽ ſic ait. τονσ ανεμονσ πανσει εν λογω στρωσει δ'εθαλαοσταν μαινομενην εν ποσὶν ειρηνησ πισ/τει τε πατησασ. id eſt uentoſ cõpeſcet: ſternet aũt inſanũ mare pedibuſ paciſ fideq; calcanſ. Et rurſuſ alia que dicit. κΰματα πεξευσει νοσον ανθρωπων απολΰσει ζησει τεθνεωτασ απ/ωσεται αλγεα πολλοισ εκ μὶασ τηγησ αρτον κορτοσ εσε/ται ανδρων. Id ẽ fluctuſ perambulabit. morboſ hoĩm reſoluet. uiuificabit mortuoſ. arcebit doloreſ a multiſ. Hiſ teſtimoniiſ qdam reuicti: ſolent eo cõfligere ut aiant non illa eſſe carmina Sibylle: ſed a noſtriſ ficta atq; compoſita. quod profecto non putabit qui Ciceronem Varronemq; legerit: alioſq; ueтereſ qui erithream Sibyllam ceteraſq; cõmemorant. ex quarũ libriſ iſta exẽpla ꝓferimuſ: q auctoreſ obierunt anteq̃ chriſtuſ ſcd̃m carnẽ naſceretur. Vere nõ dubito. qn illa carmĩa ṗoribuſ tẽporibuſ ꝑ deliramẽto ſũt habita: cũ ea nemo intelligeret. Denũtiabãt enĩ monſtruoſa quedã miracula: quorum nec ratio nec tempuſ nec auctor deſignabant̃. Dẽiq; erithrea fore ait ut diceret̃ inſana & mendax. Ait enĩ φησον τὶν σἰβυλλην μαινομενην χενσταν μον επαν δ'εγενηται απαντα τηνἰκα μον μνημην ποιησε/τε και ουκ ετὶμε ουδεισ μαινομενην φησει την θεον μεγα/λοιο προφησὶν. Id eſt dicent inſanã uatem & mẽdacem. Cum autem facta fuerint uniuerſa: tum mei memĩerint: neq; me iam quiſq̃ mendacem dicet dei magni prophetam. Iacuerunt igitur multiſ ſeculiſ poſtea uero aĩmaduerſa ſunt q̃ chriſti natiuitaſ & paſſio patefecit arcana. ſicut etiã uoceſ prophetarũ: que cũ per annoſ mille quingentoſ uel eo ampliuſ lecte fuiſſent a populo iudeorũ: nec tamẽ intellecte ſunt niſi poſtq̃ chriſtuſ et uerbo & operibuſ interpretatuſ eſt. Illum enim prophete annũtiauerũt:

2008 Ministerio de Cultura

nec ullo modo poterant que illi loquebanẽ intelligi: niſi fuiſſet uniuerſa completa.

Capitulum. xvi. De paſſione xp̄i que iudeis eſt ſcandalo et ſtultitie gentibus. quomodo ſūmam uirtutem contineat: et ueram & ſingularem ſapiam et ueritatem ſicut prophete fuerunt prelocuti.

Venio nūc ad ipam paſſionem que uelut opprobriū nobis obiectari ſolet: q𝑑 & hoīem: et ab hoībus inſigni ſupplicio affectū & excruciatū colamus: ut doceā eam paſſionē ab eo cū magna & diuīa rōe ſuſceptam: et ī ea ſola & uirtutē et ueritatē & ſap iam contineri. Neq; enī ſi beatiſſimus ī terra fuiſſet: et per oēm uitam in ſūma felicitate regnaſſet quis q̄ illum ſapiens aut deū crediſiſſet: aut honore diuino dignū iudicaſſet: quod faciūt uere religionis expertes: q caducas opes: et fragilem potētiam & alieni benefitii bona nō tantū ſuſcipiūt: uerū etiā conſecrant: et ſcientes memorie mortuorum deſeruiūt fortunā iam extinctam colentes quā ne uiuam qdem preſentemq; ſapientes colēdam ſibi unq̄ putauerūt. Nec enī pōt aliqd ī rebus terrenis eē uenerabile celoq; dignū: ſed ſola ē uirtus ſola iuſtitia que pōt uerū bonū & celeſte et perpetuū iudicari: qa nec datur cuiq̄ nec aufertur: qua uirtute ac iuſtitia. quoniam xp̄us inſtructus uenit ī terram: imo uero quoniā ipſe ē uirtus: et ip̄e iuſtitia deſcendit: ut eā doceret hoiemq; formaret. Quo magiſterio ac dei legatōne perfunctus ob eā ipam uirtutē quā ſimul et docuit & fecit ab oībus gētibus et meruit & potuit deus credi. Ergo cū magnus populus ad eum uel ob iuſtitiam quā docebat: uel ob miracula que faciebat ſub/inde cōflueret: et precepta eius audiret: et a deo miſſū deiq; filiū crederet: tum primo rex iudeorū et ſacerdotes & ira ſtimulati: q; ab eo tanq̄ peccatores increpabanẽ. et inuidia deprauati: q; cō/fluēte ad eū multitudīe cōtemni ſe ac deſeri uidebāt. et q; caput ſceleris illoꝝ fuit ſtultitia & errore cecati. et īmemores preceptoꝝ celeſtiū ac ꝑphetarū coierūt aduerſus eū impiūq; conſiliū de eo tollendo cruciādoq; ceperūt: quod ꝑphete multo ante deſcrip/ſerant. Nam et Dauid in principio pſalmoꝝ ſuoꝝ prouidens in ſpiritu q̄tū facinus admiſſuri eſſent beatū eſſe ait: q nō abierit in cōſilio impiorum. Et Salamon in libro ſapīe his uerbis uſus eſt. Circūueniamus iuſtum. quoniam inſuauis ē nobis: et exprobat nobis peccata legis. promittit ſe ſciētiam dei habere & filiū dei ſe

2008 Ministerio de Cultura

noſat. factuſ ē nobiſ in traditionē cogitationū noſtrarū: grauiſ
eſt nobiſ etiā ad uidendum: quoniā ſimiliſ eſt aliiſ uita illiuſ: et
immutate ſūt uie illiuſ: tanq̄ nugaceſ exiſtimati ſumuſ ab eo: et
continet ſe a uiiſ noſtriſ: et ab immunditiiſ & prefert nouiſſima
iuſtoꝝ: et gloriat̄ ſe hēre patrē deū. Videamuſ ergo ſi ſermoneſ
illiuſ ueri ſunt: et tentemuſ que uētura ſūt illi cōtumeliiſ & tor/
mentiſ. interrogemuſ eū ut ſciamuſ reuerentiā illiuſ: et probemuſ
patientiā illiuſ morte turpiſſima cōdēnemuſ eū. Hec cogitaue/
rūt & errauerūt. Excecauit enī illoſ ſtultitia ipoꝝ & neſciuerūt
ſacramēta dei. Nōne ita deſcripſit nefaſ illud conſiliū ab impiiſ
initū contra deū. ut plane interfuiſſe uideant̄. At q a Salamone
q hec cecinit uſq; ad tempuſ quo geſta reſ eſt: mille ac decem āni
fuerūt. Nihil noſ fingimuſ nihil addimuſ. habebat hec q fecerūt
legebant in quoſ hec dicta ſunt: ſed & nunc heredeſ nominiſ &
ſceleriſ illoꝝ. Hec et habent & damnationē ſuā ꝓphetarū uoce
predictā quotidianiſ lectionibuſ pſonant. Nec aliquādo in cor
ſuū que parſ eſt: et ipſa dānatioiſ admittūt increpati. Ergo ſepe
a xp̄o iudei exprobante illiuſ peccata & iniuſtitiaſ: et a populo
pene deſerti cōcitati ſūt ad eū necādum: cuiuſ rei audatiam illiſ
dedit hūanitaſ eiuſ. Nam cū legerent cū q̄ta uirtute & claritate
filiuſ dei uenturuſ eēt e celo: ieſum aūt cernerent hūilem: quietū:
ſordidum: informē: nō credebāt filium dei eſſe. ignoranteſ duoſ
aduentuſ eiuſ a prophetiſ eē predictoſ. ṗmū in hūanitate carniſ
obſcurū: ſecundū in fortitudīe carniſ manifeſtū. De ṗmo Dauid
in pſalmo ſeptuageſimoprimo ſic ait. Deſcendet ſicut pluuia in
uelluſ: et orietur in diebuſ eiuſ iuſtitia: et abūdantia paciſ donec
extollat̄ luna. Sicut enī pluuia ſi deſcendat in uelluſ: a ſ aduerti
non pōt. qa ſtrepitum nō facit: ita chriſtum in terra ſine cuiuſ q̄
ſuſpitiōe uenturū eſſe dixit: ut iuſtitiam doceret & pacem. Iſaiaſ
quoq; ita tradidit. Domīe qſ credidit auditui noſtro: et brachiū
noſtrū cui reuelatū eſt? Annuntiauimuſ coram ſicut ip̄e & pueri
et ſicut radix in terra ſitienti: non eſt figura eiuſ neq; claritaſ: et
uidimuſ illū & nō habuit figurā neq; decorē: ſed figura eiuſ ſine
honore: et defitienſ preter ceteroſ hoīeſ homo in plaga poſituſ
et ſcienſ ferre imbecillitatem: qa auerſuſ eſt & non eſt cōputatuſ.
Hic peccata noſtra portat & pro nobiſ dolet: et noſ putauimuſ
ip̄m eſſe in dolore & ī plaga et in uexatiōe: ip̄e aūt uulneratuſ
eſt ꝓpter facinora noſtra: et īfirmatuſ eſt ꝓpter peccata noſtra:

2008 Ministerio de Cultura

doctrina pacis noſtre ſup illú: liuore eius nos ſanati ſumus. oẽs
ſicut oues errauimus & deus tradidit illú pro peccatis noſtris. Et
Sibylla eodem mó locuta eſt. οικτροσ ατῖμοσ αμορφοσ ευ
οικτροισ ελπῖδα δωσει. Id ẽ miſerabilis ignomíoſus informis.
ut miſerabilibus ſpem prebeat. propter hác húilitatẽ dei: inierũt
cóſilium deteſtandú ut priuarent eú uita: qui ut eos iuſtificaret
aduenerat.

Capitulum. xvii. Quod calumniati ſunt eum quaſi legis
deſtructorẽ. Et q̃d ꝑfigurauerit circũciſio. Et quare ĩ illo
iuſſa ſit fieri mẽbro. Et quare ꝓhibitú ſit carne ſuillaueſci.

SEd ire atq; inuidie ſue quã in cordibus ſuis gerebant intus
inclusam: alias cauſus preferebãt ꝙ legem dei per Moyſen
datam ſolueret. id eſt ꝙ ſabbatis nó uacaret opans ſalutẽ hoĩm
ꝙ circũciſionẽ uacue faceret: ꝙ abſtinẽtiã ſuille carnis auferret.
In q̃bus rebus iudaice religíóis ſacramẽta conſiſtũt. Ob hec itaq;
cetera pars populi que nódum ad xp̃m ſeceſſerat a ſacerdotibus
incitabat: ut ꝑ uim iudicaret eú ꝙ legẽ dei ſolueret: cú hoc ille
nó ſuo iudicio ſed ex dei uoluntate ut ſcd̃m ꝑ̃dicta faceret pro/
phetarum. Micheas eñi nouam legem daturum denũtiauit hoc
mó. lex de ſyon: et ſermo domini ex hieruſalẽ: et iudicabit inter
plurimos populos & reuĩcet: et diriget ualidas nationes. Illa eñi
prior lex que ꝑ Moyſen data eſt: nó in mõte ſyon: ſed in mõte
oreb data ẽ. quã Sibylla fore ait ut a filio dei ſolueret̃ oſtendit.
αλλοτε αν ταυτα απαντα τελειωθη απερ ειπον εισ αυτον
πασ λυσεται νομοσ. Id eſt ſed quando hec ꝑfecta erunt que
dixi in ip̃m omnis lex ſoluetur. Sed et ip̃e Moyſes per quẽ ſibi
datam legẽ dú pertinaciter tuetur exciderũt a deo: ſed deum nó
agnouerũt. predixerat fore ut ꝓpheta maximus mitteret̃ a deo
q̃ ſit ſupra legẽ: q̃ uolũtatem dei ad hoĩes ꝑferat. In deuterono/
mio ita ſcriptú reliq̃t. Et dixit domĩus ad me. ꝓphetã excitabo
eis de fratribus eorum ſicut te: et dabo uerbum meum ĩ os eius: et
loquetur ad eos ea que cepero ei: et quiſquis nó audierit ea que
loquet̃ ꝓpheta ille ĩ noĩe meo: ego uindicabo in eú. Denũtiauit
ſcilicet dominus ꝑ ip̃m legiferú ꝙ filiú ſuú id eſt uiuã preſenteq;
legem miſſurus eẽt: et illã ueterẽ ꝑ Moyſen datam ſoluturus: ut
denuo per eú qui eſſet eternus: legem ſanxiret eternam. Item de
circũciſióe ſoluẽda Iſaias ita ꝓphetauit. Hec dicit dominus uiris

2008 Ministerio de Cultura

ut nõ potiuſ uerã bonitatẽ cũ omni malo: quã falſã cum omni
ꝓſperitate malimuſ. Sua ſibi habeãt regna Regeſ. ſuaſ diuiciaſ
diuteſ ut loquit̃ plautuſ. ſuã uero prudẽ tiã prudẽteſ. relinquãt
nobiſ ſtulticiã noſtrã. quã uel ex hoc apparet eẽ ſapientiam: q̃a

2008 Ministerio de Cultura

nobiſ iuidēt. Quiſ enī ſtulto inuideat niſi q ipſe ſit ſtultiſſimuſ? Illi aūt nō ſūt adeo ſtulti ut ſtultiſ iuideāt ſed ex eo: ꝙ accurate ꝙ ſolicite perſequunť. ſtultoſ nō eē cōcedūt. Cur ei tā crudeliter ſeuiūt. niſi quia metuūt ne in dieſ inualeſcēte iuſticia cū diſſuiſ uarioſiſ relinquātur. Si ergo cultoreſ deorum ſapiēteſ ſunt noſ ſtulti. quid metuunt ne ſapienteſ illiciantur a ſtultiſ.

Cap. xiii. Quod ex eo patet iuſticia xpiane religioniſ & ueritaſ fidei: ꝙ de cultoribuſ deorum creſcit eccleſia. ſed de eccleſia nec miniſ ne ɔtormētiſ cōpelli poſſit ad cultū deoꝝ. licet quidā ſacrificaſſe ex īfirmitate legantur inuiti. q tñ poſtea ꝑ penitētiā in quo nouaciani cōfutanť ſurrexerūt fortioreſ. Et ꝙ paciētia martirum ſolidiſſimū eſt xpiane religiōiſ fūdamētū.

CVm autē ueſter numeruſ ſemp de deorū cultoribuſ augeať. nunq̃ uero ne in ipſa quidē perſecutiōe minuatur. quoniā peccare hoīeſ & inquinari ſacrificio poſſunt: auerti autem a deo nō poſſunt. ualet enī ui ſua ueritaſ. Quiſ ē tā excorſ tāq; cecuſ q non uideat qa in utraq; ſit parte ſapiētia? Sed illi malicia & furore cecātur ne uideāt. ſtultoſq; arbitrātur eē q cū habeant in ſua poteſtate ſupplicia uitare: cruciari tamē et mori malūt. cum poſſint ex eo ipſo prouidere nō eē ſtulticiā: ī quā tāta hominū milia per orbē totū una & pari mēte cōſentiūt. Si enim femine ſexuſ infirmitate labuntur. nā interdū iſti muliebrem & anilem ſupſtitionē uocāt. uiri certe ſapiūt. ſi pueri ſi adoleſcēteſ īprouidi ſunt ꝑ etatē: maturi certe ac ſeneſ habēt ſtabile iudiciū. Si una ciuitaſ deſipit: certe utiq; innumerabileſ ſtulti eſſe non poſſunt. Si una ꝓuincia una natio ꝓudētia caret: ceteraſ omneſ habere intelligentiā recti neceſſe ē. Cū uero ab ortu ſoliſ uſq; ad occaſū lex diuina ſuſcepta ſit: & omniſ ſexuſ omniſ etaſ & genſ et regio uniſ ac paribuſ animiſ deo ſeruiat: eadē ſit ubiq; pacientia: idem cōtemptuſ mortiſ: intelligere debuerāt aliqd in ea re eē ratiōiſ: quod nō ſine cauſa uſq; ad mortē defēdanť: aliqd fundamēti ac ſoliditatiſ: qđ eā religionē nō tantū iniuriiſ & uexatiōe ſoluat. ſed augeat ſemp et faciat firmiorē. Nam & in hoc quoq; illorū malicia cōuincit: q euertiſſe ſe funditus religionē dei opinātur: ſi homineſ inqnauerint. cū et deo ſatiſfacere liceat: et nulluſ ſit tā maluſ dei cultor: qn data facultate ad placidū deū reuertať.

2008 Ministerio de Cultura

& quidẽ deuotiõe maiori. Peccati enim cõſcientia & metuſ pene religioſiorem facit. et ſemper multo ẽ firmior fideſ quã reponit penitẽtia. Si ergo ipſi cũ deoſ arbitrant̃ ſibi iratoſ: tamẽ doniſ & ſacrificiiſ & odoribuſ placare eoſ credũt. quid eſt tandẽ qđ deum noſtrũ tã ĩmitem implacabilẽ putẽt: ut uideatur iſ nã xpianuſ eſſe non poſſe: qui diiſ eorum coactuſ ĩuituſq; libauerit. niſi forte cõtaminatoſ ſemel putant animũ tranſlaturoſ. ut ſua ſpõte iam facere incipiãt: quod per tormẽta fecerũt? Quiſ id officiũ libenſ ſubeat: qđ ab iĩuria cepit? Quiſ cũ uideat laterũ ſuorũ cicatriceſ non magiſ oderit deoſ propter quoſ eterna penarum inſignia et ĩpreſſaſ uiſceribuſ ſuiſ notaſ geſtet? Ita fit ut data diuituſ pace: & qui fuerũt uniuerſi redeãt. et aliuſ propter miraculũ uirtutiſ nouuſ populuſ accedat. Nã cum uideat uulguſ dilacerari hoĩeſ uariſ tormẽtorum generibuſ. & inter fatigatoſ carnificeſ ĩuictã tenere paciẽtiã: extimant id quod reſ ẽ. nec cõſenſũ tã multorũ: nec perſeuerantiã morientiũ uanã eſſe: nec ipſam pacientiã ſine deo cruciatuſ tantoſ poſſe ſuperare. latroneſ et robuſti corporiſ uiri eiuſmodi laceratiõeſ perferre nequeãt: exclamãt et gemituſ edũt. Vincuntur enim dolore qa deeſt illiſ inſpirata pacientia. Noſtri autem ut de uiriſ taceã pueri et muliercule tortoreſ ſuoſ tacite uincũt. & exprimere illiſ gemitum nec igniſ poteſt. Eant Romani et Mutio gloriẽtur et regulo. quorũ alter necandũ ſe hoſtibuſ tradidit: qđ captiuum puduit uiuere. alter ab hoſtibuſ deprehẽſuſ: cum uideret ſe mortem uitare nõ poſſe: manũ foco iniecit. ut pro facinore ſuo ſatiſfaceret hoſti: quẽ uoluit occidere eaq; pena ueniã quã nõ meruerat accepit. Ecce ſexuſ femineuſ & fragiliſ etaſ dilacerari ſe toto corpore uriq; perpetit̃ non neceſſitate. qa licet uitare ſi uelint. ſed uolũte quia cõfidũt in deo.

Cap. xiiii. De uera uirtute xpianorũ. q ĩ culmĩe paciẽtie cõſtituti: philoſophoſ laudatoreſ paciẽtie añcedũt uirtute paciẽdi. Et ꝙ uanũ et ſtultum ẽ imaginatã terrãq; ut deũ colere.

SEd eſt uera uirtuſ: quã philoſophi quoq; gloriabũdi non re ſed uerbiſ inanibuſ iactãt. diſſerẽteſ nihil eẽ tã cõgrueſ uiri ſapiẽtiſ grauitati atq; cõſtãtie: ꝙ nulliſ terroribuſ de ſẽtẽtia & propoſito poſſe depelli. ſed tanti eẽ cruciari & mori: ne fidem prodat: ne ab officio diſcedat: ne metu mortiſ aut dolore acerbo

2008 Ministerio de Cultura

ſubactuſ aliquid faciat iniuſtum. niſi forte delirare illiſ uidetur Flaccuſ in liriciſ cũ dicat: iuſtũ & tenacem ꝓpoſiti uirũ: nõ ciuiũ ardor praua iubentiũ: non uultuſ inſtantiſ tyrãni mẽte quatit ſolida. quo nihil ueriuſ dici poteſt: ſi hoc ad eoſ referat: q̃ nulloſ cruciatuſ: nullã mortẽ recuſãt. ne a fide iuſticiaq; declinẽt. q̃ nõ tyrannicaſ iuſſiõeſ nõ preſidũ gladioſ tremũt. quo minuſ uerã & ſolidã libertatẽ cõſtãti mẽte defendãt. que in hoc ſolo tuẽda ſapiẽtia eſt. Quiſ enim tam inſolenſ: tã elatuſ: q̃ me uetet oculoſ in celũ tollere qui ĩponat mihi neceſſitatẽ uel colendi qđ nolim uel quod uelim nõ colẽdi? Quid nobiſ iã ulteriuſ relinquetur. ſi etiã hoc quod uoluntate fieri oportet: libido extorquet aliena? Nemo iſtud efficiat. ſi qdẽ nobiſ ad cõtẽnandã mortẽ doloreq; uirtutiſ ẽ. Quã cõſtãtiã ſi tenemuſ: cur ſtulti iudicamur faciẽteſ ea que philoſophi laudant? Recte igitur Seneca incõgruẽtiam hominibuſ obiectanſ ait. Sũma uirtuſ illiſ uidet̃ magnuſ aĩuſ. Et idẽ. Eũ q̃ cõtẽnit mortẽ pro furioſo habent. qđ ẽ utiq; ſũme ꝑuerſitatiſ. Sed hi uanarũ religionũ cultoreſ: eadem ſtulticia id obiiciũt: quia uerum deum nõ intelligũt. Quoſ Sibilla erithrea κωφονσ και αρονιτονσ uocat ſurdoſ ſcilicet excordeſ: qui nec audeãt diuĩa nec ſentiãt. ſed terrã digitiſ ſuiſ imaginatã metuãt & adorent.

Cap. XV. Quare ſapiẽteſ habẽtur pro ſtultiſ. Et qomõ in duabuſ ꝑpue uirtutibuſ pietate ſcilicet & equitate iuſticia conſtet. Et qd pietaſ ſecũdũ Triſmegiſtũ. Et quid equitaſ ſecundum Ciceronem. quarum neutram aſſequi potuerunt romani uel greci. nec aliqui niſi xp̃iani.

QVe nũc cauſa ſit: ut eoſ q̃ ſapiẽteſ ſũt ſtultoſ putẽt. magna ratio ẽ nec enĩ fruſtra fallunt̃ que nobiſ diligẽter ẽ expli/cãda. ut erroreſ ſuoſ tandẽ ſi fieri poteſt agnoſcãt iuſticia ſuapte natura. ſpeciẽ quãdã ſtulticie habet. qđ ego et diuiniſ & hũaniſ teſtimoniſ cõfirmare poſſũ. ſed nihil fortaſſe apud iſtoſ agemuſ niſi eoſ de ſuiſ doceamuſ auctoribuſ non poſſe iuſtum queq̃ eſſe cõiũctũ cũ uera religiõe aut ſapiẽtia niſi idẽ ſtultuſ eẽ uideatur. Carneadeſ achademice ſecte philoſophuſ: cuiuſ in diſſerẽdo que uiſ fuerit: que eloquẽtia: qđ acumẽ: q̃ neſcit ex ꝑdicatõe cicerõiſ ĩtelliget aut Lucilli. apđ quẽ diſſereſ Neptunuſ de re difficillĩa oſtendit non poſſe id explicare: nec ſi Carneadem ipſum ortuſ

2008 Ministerio de Cultura

remittat. Iſ cũ legatuſ ab Athenienſibuſ romã miſſuſ eẽẽt: diſpu/
tauit de iuſticia copioſe. audiente Galba & Catone cenſoribuſ.
maximiſ tũc oratoribuſ. Sed diſputationẽ ſuã poſtridie cõtraria
diſputatione ſubuertit et iuſticiã quã pridie laudauerat ſuſtulit.
nõ quadã philoſophi grauitate cuiuſ prudẽtia firma: & ſtabiliſ
debet eẽ ſẽtentia. ſed q̃ſi oratorio exercitii genere in utrãq; ꝑtẽ
diſſerendi. Quod ille facere ſolebat: ut alioſ quidlibet aſſerenteſ
poſſet refutare Eam diſputationem qua iuſticia ſubuertit̃ apud
Ciceronẽ L. furiuſ recordat̃. Credo q̃m de re publica diſſerebat:
ut defẽſionẽ laudationẽq; ĩduceret. ſine q̃ putabat regi nõ poſſe
rempublicã. Carneadeſ autem ut Ariſtotilẽ refelleret ac Platonẽ
iuſticie patronoſ: prima ea diſputatiõe collegit ea oĩa que pro
iuſticia dicebantur. ut poſſet illa ſicut fecit euertere. Erat enim
facillimum iuſticiam radiceſ nõ habẽtem labefactare. ut diceret
anhellãter laborare: q̃a tamẽ nulla in terra fuit: ut q̃d eſſet. aut
qualiſ a philoſophiſ diceret̃. Atq; utinã tot ac taleſ uiri: quantũ
eloquẽtie: quãtũ animi: tãtũ etiã ſciẽtie ad implẽdã defẽſionem
ſũme uirtutiſ habuiſſẽt. cuiuſ origo in religiõe ratio ĩ equitate ẽ.
Sed hi q̃ ꝑmã illã ꝑtẽ neſcierũt: nec ſcd̃am q̃dẽ tenere potuerũt.
Volo aũt ꝑuſ circũſcripte ac breuiter q̃d ſit oſtẽdere: ut ĩtelligat̃
philoſophoſ ignoraſſe iuſticiã. nec id q̃d mĩme nouerãt potuiſſe
defẽdere. iuſticia quãuiſ om̃eſ ſimul uirtuteſ ãplectat̃: tñ due ſũt
oĩm principaleſ: que ab illa diuelli ſepariq; non poſſũt. pietaſ et
equitaſ. Nã fideſ tẽperãtia ꝓbitaſ innocẽtia integritaſ et cetere
huiuſmodi: uel natura uel inſtitutiſ parentũ poſſũt ineẽ hiſdẽ
hoĩbuſ q̃ iuſticiã neſciũt. ſicuti ſẽꝑ fuerũt. Nã romani ueteres
q̃ iuſticia gloriari ſolebãt. hiſ utiq; uirtutibuſ gloriabãt̃. que ut
dixi proficiſci a iuſticia poſſunt. & ab ipſo fonte ſe cerni. Pietaſ
uero et equitaſ uene ſũt eiuſ. Hiſ enĩ duobuſ fõtibuſ cõſtat tota
iuſticia. ſed caput eiuſ & origo in illo primo ẽ: in ſecũdo uiſ omiſ
ac ratio. Pietaſ aũt nihil aliud ẽ q̃ dei notio. ſicut Triſmegiſtuſ
uerissime diffiniuit. ut alio loco diximuſ Si ergo pietaſ eſt cog/
noſcere deũ cuiuſ cognitiõiſ ſũma eſt ut eum colaſ. ignorat utiq;
iuſticiã q̃ religionẽ dei nõ tenet. Quomodo enĩ eã ipſã noſſe: qui
unde oriat̃ ignorat? Plato quidẽ multa de uno deo locutuſ eſt.
a quo ait cõſtitutũ eẽ mundũ. ſed nihil de religiõe: ſomniauerat
enĩ deũ nõ cognouerat. Quod ſi iuſticie defẽſionem uel ipſe uel
q̃libet aliuſ implere uoluiſſet: in primiſ deorũ religiõeſ euertere

2008 Ministerio de Cultura

debuit. qa cõtrarie ſunt pietati. Quod quidẽ Socrateſ qa facere temptauit: in carcere correptuſ ẽ. ut iã tunc appareret quid eſſet futurũ hiſ hominibuſ: q iuſticiã uerã defẽdere: deoq; ſingulari ſeruire cepiſſent. Altera igit̃ iuſticie parſ ẽ equitaſ. equitatem nõ dico utiq; bene iudicãdi: qđ & ipm laudabile ẽ in hoĩe iuſto. ſed ſe cũ ceteriſ coequãdi. Quã Cicero equalitatẽ uocat. Deuſ enim q hómineſ generat & inſpirat: omneſ equoſ id eſt pareſ eẽ uoluit. Eandẽ cõditionẽ uiuendi omnibuſ poſuit. Omneſ ad ſapientiã genuit. omnibuſ ĩmortalitatẽ ſpopõdit. Nemo enim a beneficiiſ eiuſ celeſtibuſ ſegregat̃. Nã ſicut om̃ibuſ unicũ ſuũ lumẽ eq̃liter diuidit. Emittet omnibuſ fonteſ. uictũ ſubminiſtrat. quietẽ ſõni dulciſſimã tribuit: ſic omnibuſ equitatẽ uirtuteq; largit̃. Nemo apud eũ ſeruuſ ẽ. nemo dominuſ. Si enĩ cũctiſ idẽ pater ẽ. equo iure oẽſ liberi ſumuſ. Nemo deo pauper ẽ. niſi q iuſticia indiget. Nemo diueſ niſi q uirtutibuſ plenuſ eſt. Nemo deniq; egregiuſ: niſi q bonuſ & innocenſ fuerit. Nemo clariſſimuſ: niſi qui opera miſericordie largiter fecerit. Nemo pfectiſſimuſ: niſi qui omneſ graduſ uirtutiſ ĩpleuerit. Quare neq; romani neq; greci iuſticiã tenere potuerũt: qa diſpareſ multiſ gradibuſ hoĩeſ habuerunt. a pauperibuſ ad diuiteſ: ab humilibuſ ad potẽteſ: a priuatiſ deniq; uſq; ad regum ſublimiſſimaſ poteſtateſ. Vbi enĩ nõ ſũt uniuerſi pareſ: equitaſ nõ ẽ. & excludit inequalitaſ ipa iuſticiã. cuiuſ uiſ omniſ in eo ẽ: ut pareſ faciat eoſ. q ad huiuſ uite cõditionẽ pari ſorte uenerũt.

Ca. xvi. De equitate xp̃ianoꝝ. quã philoſophi nõ hñteſ: nec ĩuenire nec defẽdere potuerũt.

DVobuſ igitur illiſ iuſticie fontibuſ immutatiſ: omniſ uirtuſ & omniſ ueritaſ tollit̃. et ipſa iuſticia remigat ĩ celũ. Ideo nõ ẽ illud bonũ a philoſophiſ reptũ. quia ignorabãt uel unde oriretur uel quid efficeret. qđ nulliſ aliiſ preterq̃ noſtro populo reuelatũ ẽ. Dicet aliqſ. Nonne ſunt apud uoſ alii pauperes: alii diuiteſ: alii ſerui: alii domini? Nõne aliqd inter ſinguloſ ĩtereſt? Nihil. Nec alia cauſa ẽ cur nobiſ inuicẽ fratrũ factum nomen impartiamuſ: niſi quia pareſ eẽ noſ credimuſ. Nã cũ oĩa hũana nõ corpe ſed ſpiritu metiamur: tã et ſi corpm ſit diuerſa cõditio: nobiſ tñ ſerui nõ ſũt. ſed eoſ et habemuſ & dicimuſ ſpiritu fratreſ: religione cõſeruoſ. Diuitie quoq; non faciũt inſigneſ: niſi quoſ poſſunt boniſ operibuſ facere clarioreſ. Diuiteſ ſũt enim nõ qui

2008 Ministerio de Cultura

diuiciaſ habẽt: ſed q utunť illiſ ad opera iuſticie. Et q paupereſ uidenť: eo tñ diuiteſ ſũt. q̃a et egẽt & cõcupiſcũt nihil. Cũ igiť & Liberi ſeruiſ: et diuiteſ paupibuſ: hũilitate animi paupereſ ſumuſ: apud deũ tamẽ uirtute diſcernimur. Tanto quiſq; ſublimior eſt. q̃to iuſtior. Si eni iuſticia qua parẽ ſe etiã minoribuſ facere q̃q̃ hoc ipſo precellat: ꝙ ſe inferioribuſ coequauit: tamen ſi non tm̃ quaſi parẽ ſed etiã quaſi minorem ſe geſſerit. utiq; multo altiorẽ dignitatiſ gradũ deo iudice cõſequeť. Nam profecto i uita hac ſeculari: qm̃ breuia & caduca ſunt oĩa. Et ꝓferũt ſe alteriſ hoĩeſ. & de dignitate cõtendũt. quo nihil fediuſ: nihil arrogãtiuſ: nihil a ſapiẽtiſ ratiõe ſemotiuſ. Rebuſ enim celeſtibuſ contraria ſunt iſta uniuerſa terrena. Sicut eni ſapiẽtia hominũ ſũma ſtulticia eſt apud deũ. ſtulticia ut docui ſũma ſapiẽtia ẽ. ſic deo humiliſ & abiectuſ ẽ: q fuerit cõſpicuuſ & ſublimiſ in terra. Nã ut taceã ꝙ hec ꝑſentia terre bona quibuſ magnuſ honor tribuitur. uirtuti cõtraria ſũt et uigorẽ mẽtiſ eneruãt. que tãdẽ põt firma nobili/taſ. Que opeſ? Que potentia: cum poſſit deuſ regeſ quoq; ipſoſ inferioreſ infimiſ facere? Et ideo cõſuleſ nobiſ deuſ: inter diuia precepta illud precipue poſuit. q ſe extollit humiliabiť & qui ſe humiliat exaltabiť. Cuiuſ precepti ſalubritaſ docet ꝙ q ſe apud hoĩeſ planũ fecerit: humilẽq; ꝓbuerit. hic apud deũ precellenſ & inſigniſ habeať. Neq; eni falſa ẽ illa ſẽtẽtia que apđ Euripedẽ fertur in hunc modum. Que hic mala putantur hec ſunt in celo bona.

Capi. xvii. Quomõ Carneadeſ et iura ꝓ utilitate ſãxita & uerã in hominibuſ iuſticiam niſi forte ſtultiſ collegerit inueniri nõ poſſe. et ciuiliſ iuſticia ſapiẽtiã q̃dẽ habeat ſed iniuſtam. naturaliſ aũt iuſta ſit utiq;. ſed ſapiẽtiã omnino non habẽt.

EXpoſui cauſam cur philoſophi nec inuenire iuſticiam nec defendere potuerũt. Nũc redeo ad illud quod intẽderam: Carneadeſ ergo qm̃ erãt infirma que a phĩſ diſſerebãtur. ſumpſit audaciã refellẽdi quia refelli poſſe intellexit. Eiuſ diſputatiõiſ ſũma hec fuit. Iura ſibi hoĩeſ ꝓ utilitate ſanxiſſẽ ſcilicet uaria ꝓ moribuſ: et apđ eoſ ꝓ tẽporibuſ ſepe mutata: iuſ aũt naturale eſſe nullum. omneſ & hoĩeſ & animanteſ: aliaſ ad utilitateſ ſuaſ natura docente ferri: ꝓ inde aut nullã eẽ iuſticiã qm̃ ſibi noceret alieniſ commodiſ cõſulenſ et inferebat hec argumenta omnibuſ

2008 Ministerio de Cultura

populiſq florerent imperio & romaniſ quoq; ipſiſq totiuſ orbiſ potirent̃ dominio ſi iuſti uelint eſſe: hoc eſt ſi aliena reſtituant. ad cauſaſ eſſe redeundum. et in neceſſitate ac miſeriiſ iacendum. cum omiſſiſ cómunibuſ ad propria uertebant. Bonuſ uir inquit ſi habeat ſeruum fugitiuum: uel domũ inſalubrẽ ac peſtilẽtem: que uitia ſoluſ ſciat. & ideo proſcribat ut uẽdat. utrum ne profitebitur fugitiuum ſeruum ac peſtilẽtem domũ uẽdere an celabit emptorem? Si profitebitur bonuſ quidem: quia non fallit. ſed tñ ſtultuſ iudicabitur. quia uel paruo uẽdet uel omnino nó uẽdet. Si celauerit. erit quidem ſapienſ qui rei conſulet. ſed idem maluſ quia fallet. Rurſuſ: ſi reperiat aliquem qui auricalcum ſe putet uendere cum ſit illud aurum. aut plumbũ cũ ſit argentũ. tacebit ne ut id paruo emat. An id indicabit ut magno? Stultũ plane uidetur malle magno. Vnde ĩtelligi uolebat et eũ qui ſit iuſtuſ ac bonuſ ſtultum eſſe & eum qui ſapienſ malum. Et tamen ſine pernicie fieri poſſe ut ſint homineſ paupertate cótenti. Tranſibit ergo ad maiora. in quibuſ nemo poteſt ſine periculo uite iuſtuſ eſſe. Dicebat enim nempe iuſticia eſt hoiem nó occidere. alienũ prorſuſ nó attingere. Quid ergo iuſtuſ faciet ſi forte naufragiũ fecerit. & aliquiſ imbecillior uiribuſ tabulam ceperit. nóne illum a tabula deturbabit ut ipſe conſcendat eaq; nixuſ euadat. cum maxime ſit nulluſ medio mari teſtiſ. Si ſapienſ eſt. faciet. ipſi enĩ pereundũ eſt niſi fecerit. Si aũt mori maluerit q̃ manuſ inferre alteri: iam non iuſtuſ ille ſed ſtultuſ eſt qui uite ſue non parcat dum parcit aliene. Itẽ ſi acie ſuorum fuſa hoſteſ ĩſequi ceperint & iuſtuſ ille nactuſ fuerit aliquem ſauciũ equo inſidentem. ei ne pcet ut ip̃e occidat̃. an deiciet ex equo ut ipſe poſſit hoſtẽ effugere? Quod ſi fecerit ſapienſ ſed idẽ maluſ. ſed non fecerit iuſtuſ ſed idem ſtultuſ ſit neceſſe eſt. Ita ergo iuſticiã cum in duaſ ptes diuidiſſet: alteram ciuilem eſſe dicenſ. alterã naturalem. utranq; ſubuertit q illa ciuiliſ ſapientia ſit quidem. ſed iuſticia non ſit. Naturaliſ autem illa iuſticia ſit qdẽ. ſed nó ſit ſapiẽtia. Arguta hec plane & uenenata ſunt & que Marcuſ Tulliuſ non potuerit refellere. Nã cum faciat Leliũ Furio reſpódẽtem proq; iuſticia dicentẽ irrefutata hec tanq̃ foueam ẽ pretergreſſuſ. ut uideatur idem Leliuſ non naturalem que in ſtulticie crimen uenerat: ſed illam ciuilem defendiſſe iuſticiã. quam Furiuſ ſapientiam quidẽ eſſe conceſſerat: ſed iniuſtam.

2008 Ministerio de Cultura

C.xviii. Cōtra Carneadē ꝙ nec ſtultuſ pōt eē iuſtuſ: nec ſapiēſ iiuſtuſ. Et ꝙ ínocētibuſ & iuſtiſ deuſ ſemper optime conſulit et neceſſaria prouidet. que patent ex diffinitione ſtultiae & ſapiēcie. Et que ſit cōgnatio hominiſ et dei.

QVod ad pſentem diſputationē ptinebat: oſtendi quomodo iuſticia ſimilitudinem ſtultiae gerat. ut appareat non ſine cauſa decipi eoſ: q putāt noſtre religióiſ hoīeſ ſtultoſ eſſe. q talia uideātur facere qualia ille ꝓpoſuit. Nūc maiuſ a me exigi ſētio. ut oſtēdā quare iuſticiā deuſ ſtultitie ſpecie cōuolutā ex oculiſ hoīm uoluerit auferre. Si priuſ Furio reſpōdero qa parū plene reſpōdit Leliuſ: q ꝑfecto licet ſapiēſ fuerit ut uocabatur: patro/cinari tamē uere iuſticie nullo modo poterat. quia caput ipſum fonteq; iuſticie nō tenebat. Nobiſ facilior ē ipſa defenſio: qbuſ celeſti beneficio familiariſ ac penituſ nota iuſticia ē qq; illā non noīe ſed re nouimuſ. Nam Plato & Ariſtoteleſ honeſta quidem uolūtate iuſticiā defēdere cupierūt effeciſſentq; aliqd ſi conatuſ eorū bonuſ: ſi eloquentia: ſi uirtutē ingenii: diuinarumq; rerum doctrina iuuiſſet. Itaq; opuſ illorū inane atq; inutile iacuit. nec cuiq̄ hoīm pſuadere potuerunt ut eorū proſcripto uiueret. quia fūdamētū a celo diſciplina illa nō habuit. Noſtrū opuſ certiuſ ſit neceſſe ē. qđ deuſ docuit. Illi enim depingebāt uerbiſ: et ima/ginabant iuſticiā que í cōſpectu nō erat. nec pſentibuſ exēpliſ cōfirmare poterant que diſſerebant. Reſponderi enim poſſet ab audiētibuſ nō poſſe ita uiui ſicut illi ſua diſputatiōe ꝑſcripſerūt adeo ut nullli adhuc extiterint q id genuſ uite ſequerent. Noſ autē non uerbiſ modo ſed etiā exēpliſ ex uero petitiſ. uera eſſe que a nobiſ dicūtur oſtendamuſ. Senſit igitur Carneadeſ que ſit natura iuſticie. niſi ꝙ parū alte proſpexit ſtulticiā non eſſe. qq̄ intelligere mihi uidear qua mēte id fecerit. Nō eni uere exiſti/mauit eū ſtultū eē quia iuſtuſ ē. ſed cū ſciret nō eē: et ratiōnē tñ cur ita uideret nō cōprehēderet: uoluit oſtēdere latere í abdito ueritatē. ut decretū diſcipline ſue tueretur cuiuſ ſūma ſententia ē nihil ꝑcipi poſſe. Videamuſ ergo utrū ne iuſticia feduſ aliquod habere cū ſtultitia poſſit. Iuſtuſ inquit ſi aut equum ſaucio: aut tabulam naufrago non ademerit: ut ipſe animam ſuam liberet. ſtultuſ ē. primū oīm nego nullo modo fieri poſſe. ut homini qui qdē uere iuſtuſ ſit: eiuſmodi caſuſ eueniat. quia iuſtuſ. neq; cuiq̄

2008 Ministerio de Cultura

irato inimicuſ: nec qcq̃ omnino appetit alienū. Cur enī nauiget aut qd petat ex aliena terra cui ſufficit ſua? Cur autē belligeret aut ſe alieniſ furoribuſ miſceat: in cuiuſ aīo pax cum hominibuſ ꝑpetua uerſet? Scilicet peregriniſ mercibuſ aut hūano ſāguīe delectabit. qui neq; lucrū ſciat appetere cui ſufficit uictuſ. & nō modo ipſe cedē facere: ſed intereſſe facietibuſ ac ſpectare ducat nefaſ? Sed omitto iſta qm̄ fieri pōt ut uel īuituſ ad hec ſubeūda cogat. Adeo ne ergo iuſticiā o furi: uel potiuſ o Carneade cuiuſ ē illa omniſ ratio: tā ianē tā ſupuacuā: tāq; cōtēptā deo putaſ: ut nihil poſſit nihilq; habeat ī ſeſe qđ ad cuſtodiā ſui ualeat. Sed uidelicet quia ſacramētū hominiſ ignorāt. Ideoq; ad hāc uitam tēporalē referūt oīa: q̃ta ſit uiſ iuſticie ſcire nō poſſūt. Nā et cū de uirtute diſputāt: q̃uiſ ītelligāt erūniſ ac miſeriſ eē pleniſſimā tamē expetēdā eē aiūt ſua cauſa. Eiuſ enī premia que ſūt eterna & īmortalia nullomodo uidēt. Sic rebuſ omnibuſ ad hāc ꝑſentē uitā relatiſ: uirtutem plane ad ſtulticiā redigūt. ſi quidē tantoſ huiuſ uite laboreſ fruſtra et inaniter ſuſcipit. Sed hec alio loco plēiuſ. iterum de iuſticia ut cepimuſ cuiuſ tāta uiſ ē. ut cū oculoſ in celū ſuſtulerit: a deo mereat̄ oīa. Recte igit̄ Flaccuſ tātā eē dixit īnocencie uim: ut ad tutelam ſui non egeat nec armiſ nec uiribuſ: q̃cunq; iter fecerit. Integer uite ſceleriſq; puruſ: nō eget mauriſ iaculiſ nec arcu: nec uenatiſ grauida ſagittiſ faſce faretra: ſiue ꝑ ſirteſ. Iter eſtuoſaſ ſiue facturuſ ꝑ inhoſpitalē caucaſum. uel que loca fabuloſuſ ambit Hidaſpeſ. Nō pōt ergo fieri: quin hoīem iuſtū inter diſcrimina tempeſtatū atq; bellorum: celeſtiſ tutela cuſtodiat. Ac nō etiā ſi cū paricidiſ & nocentibuſ nauiget: aut maliſ quoq; parcat̄: ut una iuſta et īnocenſ aīa liberet̄. aut certe peūtibuſ ceteriſ ſola ſeruet̄. Sed cōcedamuſ poſſe fieri qđ ꝓponit philoſophuſ. Quid ergo iuſtuſ faciet ſi nactuſ fuerit aut ī equo ſauciū: aut ī mari naufragū? Nō inuituſ cōfiteor: moriet̄ potiuſ q̃ occidet. Nec ideo tamē iuſticia qđ ē ſingulare hominiſ bonū ſtulticie nomen accipiet. Quid enim meliuſ: qd cariuſ hōi eſſe debet q̃ īnocentia. que utiq; tāto ꝑfectior ſit neceſſe ē: q̃to illā ꝓduxeriſ ad extremū. moriq; malueriſ: ne quid de īnocencie ratiōe minuat̄. Stulticia ē inquit aliene aīe ꝑcere cū ꝑnicie ſue. Nūc etiā ꝑ amicitia ꝑire ſtultū iudicabit. Quid ergo familiareſ illi pythagorici laudant̄ a uobiſ quorū alter ſe tyranno uadere mortiſ ꝑ altero dedit: alter ad preſtitutū tempuſ cū iam ſponſor

2008 Ministerio de Cultura

eiuſ duceret: preſentiá ſui fecit: eumq; interemptu ſuo liberauit. quorú uirtuſ in táta gloria nó haberet cú alter pro amico alter etiá p fide mori uoluit. ſed ſtulti putaret. Deniq; ob hác ipam uirtutem tyránuſ biſ gratiam retulit utrúq; ſeruádo: et hominiſ crudeliſſimi natura mutata é. Quin etiá deprecatuſ eſſe dicit: ut ſe tertium in amicitiam reciperet. nó utiq; tanq̃ ſtultoſ: ſed tanq̃ bonoſ et ſapiéteſ uiroſ. Itaq; nó uideo quare cum pro amicitia & fide mori ſúma gloria cóputet. nó etiá pro innocentia perire ſit hói glorioſú. Ergo ſtultiſſimi ſunt qui nobiſ crimini dant: mori uelle pro deo: cú ipi eú qui pro hoie uoluit mori: in celú ſúmiſ laudibuſ tollát. Deniq; ut cócludá diſputationé: nó poſſe eúdé ſtultú eé ac iuſtum. et eúdé ſapienté et iiuſtum. docet ipſa ratio. Qui enim ſtultuſ eſt: quid ſit bonú ac iuſtú neſcit. et ideo ſemp peccat. Ducit ení quaſi captiuuſ a uitiiſ: nec reſiſtere ullo modo poteſt. qa caret uirtute quá neſcit. Iuſtuſ auté ab omni peccato ſe abſtinet. ꝗ alter facere nó pót: q̃ habeat recti prauiq; noticiá. Rectú auté diſcernere a prauo quiſ poteſt niſi ſapiéſ? Ita fit ut nunq̃ poſſit iuſtuſ eé q ſtultuſ eſt: neq; ſapienſ qui fuerit iiuſtuſ. Quod ſi eſt ueriſſimú: manifeſtú eſt eú q aut naufrago tabulá: aut equum ſaucio nó ademerit ſtultum nó eſſe. quia hoc facere peccatú eſt a quo ſe ſapienſ abſtinet. Videri tñ & ipe profiteor: per hoím erroré ignorátiú: cuiuſq; rei proprietaté. Itaq; omniſ hec queſtio nó tá argumentiſ q̃ diffinitióe diſſoluitur. Stultitia igitur eſt in factiſ dictiſq; per ignorátiam recti ac boni erratio. Ergo ſtultuſ nó eſt: qui ne ſibi quidé parcit dúmodo alteri nó noceat. quod eſt malú. Quod quidé nobiſ & ratio et ueritaſ ipa preſcribit. In omnibuſ ení uidemuſ aíalibuſ qa ſapiétia carent: cóciliatricé eſſe naturá. Nocét igit aliiſ: ut ſibi proſint. Neſciút ení quia malú eſt nocere. Homo uero q ſcientiam boni ac mali habet abſtinet ſe a nocendo & cum incómodo ſuo. quod animal irrationale facere nó poteſt. Et ideo inter ſúmaſ hoím uirtuteſ ínocétia numeratur. Quibuſ rebuſ apparet ſapiétiſſimú eſſe: qui maluit perire ne noceat. ut id officium quo a mutiſ diſcernitur ſeruet. Nam qui uédentiſ errorem nó redarguit. ut aurú paruo emat aut qui nó profitet fugitiuú ſeruú uel peſtilétem ſe domú uendere: lucro et commodo ſuo conſulenſ. non eſt ille ſapienſ ut Carneadeſ uideri uolebat: ſed calliduſ et aſtutuſ. Calliditaſ et aſtutia in multiſ quoq; aíalibuſ ſunt. uel cú inſidiát aliiſ & dolo

2008 Ministerio de Cultura

capiūt ut deuorent: uel cū inſidiaſ aliorū uario genere deludūt. Sapiētia uero in hoīem ſolū cadit. Sapiētia enī eſt intelligētia uel ad bonū rectūq; faciēdū: uel abſtinētia delictorū: factorūq; īproborū. Lucro autē nunq̄ ſapienſ ſtudet. qa bona hec terrena contemnit. nec quenq̄ falli patit̄: qa boni uiri officiū eſt erroreſ hoīm corrigere: eoſq; in uiā reducere. ſi quidē ſocialiſ hominiſ eſt ac benefica natura: qua ſola cognitionē cū deo habet.

Capitulū. xix. Quod ignoratio īmortalitatiſ & dei ueri predictorū cauſa errorū eſt. et mortē meret̄ eternam. Et q̄ homo non ſit hominiſ genitor ſed miniſter generationiſ. Et quare deuſ ueram ſapiētiam uoluit ſub ſpecie ſtulticie occultari.

SEd nimirū hec cauſa efficit: ut ſtultuſ eſſe uideat̄: q̄ egere aut mori malit q̄ noceat uel eripiat aliqd alteri: qđ hoīem morte deleri putāt. ex eaq; pſuaſiōe oēſ tū uulgi tū etiā philo/ ſophorū naſcūtur erroreſ. Si enī q̄ diutina et cōmodiſ omnibuſ plena. Quod q̄ faciet: a iuſticie regula diſcedat poſt mortē nihil ſumuſ: profecto ſtultiſſimi eſt hominiſ nō huic uite cōſulere: ut ſit neceſſe eſt. Si autē ſupeſt homini uita melior & lōgior: qđ & philoſophorū magorū argumētiſ: et uatum reſpōſiſ: et pphetarꝝ diuiniſ uocibuſ diſcimuſ hāc pſentem cum ſuiſ boniſ contemnere ſapiētiſ ē. cuiuſ omniſ iactura īmortalitate pēſat̄. Apđ Ciceronē idē ipſe iuſticie defenſor Leliuſ uult inquit pene uirtuſ honorē. nec ē uirtutiſ ulla alia merceſ. Eſt plāe et qdē uirtute digniſſima quam tu Leli nequaq̄ poteraſ ſuſpicari. Nihil enim diuinarum noueraſ literarū. quā tamē ille inquit accepit: facile exigit non acerbe. Erraſ uehementer ſi putaſ ab homine premiū ſolui poſſe uirtuti. Cū ipē alio loco ueriſſime diſſeraſ. huic uiro quaſ diuiciaſ obiicieſ: que īperia que regna? Qui iſta putat humana: ſua bōa diuina iudicat. Quiſ ergo te ſapientem Leli putet: cum ipſe tibi loquariſ cōtraria? Et paulo poſt adimiſ uirtuti que dediſti. ſed uidelicet ignorātia ueri facit incertā labatāq; ſententiā. Deinde quod adiungiſ. Sed ſi aut ingrati uniuerſi aut inuidi multi: aut inimici potenteſ: ſuiſ uirtutē pmuſ ſpoliāt. O q̄ fragilem q̄ inanē uirtutem induxiſti: ſi ſpoliari poteſt ſuo premio. Quod ſi bona ſua diuina iudicaſ ut aiebaſ: qui poſſūt exiſtere tam ingrati tā inuidi tā potēteſ: q̄ uirtutē ſpoliare ualeāt: hiſ boniſ que fuerint

2008 Ministerio de Cultura

in eā collata diuinitus? Ne illa ſe īquit multiſ ſolatiiſ oblectat:
maxīeq; ſuo decore ſeipſā ſuſtentat. Quibuſ ſolatiiſ quo decore:
cum in crimen ſepe ueniat: et in penam decor ille uertat? Quid
enim ſi ut Furiuſ dicebat: rapiatur uexetur extermineť egeat.
auferantur ei manuſ: effodiantur oculi: damneť: uinciať: urať:
miſeriſ etiam modiſ necetur. perdet ne ſuum premiū uirtuſ? An
potiuſ peribit ipſa? Minime. Sed et mercedem ſuam deo iudice
accipiet et uiuet et ſemper uigebit. Que ſi tollaſ: nihil poteſt in
uita hominum tam inutile tam ſtultum uideri eē q̃ uirtuſ. cuiuſ
naturaliſ bonitaſ & honeſtaſ docere noſ poteſt animam non eē
mortalem. diuinumq; illi a deo premium conſtitutum. Sed id/
circo uirtutem ipſam deuſ ſub perſona ſtultitie uoluit eſſe cela/
tam: ut miſterium ueritatiſ ac religioniſ ſue eſſet arcanū ut haſ
religioneſ: ſapientiamq; terrenā extollentē ſe altiuſ: ſibiq; multū
placētem: uanitatiſ erroriſq; dānaret: ut propoſita deniq; diffi/
cultate: per anguſtiſſimoſ trami teſ ad immortalitatiſ premium
ſublime perduceret. Docui ut opinor cur populuſ noſter apud
ſtultoſ ſtultuſ haberetur. Nā cruciari atq; īterfici malle: q̃ thura
tribuſ digitiſ conprehenſa in focum iactare tam īeptum uideť:
q̃ in periculo uite alteriuſ animam magiſ curare q̃ ſuā. Neſciunt
enim quātum ſit nefaſ adorare aliud: preterq̃ deum qui cōdidit
celum atq; terram. qui humanum genuſ finxit inſpirauit luce
donauit. Quod ſi ſeruorum nequiſſimuſ habetur qui dominum
ſuum fuga deſerit: iſq; uerberibuſ uinculiſ et ergaſtulo et cruce
et omni malo digniſſimuſ iudicatur. et ſi filiuſ eodē modo eque
impiuſ exiſtimatur: qui patrem ſuum dereliquerit ne illi obſe/
quatur. ob eāq; cauſam dignuſ putať quod ſit exhereſ: et cuiuſ
nomen in perpetuum deleatur. Quanto magiſ qui deum deſerit
in quē duo uocabula domini et patriſ eque uenerāda cōueniūt.
Nā ille qui ſeruū precio comparat: quid in eum beneficii cōfert
preter alimēta: que illi utilitatiſ ſue gratia ſubminiſtrat? Et qui
filium generat: nō habet ī poteſtate ut cōcipiatur: ut naſcatur:
ut uiuat. Vnde apparet non eſſe illum patrem: ſed tantūmodo
generandi miniſtrum. Quibuſ ergo ſuppliciiſ dignuſ ē: deſertor
eiuſ qui & dominuſ uéruſ et pater ē: niſi que deuſ ipſe conſtituit:
qui ſpiritibuſ iniuſtiſ eternum parauit ignem. quod ipſe p̄ uateſ
ſuoſ impiiſ ac rebellibuſ cōminatur?

2008 Ministerio de Cultura

Ca.xx. De inſania eorū q deoſ colūt: et nō audēt ratiōe cōtēdere cū fidelibuſ. Et quare ſacramētorū ſuorū ſilētiū indicāt. Et ꝙ religio ꝑ pacietiā defendēda ē. et rōe potiuſ q̄ ſeuicia: ferro: uel igne. Et q̄tū et ī qbuſ differūt religiōiſ uere cultuſ et falſe.

DIſcāt igiť et ſuarū & alienaꝝ: īterfectoreſ aīarū: q̄ īexpi/abile faciuſ admittāt. Primū: ꝙ ſeipoſ iugulāt pditiſſimiſ demonibuſ ſeruiēdo: quoſ deuſ ī eterna ſupplicia dānauit. deīde qđ nec ab aliiſ deū coli patiunť: ſed auertere hoīeſ ad mortifera ſacra cōtēdūt: nitūtq; ſūma diligētia: ne q̄ ſit aīa īcolumiſ ī terra. que ſaluo ſtatu ſuo ſpectet ī celū. Quid aliud dicā q̄ miſeroſ: qui pdonū ſuoꝝ īſtigatiōibuſ parēt: quoſ deoſ eē opināť. quoꝝ neq; cōditionē neq; originē: neq; noīa neq; rationē ſciūt: ſed īherēteſ pſuaſiōi uulgari libenter errāt. et ſtulticie ſue fauent. a quibuſ ſi pſuaſiōiſ eiuſ rationē regraſ: nullā poſſūt reddere. ſed ad maiorū iudicia cōfugiūt. ꝙ illi ſapiēteſ fuerint. illi ꝓbauerint illi ſcierint qd eēt optimū. ſeq; ipoſ ſenſibuſ ſpoliāt: ratiōe abdicāt: dū alieīſ erroribuſ credūt? Sic īplicati rerū oīm ignorātia nec ſe nec deoſ ſuoſ norūt. Atq; utinā ſoli errare: ſoli deſipe uellēt. Alioſ etiā in cōſortiū mali ſui rapiūt. q̄ſi habituri ſolatiū de pditiōe multorū. Sed hec ignorātia efficit. ut ī pſequēdiſ ſapiētibuſ tā mali ſint: fingūt ſe illiſ cōſulere. illoſ ad bonā mētē uelle reuocare. Num igiť hoc ſermōe aut aliqua ratiōe reddita facere nitūť? Minīe. Sed ui atq; tormētiſ. O mira et ceca dementia in hiſ putať mala mēſ eē: q fidē ſeruare conātur: in carnificibuſ autē bona. In hiſ ne mala menſ ē: q cōtra iuſ hūanitatiſ: cōtra faſ omne lacerant? An potiuſ in hiſ: q ea faciunt in corporibuſ innocētium que nec ſeuiſſimi latroneſ: nec iratiſſimi hoſteſ: nec īmaniſſimi barbari aliquādo fecerūt. Adeo ne etiā ſibi mētiūtur: ut uiciſſim boni ac mali noīa trāfferāt & īmutēt? Quid ergo? Nō diē noctē uocāt: ſolē tenebraſ? Alioquin eadē īprudētia ē boniſ malorū nomen īponere: ſapiētibuſ ſtultorū: iuſtiſ īpiorū: quinimmo ſi qua illiſ fiducia ē: uel in philoſophia uel ī eloquētia: armēt ſe ac refellāt hec noſtra ſi poſſunt: congrediantur cominuſ: et ſingula queq; diſcutiāt. decet eoſ ſuſcipere defenſionē deorū ſuorū. ne ſi noſtra inualuerint: ut quotidie inualeſcūt: cū delubriſ ſuiſ ac ludibriiſ deſerātur. Et qm̄ nihil poſſūt: auget enī illiſ religio dei. quanto magiſ pmiť ratiōe: magiſ & hortamētiſ agāt. Procedāt ī mediū

2008 Ministerio de Cultura

pótificeſ: ſeu mioreſ ſeu maximi flaīeſ: augureſ: itē regeſ ſacrificoli: qq; ſunt ſacerdoteſ et ātiſtiteſ religionū. cōuocēt noſ ad cōtionē: cohortent noſ ad ſuſcipiēdoſ cultuſ deorū. pſuadeāt multoſ eſſe: quorū munere ac prouidentia regant. oīa oſtendant: origineſ et īitia ſacroꝝ ac deorū: quomō ſint mortalibuſ tradita. q fonſ que ratio ſit explicēt. pferāt que merceſ ī cultu: que pena ī cōtēptu maneat: quare ab hominibuſ ſe coli uelint. quid illiſ ſi beati ſūt hūana pietaſ cōferat. Que oīa nō aſſeueratiōe propria: nec enī ualet quicq̄ mortaliſ hominiſ auctoritaſ. ſed diuiniſ aliquibuſ teſtimoniiſ cōfirmēt: ſicuti noſ facimuſ. nō ē opuſ ui et iīuria: qa religio cogi nō poteſt. uerbiſ potiuſ q̄ uerberibuſ reſ agenda ē: ut ſit uolūtaſ. diſtringāt aciē ingeniorū ſuorū: ſi ratio eorū uera ē: aſſeratur. parati ſumuſ audire. ſi doceant: tacentibuſ certe nihil credimuſ. Imitētur noſ: ut rationē totiuſ rei exponant. Noſ enī nō illicimuſ ut ipſi obiectāt. ſed docemuſ: probamuſ: oſtēdimuſ. Itaq; nemo a nobiſ retinet inuituſ. Inutiliſ eſt enī deo qui fide ac deuotiōe caret. et tamē nemo diſcedit: ipſa ueritate retinēte. Doceāt iſti hoc modo. ſi qua illiuſ fiducia ueritatiſ eſt loquant: diſcant. Audeāt inq̄ diſputare nobiſcū aliqd eiuſmodi. iā pfecto ab aniculiſ quaſ cōtēnūt: et a pueriſ noſtratibuſ error illorum ac ſtulticia ridebit. Cum enī ſint pitiſſimi: deorūq; progeniē et reſ geſtaſ & īperia & interituſ & ſepulchra de libriſ nouerint. ipſoſq; rituſ quibuſ ſunt initiati ex rebuſ geſtiſ hoīm: uel ex caſibuſ uel etiā ex moribuſ natoſ ſciāt incredibiliſ demētia eſt deoſ putare: quoſ fuiſſe mortaleſ negare nō audeāt. uel ſi tā īprudēteſ fuerint ut negent: ſue illoſ ac illorum litere coarguent. ipſa deniq; illoſ ſacrorū initia cōuincēt. Sciant igit ex hoc ipſo quantū interſit inter uerum et falſum. quando ipſi qui ſunt eloquēteſ pſuadere non poſſunt īperiti ac rudeſ poſſunt. qa reſ ipſa & ueritaſ loqt. Quid ergo? Seuiūt ut ſtulticiam ſuā dū minuere uolūt augeāt. Lōge diuerſa ſunt carnificina & pietaſ. Non poteſt pietaſ cum ui aut iuſticia cum crudelitate coniūgi. Sed merito nō audent de rebuſ quicq̄ docere diuiniſ. ne et a noſtriſ derideātur & a ſuiſ deſerātur. Nam forte uulguſ cui ſimplex incorruptūq; iudiciū eſt: ſi miſteria illa cognoſcat. in memoria mortuorum cōſtituta damnabit. aliudq; ueriuſ quod colat queret. Nunc fida ſilentia ſacriſ cōſtituta ſunt ab hominibuſ callidiſ. ut neſciat populuſ qd colat. Cum autem noſ in eorū doctriniſ uerſemur: cur nobiſ aut

2008 Ministerio de Cultura

noſtriſ nõ credunt q̃ utrũq; nouimuſ. aut inuidẽt q̃a falſiſ uera preferamuſ. Sed defendẽda ſunt ĩquiũt publice ſuſcepta ſacra. O q̃ inhoneſta uolũtate miſeri errãt. Sentiũt enim nihil eſſe in rebuſ hũaniſ religiõe preſtãtiuſ. eãq; ſũma ui oportere defendi. Sed ut in ipſa religiõe: ſic ĩ defẽſiõiſ genere fallũtur. Defẽdẽda enĩ religio eſt nõ occidẽdo ſed moriẽdo. non ſeuitia ſed paciẽtia: nõ ſcelere ſed fide. Illa enĩ malorũ ſunt: hec bonorũ. Et neceſſe eſt bonum in religione uerſari non malum. Nam ſi ſanguine ſi tormẽtiſ ſi malo religionẽ defendere uelis. iam nõ defendet̃ illa: ſed polluet̃ & uiolabitur. Nihil eſt enim tã uolũtariũ q̃ religio in q̃ ſi aĩuſ ſacrificãtiſ auerſuſ ẽ: iam ſublata iã nulla eſt. Recta igit̃ ratio ẽ ut religionẽ patiẽtia uel morte defendaſ. in qua fideſ cõſecrata & ipſi deo grata & religiõi addit auctoritatẽ. Nam ſi iſ qui ĩ hac terreſtri militia regi ſuo fidẽ ſeruat ĩ aliquo egregio facinore. ſi poſtea uixerit acceptior fit et carior. Si p̃ierit: ſũmã cõſequitur gloriã quod pro duce ſuo morte occubuerit. quanto magiſ imp̃atori oĩm deo fideſ ſeruãda ẽ. qui nõ tantũ uiuẽtibuſ ſed & mortuiſ premium poteſt uirtutiſ exoluere. Igit̃ dei cultuſ quoniam militie celeſtiſ eſt. deuotionẽ maximã fidẽq; deſiderat. Quomodo enim deuſ aut amabit colẽtem: ſi ipſe non ametur ab eo? Aut p̃ſtabit precãti quicq̃ orauerit: cũ ad precandũ neq; ex aĩo neq; obſeruant̃ accedat. Iſti autẽ cũ ad ſacrificandũ ueniũt: nihil intimũ nihil propriũ diiſ ſuiſ offerũt. nõ integritatẽ mẽtiſ. nõ reuerẽtiã: nõ timorẽ. Peractiſ itaq; ſacrificiiſ inanibuſ. omnẽ religionẽ in tẽplo & cũ templo ſicut uenerãt relinquũt. Nihilq; ſecumq; ex ea neq; afferunt neq; referũt. Inde eſt q̃d eiuſmodi religiõeſ nec bonoſ facere poſſunt neq; firme atq; immutabileſ eẽ. Traducũtur itaq; ab hiſ hoĩeſ facile. quia nihil ibi ad uitam: nihil ad ſapiẽtiã: nihil ad fidẽ diſcitur. Que eſt ſuperſtitio illoꝝ deorũ? Que uiſ? Que diſciplina? Que origo? Que ratio? Quod fundamẽtũ? Que ſubſtantia? Quo tẽdit. aut quid pollicetur ut ab hoĩe poſſit ſeruari fortiterq; defendi. in qua nihil aliud uideo q̃ ritũ ad ſoloſ digitoſ pertinẽtem. Noſtra uero religio eo firma ẽ & ſolida & ĩmutabiliſ. q̃a iuſticiã docet q̃a nobiſcũ ſẽper ẽ: q̃a tota in aĩo colẽtiſ eſt. quia mẽtem ipſã pro ſacrifitio habet. Illic nihil exigit̃ aliud q̃ ſãguiſ pecudum. & fumuſ & inepta libatio. Hic bona menſ: purum pectuſ: innocenſ uita. Illuc ueniũt ſine delictu adultere: ĩpudice: lene p̃caceſ: obſcene meretriceſ. Veniũt.

2008 Ministerio de Cultura

gladiatoreſ: latroneſ: fureſ: ueneficí: & precātur nihil aliud q̃ ut
ſcelera ĩpune cõmittant. Quid enĩ latro ſacrificāſ aut gladiator
roget niſi ut occidat? Quid fenerariuſ niſi ut fallat? Quid me/
retrix niſi ut plurimū peccet? Quid adultera niſi ut mortē uiri
optet aut ut ſua ĩpudicitia celet? Quid lena niſi ut multoſ bõiſ
exuat? Quid fur niſi ut plura rapiat? Hic uero etiā leui cõmu/
niq; peccato locuſ nulluſ eſt. Et ſi quiſ ad ſacrificiū non integra
cõſciētia uenerit audit que illiſ deuſ cõminet. ille ꝗ latebraſ cor/
diſ uidet. ꝗ peccatiſ ſēp infeſtuſ ē: et exigit iuſticiā. ꝗ fidē poſcit.
Quiſ hic male mēti aut male preci locuſ ē. At illi infeliceſ nec ex
ſceleribuſ ſuiſ intelligūt q̃ malū ſit quod colūt. q̃ quidē flagitiiſ
omnibuſ ĩquinati ueniūt ad p̃candū & ſe pie ſacrificare opinātur
ſi cutē lauerint. tanq̃ libidinē ĩtra pectuſ incluſam. Vlli amneſ
abluāt. aut ulla maria purificēt. Quanto ſatiuſ ē mētem potiuſ
eluere que maliſ cupiditatibuſ ſordidatur. uno uirtutiſ ac fidei
lauacro uniuerſa uitia depellere. Quod ꝗ fecerit q̄dlibet ĩquinatū
ac ſordidū corpuſ gerat: ſatiſ puruſ eſt.

Ca.xxi. Quod hoſteſ ſuoſ adorat ſtulta gentilitaſ. quoꝝ
cultuſ non modo chriſtiani: ſed et philoſophi & domeſtici
cultoreſ deorū deſtruunt.

Iſti autem qui neſciūt quid uel quo modo ſit colēdum ceci &
imprudēteſ incontrarium cadunt. Adorant itaq; hoſteſ ſuoſ
latrōeſ & interfectoreſ ſuoſ uictimiſ placāt. et aīaſ ſuaſ cū thure
ipſo cremādaſ ariſ deteſtabilibuſ ĩponūt. Iraſcunt̄ etiam miſeri
ꝗ nō ſimileſ alii pereāt incredibili mētium cecitate. Quid enim
uideant qui ſolem non uidēt? Quaſi uero ſi dii eſſent: ĩdigerent
hoīm auxilio aduerſuſ cõtemptoreſ ſuoſ. qd ergo nobiſ iraſcūt̄.
ſi illi nihil poſſunt niſi ꝗ ipſi deoſ ſuoſ deſtruūt de quorum po/
teſtate diffidūt. magiſ irreligioſi q̃ qui omnino nō colūt? Cicero
in ſuiſ legibuſ cū caſte ad ſacrificia preciperet accedere: pietatem
ĩquit adhibito. opeſ amoueto. O qui ſecuſ faxit: deuſ ipſe uidex
erit. Recte hoc quidē. Neq; enim faſ eſt deſperare de deo: quē
ideo colaſ ꝗ poteſtatē putaſ. Nam quomodo uindicare colētiſ
iniuriā poteſt: qui ſuā nō poteſt? Libet igit̄ ex hiſ querere cui
potiſſimū p̄ſtare ſe putēt cogēdo inuitoſ ad ſacrificiū. Iſ ne quoſ
cogūt? At nō ē beneficū q̄d ingerit̄ recuſanti. ſed conſulendum
ē etiā uolētibuſ qñ qd bonū ſit neſciunt. Cur ergo tā crudeliter
uexant. debilitāt. cruciāt ſi ſaluoſ eſſe uolunt? Aut unde pietaſ

2008 Ministerio de Cultura

tam impia: ut eoſ miſeriſ modiſ aut perdant aut inutileſ fatiãt. quibuſ uelint eſſe conſultum? An uero dii preſtant? At non eſt ſacrificium quod exprimitur ab inuito. Niſi ennim ſponte atq; ex animo fiat: execratio eſt. cum homineſ proſcriptione iniuriiſ carcere tormentiſ adacti faciunt. Si dii ſunt iſti qui ſic coluntur. aut propter hoc ſolum colendi non ſunt ꝙ ſic coli uolunt. digni ſcilicet deteſtatione hominum quibuſ cum lacrimiſ. cum gemitu. cum ſanguine de membriſ omnibuſ fluente libatur. At noſ contra: non expetimuſ ut deum noſtrum qui eſt omnium creator: uelit nolit colat aliqſ inuituſ. nec ſi nõ coluerit iraſcimur: confidimuſ enim maieſtati eiuſ qui tam contemptum ſui poſſit ulciſci. q̃ ſeruorum ſuorum laboreſ & iniuriaſ & ideo cum tam nefãda ꝑpetimur: ne uerbo qdẽ reluctamur. ſed deo remittimuſ ultionem. nõ ut hi faciũt. q defenſoreſ ſe eſſe deorũ ſuorũ uideri uolũt & ſeuiunt efferate aduerſuſ nõ colenteſ. Ex quo intelligi datur q̃ nõ ſit bonũ deoſ colere. quoniã bono potiuſ adducendi homineſ ad bonũ fuerant non malo. ſed quia illud malũ ẽ: etiã officium eiuſ bono caret. At enim puniendi ſunt qui deſtruunt religioneſ. Num peiuſ noſ deſtruimuſ q̃ natio Egiptiorum qui turpiſſimaſ beſtiarum ac pecudũ figuraſ colunt? Quedam etiã pudenda dictu tanq̃ deoſ addorabant. Num peiuſ tam idem ipi qui cũ deoſ ſe colere dicant. tamẽ eoſ publice turpiterq; deridẽt. de quibuſ etiam per mimoſ agi cum riſu et uoluptate patiuntur. Qualiſ hec religio aut quanta maieſtaſ putanda eſt. que adorat᷑ in templiſ illudit᷑ in theatriſ? Et qui hec fecerit nõ penaſ uiolati numiniſ pendunt ſed honorati etiam laudatiq; diſcedunt. Nũ peiuſ noſ deſtruimuſ q̃ quidam philoſophi qui omnino nulloſ deoſ eſſe aiunt. ſed omnia ſua ſponte eſſe nata: oĩa fortuitu fieri que geruntur? Num peiuſ q̃ Epicurei: qui eſſe quidam deoſ. ſed curare qcq̃ negãt. neq; iraſci eoſ neq; gratia cõmoueri? Quibuſ dictiſ utiq; perſuadent colendoſ omnino non eſſe. ſi quidẽ colenteſ reſpiciunt. Neq; non colentibuſ iraſcuntur. Preterea cum contra metuſ diſſerunt nihil aliud efficere conantur q̃ ut nemo deoſ timeat. et hec tamen ab hominibuſ & audiuntur libenter et diſeruntur impune.

## Capitulum. xxii. Quare maligni ſpirituſ inſtigent cultoreſ ſuoſ in perſecutionem fidelium. Et quare uera religio uideatur inaniſ.

2008 Ministerio de Cultura

NOn ergo ideo aduerſuſ noſ inſanũt. quia dũ nõ colũtur
a nobiſ. a multiſ enim nõ coluntur. ſed quia ueritaſ peneſ
noſ eſt. que ut eſt ueriſſime dictum odium parit. Quid igitur
exiſtimabimuſ. niſi neſcire illoſ quid patiant̃? Pergitur ergo
ceco & irrationabili furore. quem noſ uidemuſ illi neſciunt.
Non enim ipſi homineſ perſequũtur. qui cauſã cur iraſcantur
innocentibuſ nõ habent. ſed illi ſpirituſ cõtaminati ac ꝑditi:
quibuſ ueritaſ & nota eſt & in uiſa. inſinuant ſe mentibuſ eoꝝ
& inſtigant neſcioſ in furorẽ. Hi enĩ q̃diu pax eſt in populo
dei fugitant iuſtoſ & pauẽt. Et cũ corpora hominum occupãt.
aĩaſq; diu uexant adiurant̃ ab hiſ & noĩe ueri dei fugantur.
Quo audito tremũt & exclamãt & uri uerberariq; ſe teſtãtur.
Et interrogati qui ſint. quãdo uenerint. quomodo in hominẽ
irrepſerint. cõfitentur. Sic extorti & excruciate uirtuti diuini
noĩſ exulãt. propter hec uerbera & minaſ ſãctoſ & iuſtoſ uiroſ
ſemper oderunt. & q̃a per ſe nocere hiſ nihil poſſunt. publiciſ
eoſ odiiſ perſequũtur. quoſ ſibi graueſ ſentiunt. exercentq;
ſeuitiã quam uiolatiſſime poſſunt ut aut eorũ fidem minuãt
per dolorẽ. aut ſi id efficere non quiuerint: auferãt oĩo de terra.
ne ſint qui poſſint eorũ nequitiã coercere. Non me fugit quid
reſponderi e cõtrario poſſit. Cur ergo deuſ ille ſingulariſ. ille
magnuſ. quem rerum potentem: quem dominũ oĩm cõfiteriſ
hec fieri patit̃ nec cultoreſ ſuoſ aut uindicat aut tuetur? Cur
deniq; qui eum nõ colunt opulenti & potenteſ & beati ſunt. &
honoribuſ regnoq; potiuntur. eoſq; ipſoſ ditioni ſue ac ꝑtãti
ſubiectoſ habent. Reddenda & huiuſ ratio eſt rei. ne quid re/
maneat erroriſ. Nam in primiſ hec cauſa eſt. cur exiſtimetur
religio dei uiui nõ habere ꝙ inducant̃ homineſ ſpe terrenoꝝ
ac preſentium bonorũ que ad curam mentiſ nullo mõ ꝑtinẽt.
quibuſ quia carere iuſtoſ uidẽt & affluere iniuſtoſ. et dei cultũ
inanẽ arbitrant̃ in quo meſſe illa non cernunt. & deoꝝ rituſ
exiſtimant ueroſ quoniã cultoreſ eorum & diuitiiſ & hono/
ribuſ & regniſ fruantur. Verũ hi qui ſunt in hac exiſtimatõe
non perſpiciunt alteriuſ uim rationemq; hominiſ. que tota nõ
in corpore ſed in mente eſt. Nihil enĩ uident ampliuſ q̃ uidet̃
corpuſ. ſcilicet quod q̃a oculiſ manuq; tractabile eſt. ĩbecillũ
fragile mortale eſt cui ſunt illa oĩa bona que cupiditati ac
miraculo ſunt. opeſ honoreſ imperia quoniam corpori afferũt

2008 Ministerio de Cultura

uoluptateſ & ideo tam caduca ſunt q̄ corpuſ ipſum. Animuſ
uero in quo ſolo eſt homo. quoniam ſubiectuſ oculiſ non eſt:
nec bona eiuſ inſpici poſſunt que in ſola uirtute ſunt poſita. &
ideo tam ſtabiliſ & conſtanſ & ꝑpetuuſ ſit neceſſe eſt. ſicuti ipa
uirtuſ in qua eſt animi bnoum.

Capitulum. xxiiii. Quare deuſ electoſ ſuoſ tradita ípiuſ
poteſtate uexari patiatur.

LOngū ē uniuerſaſ uirtutū ſpetieſ ꝓmerere. ut de ſinguliſ
doceam q̄ neceſſe ſit ſapientem ac iuſtum uirū longe ab
illiſ boniſ abhorrere. quibuſ q̄a fruunt̄ iniuſti. deorū cultuſ ueri
& efficaceſ eſſe credūtur. quod ad preſentē pertinet queſtionē.
ſatiſ eſt ſi ex una uirtute id ꝓbemuſ quod intendimuſ. Nēpe
magna & precipua uirtuſ eſt patientia. quam pariter & uulgi
publice uoceſ: et philoſophi & oratoreſ ſummiſ laudibuſ cōce/
lebrant. Quod ſi negari nō poteſt quin ſūma ſit uirtuſ. neceſſe
eſt iuſtum & ſapientem uirum in poteſtate eſſe hoīſ iniuſti ut
capiat patientiam. Patientia. eſt enī malorū que aut inferūt̄
aut accidunt. cū equanimitate ꝑlatio. Ergo iuſtuſ ac ſapienſ
quia uirtutem capit: habet ī ſe patientiam. qua carebit omīo:
ſi nihil patiet̄ aduerſi. Contra. qui ī rebuſ proſperiſ agit īpatiēſ
eſt. & uirtuti maxima caret. īpatientiam dico quia nihil patit̄.
Innocentiā quoq; ſeruare nō poteſt. que & ipſa iuſto & ſapiēti
uiro ꝓpͣa ē uirtuſ. ſed & nocet ſepe & cōcupiſcit aliena. & rapit
que cupierit per iniuriā. quia uirtutiſ experſ uicio peccatoq;
ſubiectuſ eſt. et fragilitatiſ oblituſ aīo inſolenter elato tumet.
Inde iniuſti ac deū neſciēteſ. & diuitiiſ & potentia & honoribuſ
florent. Hec enim cuncta iniuſtitie premia ſunt. q̄a & ꝑpetua
eſſe non poſſunt. & per cupiditatem uiolentiamq; queruntur.
Iuſtuſ uero ac ſapienſ: quia illa omnia humana ſunt. ut eſt a
Lelio dictū: ſua bona diuina iudicat: nec alienum quicq̄ cō/
cupiſcit. ne quem contra iuſ humanitatiſ ledat oīo. nec ullam
potentiam honorem ne deſiderat ne cui fatiat iniuriā. Scit enī
cūctoſ ab eodem deo & eadē cōditōe generatoſ iure fraterni/
tatiſ eſſe cōiunctoſ. ſed & ſuo contētuſ & paruo. q̄a fragilitatiſ
ſue memor non ampliuſ querit. q̄ unde uitam ſuſtentet. & ex
eo ipſo quod habuerit expertit etiam non habenti quia piuſ ē

2008 Ministerio de Cultura

pietaſ etiá ſúma uirtuſ ē. & accidit ex eo ꝙ uoluptateſ caducaſ
uicioſaſq; contēpnit. quarú cauſa opeſ appetūt quoniá cótineſ
eſt ac libidinú uictor. & nihil tumoriſ ac inſolentie gerēſ. non
extollit ſe altiuſ. nec erigit ſuperbú caput. ſed placiduſ & có/
corſ & planuſ & cómuniſ eſt. qa conditionem ſuá nouit. Cum
ergo iniuriam nulli fatiat nec aliena rapiat. nec ſua quoq; ſi
auferantur defēdat. cum ſciat etiam illatam iniuriá moderate
ferre qa uirtute ꝓditus eſt. neceſſe ē iuſtú hominem ſubiectú
eſſe iniuſto. & cótumeliiſ ab inſipiente affici ſapientem. ut &
ille peccet qa iniuſtuſ eſt & hic in ſe uirtutē habeat qa iuſtuſ
eſt. Si quiſ autē uolet ſcire cur maloſ & iniuſtoſ deuſ potēteſ
beatoſ & diuiteſ fieri ſinat. pioſ contra humileſ miſeroſ inopeſ
eſſe patiat̄. ſumát eú Senece librú cui tituluſ ē. Quare boniſ
uiriſ multa mala accidant cú ſit ꝓuidentia. In quo ille multa
non plane imperitia ſeculari. ſed patienter ac pene diuinituſ
locutuſ. deuſ inquit homineſ pro liberiſ habet: ſed corruptoſ &
uicioſoſ luxurioſe ac delicate patitur uiuere: quia non putat
emendatóe ſua dignoſ. Bonoſ aút quoſ diligit caſtigat ſepiuſ
& aſſiduiſ laboribuſ ad uſum uirtutiſ exercet. nec eoſ caduciſ
ac mortalibuſ boniſ corrumpi ac deprauari ſinit. Vnde nemí
debet mirú uideri ſi pro noſtriſ ſepe delictiſ caſtigamur a deo.
imo uero cú uexamur ac ꝑmimur. tum maxime grāſ agimuſ
indulgentiſſimo patri. ꝙ corruptelam noſtram non patitur
longiuſ procedere ſed plagiſ ac uerberibuſ emendat. Ex quo
intelligimuſ noſ eſſe deo cure quoniam cú peccamuſ iraſcitur.
Ná cú poſſet populo ſuo et opeſ & regna largiri ſicut dederat
āte iudeiſ quoꝝ noſ ſucceſſoreſ ac poſteri ſumuſ. idcirco eē uoluit
ſub aliena ditóe atq; íperio degere. ne rerú ꝓſperaꝝ felicitate
corruptuſ in luxuriam laberetur. ac dei precepta contēpneret.
ſicut illi maioreſ noſtri. qui ſepe terreniſ ac fragilibuſ hiſ boniſ
eneruati aberrauerunt a diſciplina legiſ. uinculaq; ruperūt. ꝓ/
uidit ergo quatenuſ cultoribuſ preſtarent qetem ſi mandata
ſeruaſſent. & tamen eoſ emendarent ſi ꝓceptiſ nó obtēperaſſēt.
Itaq; ne tá corrúperentur otio q̄ patreſ eorum. Licentia ꝑmi
eoſ ab hiſ uoluit in quorum manibuſ collocauit. ut & labanteſ
cófirmet & corruptoſ ad fortitudinē reparet. & fictoſ experi/
atur ac temptet. Quomodo ení poteſt Imperator militú ſuoꝝ
probare uirtutē niſi habuerit hoſtē? Et illi tamē aduerſariuſ

2008 Ministerio de Cultura

ſurgit inuito qa mortalis eſt et uici pōt. deo autē qa repugnari non poteſt. ipē aduerſarios nomini ſuo excitat. non qui cōtra ipſum deum repugnent ſed cōtra milites eius. ut deuotionem ac fidē ſuorū uel probet uel corroboret. donec preſſure uerberibus defluentem corrigat diſciplinam. Eſt & alia cauſa cur aduerſus nos perſecutōnes fieri ſinat. ut dei populus augeatur. Nec eſt difficile monſtrare cur aut quomodo illud fiat. ꝓmū fugantur a deoꝝ cultoribus plurimi odio crudelitatis. cur etiā talia ſacrifitia non horreant. deinde placet quibuſdam uirtus ac fides ipa. nonnulli ſuſpicantur deorū cultum nō ſine cauſa malum putari a tam multis hominibus. ut emori malint q̄ id facere quod alii fatiunt ut uiuant. Aliq cupiunt ſcire quidnā ſit illud bonū quod ad mortē uſq; defendit. quod omnibus que in uita iocunda & cara ſūt ꝓfert. a quo nec bonorū nec lucis amiſſio nec dolor corporis nec uiſcerū cruciamenta deterrent. ualent hec plurimū ſed ille maxime cauſe noſtrorum numerꝝ ſēper auxerunt. Audit circūſtans populus: inter ipa tormēta dicentes non ſacrificare ſe lapidibus manu factis. ſed deo uiuo qui ſit in celo. Multi hoc uerum eſſe intelligunt. & in pectus admittūt: Deinde ut fieri ſolet in rebus icertis: dū inter ſe iuicē querūt que ſit huius perſeuerātie cauſa multa que ad religionem pertinēt diuulgata: ac per rumorem uiciſſim aucupata diſcuntur. que quia bona ſunt placeant neceſſe eſt. Preterea ultio ſecuta ſicut ſēper accidit ad credendū uehemēter ipellit. Hec quidē leuis cauſa eſt. q̄ imundi demonū ſpiritus accepta licentia multorū ſe corporibus imergūt. quibus poſtea reiectis: omnes qui reſanati fuerint: adhereant religioni cuius potētiā ſenſerunt. He tot cauſe in unum collate. magnam deo multitudinem mirabiliter. acquirunt.

Capitulum. xxiiii. Quod bonorū tortores torquebūt. & malas beſtias de terra auferat deus.

QVidquid ergo aduerſum nos mali principes moliuntur fieri: ipſe permittit. & tamen iuſtiſſimi ꝑſecutores qbus dei nomen contumelie ac ludibrio fuit: non ſe putent ipune laturos quia indignationis aduerſus nos eius quaſi miniſtri fuerunt. Punient enī iuditio dei: q accepta ꝑtāte ſupra hūanū

2008 Ministerio de Cultura

manibuſ ſtultiſſimoſ eſſe cognoſcāt. uel ſi celeſte lumē quod dicimuſ ſolem cōtemplari uelint. iam ſentiant q̄ non indigeat lucerniſ eorum deuſ. qui ipſe in uſum hominiſ tam candidam lucem dedit. Et tamen cum in tam paruo circulo: qui propter longinquitatem non ampliuſ q̄ humani capitiſ uidetur habere menſuram tātum ſit fulgoriſ ut eum mortaliū luminū acieſ non queat cōtueri. Et ſi pauliſper intenderiſ oculoſ caligo ac tenebre conſequant̄. Quid tādem luminiſ quid claritatiſ apud ipſum deum peneſ quem nulla nox eſt eē arbitremur. q̄ hanc ipſā lucem ſic moderatuſ eſt. ut neq; nimio fulgore: neq; calore uehementi noceret animātibuſ. tātūq; iſtarum rerum dedit ei quātum mortalia corpora pati poſſūt. Aut frugū maturitaſ poſtularet? Nū igit̄ mentiſ ſue compoſ putanduſ ē. q̄ auctori & datori luminiſ candelarū ac cerarū lumen offert ꝓ munere. Aliud uero ille a nobiſ exigit lumen. & quidem non fumidū: ſed ut ait poeta liquidum atq; clarum mentiſ ſcilicet propter quod a poetiſ fonteſ nūcupantur. quod exiberi nō poteſt niſi qui deum agnouerit. Illorum autem dii quia terreni ſūt egēt luminibuſ ne in tenebriſ ſint. quoꝝ cultoreſ quia celeſte nihil ſapiunt. etiam religioneſ quibuſ deſeruiūt ad terram reuocāt. In ea lumine opuſ eſt. quia ratio eiuſ & natura tenebroſa eſt. Itaq; diiſ non celeſtem ſenſum ſed humanum potiuſ attribuūt. Ideoq; illiſ neceſſaria & grata credunt eſſe. que nobiſ quibuſ aut eſurientibuſ opuſ eſt cibo. aut ſitientibuſ potu. aut ueſte algentibuſ. aut cum ſol deceſſerit lumine. ut uidere poſſimuſ. Nulliſ igit̄ ex rebuſ tam probari & intelligi poteſt deoſ ipſoſ cum aliquando uixerint mortuoſ eſſe: q̄ ex ipſo ritu q̄ ē totuſ e terra. Quid enim celeſtiſ ī ſe boni pōt habere pecudū ſāguiſ effuſuſ. quo araſ īquinant. niſi forte deoſ eſtimant eo ueſci qđ homineſ aſpernantur attingere? Et quiſqſ illiſ hanc ſaginam p̄ſtiterit: q̄uiſ ille graſſator adulter ueneficuſ parricida ſit: btūſ ac felix erit. Hunc diligūt. hunc tuentur. huic omnia que op/tauerit preſtant. Merito ergo perſiuſ huiuſcemodi ſupſtitōeſ ſuo more deridet. Qua tu inquit mercede deoꝝ emeriſ auriculiſ pulmone & lactibuſ unctiſ. Sentiebat uidelicet nō carne opuſ eſt ad placandā celeſtē maieſtatē. ſed mente ſācta & iuſto aīo & pectore. ut ipſe ait quod naturali ſit honeſtate generōſum Hec eſt religio celeſtiſ. non que conſtat ex rebuſ corruptiſ ſed

2008 Ministerio de Cultura

uirtutibuſ animi qui oritur e celo. Hic ueruſ cultuſ eſt. in quo menſ colentiſ ſeipſam deo in maculatam uictimã ſiſtit. Id aũt ipſum quomodo cõſequẽdũ quomodo preſtandum ſit docebit huiuſ libri diſputatio. Nihil enĩ tam preclarꝝ homĩq; cõueniẽſ poteſt eſſe. q̃ erudire homineſ ad iuſtitiam apud Ciceronem. Catuluſ in hortẽſio philoſophiã rebuſ omĩbuſ preferenſ. malle ſe dicat uel unum paruũ de offitio libellum: q̃ lõgã orationem pro ſeditioſo homine Cornelio. Que ſnĩa non utiq; catuli qui fortaſſe illud non dixit ſed Ciceroniſ eſt putanda. qui ſcripſit credo. ut libelloſ quoſ de offitiiſ erat ſcripturuſ comẽdaret. in quibuſ ipſiſ nihil eſſe teſtatur in omni philoſophia meliuſ & fructuoſiuſ. q̃ precepta uite dare. Quod ſi hoc illi faciũt q̃buſ non eſt ueritaſ cognita: quãto magiſ noſ facere debemuſ. qui a deo eruditi & illuminati poſſumuſ uera precipere. nec tamẽ ſic docebimuſ: ut quaſi prima uirtutiſ elementa tradamuſ quod ẽ ĩfimum. ſed tanq̃ docendum ſuſcepimuſ eum qui apud illoſ iam perfectuſ uideatur. Manentibuſ enĩ preceptiſ eorum que ſolent ad probitatem recte dare ignota illiſ ſuperſtruemuſ ad perficiendam conſumandamq; iuſtitiam quam non tenẽt. Ea uero que poſſunt cum illiſ eſſe cõmunia ꝑtermittam ne q̃d ab hiſ uideat mutuari quorꝝ erroreſ coarguere atq; aꝑire decreuerĩ

Capitulum. iii. De duabuſ uiiſ quarum altera uirtutũ altera uitiorꝝ ẽ. que ĩ litera pictagorica figurãt. & fideliuſ tractãt a xp̄ianiſ q̃ a phĩſ. Et de duobuſ ducibuſ uiarũ .

QVe ſunt uie per quaſ humanam uitam progredi neceſſe eſt. ſcilicet. Vna que in celum ferat. Altera que ad ĩferoſ dep̄mat q̃ſ et poete ĩ carmĩbuſ: et philoſophi ĩ diſputatõibuſ ſuiſ induxerunt. Et quidem alteram uirtutum eſſe uoluerũt. alteram uitiorũ. eamq; que ſit aſſignata uirtutibuſ: p̄mo aditu eſſe arduam & cõfragoſam in qua ſi quiſ difficultate ſuperata in ſummum eiuſ euaſerit habere eum de cetero planum iter: amenũq; campũ. & omneſ laboreſ capere fructuſ uberes atq; iocundoſ. Quoſ autẽ primi adituſ difficultaſ deterruerit: eoſ in eã uitiorꝝ uiã labi atq; deflectere. que p̄mo ĩgreſſu ſit q̃ſi amena multoq; triſtior. deinde cum in eam paulo ulteriuſ ꝓceſſerĩt: amenitatiſ eiuſ ſpẽ repente ſubduci. exoriri autẽ uiam ꝑcipitẽ:

2008 Ministerio de Cultura

nunc ſaxiſ aſperam nunc obductam ſentibuſ: nunc gurgitibuſ
intercisã torrentibuſ lapideam. ut laborare herere lapicadere
ſit neceſſe. Que omnia eo ꝓferunt̃: ut appareat in uirtutibuſ
capiendiſ: laboreſ eſſe maximoſ: in perceptiſ autem maximoſ
fructuſ. & ſolidaſ atq; ĩcorruptaſ uoluptateſ. Vitia uero qbuſ/
dam delinimentiſ naturalibuſ illicere animoſ hoĩm. & ĩanium
iocũditatum ſpetie captoſ: ad acerbaſ amaritudineſ miſeriaſq;
perducere. Sapienſ prorſuſ diſputatio: ſi uirtutũ ipſaꝝ formaſ
atq; terminoſ ſcirent. non enim didicerant uel que ſint: uel qd
eaſ mercediſ a deo maneat. qđ noſ hiſ duobuſ libriſ docebimuſ.
Hii uero quia ignorabant aut dubitabant animaſ hominum
ĩmortaleſ eſſe. & uirtuteſ & uitia terreniſ honoribuſ aut peniſ
eſtimauerunt. Omniſ ergo hec de duabuſ diſputatio: ad fru/
galitatem ac luxuriã ſpectat. Dicũt enim humane uite curſũ
y littere ſimilem. ꝙ unuſqſq; hominum cum primũ adoleſcẽtie
limen attigerit: & in eũ locũ uenerit ubi ſe uia findit in ambaſ.
Hereat mutabunduſ. ac neſciat ĩ quã ſe partem potiuſ ĩclinet.
Si ducem nactuſ fuerit qui dirigat ad meliora titubãtẽ. hoc ẽ
ſi aut phiam didicerit. aut eloquentiam. aut aliquid honeſte
artiſ quo euadat ad bonam frugẽ. qđ fieri ſine labore maxĩo
non poteſt. Honeſtam ac copioſã uitam diſputant peracturũ.
Si uero doctorem frugalitatiſ non inuenerit: ad ſiniſtrã uiam
que meliorem ſpeciẽ mentiatur incedere. ideſt deſidie luxurie.
inertieq; ſe tradere: que ſuauia quidem uident̃ ad tempuſ: uera
bona ignorãti. Poſt aũt ãmiſſa omĩ dignitate ac re familiari.
in omnibuſ miſeriiſ ignominiaq; uicturum. Ad corpuſ ergo et
ad hãc uitã quã in terra ducimuſ. fineſ earum uiaꝝ retulerunt
poete fortaſſe meliuſ. q biuiũ hoc apud inferoſ eſſe uoluerũt.
ſed in eo fallũt. qa eaſ uiaſ mortuiſ propoſuerũt. Vtriq; ergo
uere. ſed tamen utriq; nõ recte: qa oportuit uiaſ ipſaſ ad uitã:
fineſ earum ad mortẽ referri. Noſ igitur meliuſ et ueriuſ: qa
duaſ iſtaſ: uiã celi & inferoꝝ eſſe dicimuſ. qa iuſtiſ ĩmortalitaſ.
iniuſtiſ pena eterna propoſita eſt. Quomobo autem uie iſte
uel ĩ celum tollant uel ad inferna precipitẽt explicabo. & apiã
que ſint uirtuteſ quaſ philoſophi neſcierunt. tum etiã que ſit
earum premia. ſimul etiam que ſint uitia: que ue eoꝝ ſupplitia
monſtrabo. Nam fortaſſe aliqſ expectet ut ſepatim de uitiiſ
ac uirtutibuſ dicam: cum de bono ac malo diſſerentibuſ nobiſ

2008 Ministerio de Cultura

etiam quod eſt contrarium poſſit intelligi. Siue enī uirtuteſ inferaſ uicia ſponte decedent ſiue uicia eximaſ uirtuteſ ultro ſubibunt. ſic bonorum ac malorum conſtituta natura eſt. ut ſe inuicem ſemper oppugnent: ſemper expellāt. ita fit ut neq̄ uicia retrahi ſine uirtutibuſ poſſint: nec uirtuteſ inſeri ſine de/ tractione uitiorum. Haſ igit̄ uiaſ longe aliter inducimuſ: q̄ a philoſophiſ induci ſoleant. Primum. quod utriq̄ propoſitū eē dicimuſ ducem. utrumq̄ īmortalem. ſed alterū honoratū. qui uirtutibuſ ac boniſ ſit preditus. Alterum damnatum qui uiciiſ ac maliſ. Illi autem ī deteriore tātum uiam ducē ponūt. neq̄ unum neq̄ perpetuum. Siquidē quēlibet doctorē bone artiſ inducūt. quia deſidia reuocet hoīeſ. & frugi eſſe doceat. Sed neq̄ ingredi faciunt in eam uiam: niſi pueroſ & adoleſcenteſ. uidelicet q̄ arteſ diſcantur in hiſ etatibuſ. Noſ aūt om̄iſ ſexuſ & generiſ & etatiſ in hoc celeſte iter inducimuſ. quia deuſ qui eiuſ uie dux ē: īmortalitatē nulli homini nato negat. Forma quoq̄ uiarum ipſarum non ita ē ut illi putauerunt. Quid enī opuſ y litera in rebuſ contrariiſ atq̄ diuerſiſ? Sed altera illa melior conuerſa eſt ad ſoliſ ortū: altera illa deterior ad occaſū. quoniam qui ueritatē ac iuſtitiam ſequitur. iſ accepto īmor/ talitatiſ premio: ꝑenni luce potiet̄. qui autē ab illo malo duce illectuſ pretulerit uicia uirtutibuſ: mendaciū ueritati: neceſſe eſt ad occaſum & tenebraſ deferatur. Deſcribam igitur utranq̄. & earum proprietateſ habituſq̄ monſtrabo.

Capit. iiii. De uia uirtutiſ que in eliſioſ cāpoſ deducere dicitur. & uicioꝝ que ad impia tartara ducit. & ducibuſ utriuſq̄.

Vna ē igit̄ uirtutiſ ac bonorū uia: que fert ī eliſioſ cāpoſ ut poete loquuntur. ſed ad ipſam mundi arcem ac leuia malorum exercet penaſ: & ad impia tartara mittit. Eſt enim criminatoriſ illiuſ: qui prauiſ religionibuſ inſtitutiſ auertit hoīeſ ab itinere celeſti. & in uiam perditioniſ inducit. cuiuſ uie ſpēſ & figura ſic eſt compoſita in aſpectu. ut plana & patenſ omni genere florum atq̄ fructuū delectabiliſ eſſe uideat̄. In ea enim poſuit deuſ omnia que pro boniſ habentur in terra: opulētiam dico: honorem quietem uoluptatē illecebraſ omēſ ſed cum hiſ pariter iniuſtitiam crudelitatem ſuperbiam ꝑfidiā

2008 Ministerio de Cultura

libidinem cupiditatem diſcordiá ignorantiá mẽdatiú ſtultitiá ceteraq; uitia. Exituſ autem taliſ eſt uie. Cum uentú fuerit ad extremum unde iá regredi non licet. cú omni ſua pulcritudíe tam ſubito preciditur: ut non autem quiſ fraudem proſpicere poſſit q̃ precipitatuſ in altitudinem profundá cadat. Quiſ ení preſentiú bonoꝝ ſpecie captuſ: & in hiſ conſequẽdiſ ac fruẽdiſ occupatuſ: non preuiderit ea que poſt mortẽ ſecutura ſút. ſeq; a deo auerterit? Iſ uero ad inferoſ deiectuſ in eternam dánabit penam. Via ergo illa celeſtiſ difficiliſ & cliuoſa propoſita eſt: uel ſpiniſ horrentibuſ aſpera: uel ſaxiſ extantibuſ impedita: ut cum ſummo labore ac pedú tritu: cumq; magna cadendi ſolli/citudine ſit cuiq; gradiendum. í hac poſuit iuſticiam tempãtiá patientiam fidem caſtitatem abſtinẽtiam cócordiá ſcientiam ueritatem ſapiẽtiá ceteraſq; uirtuteſ. ſed ſimul cú hiſ paup̄tatẽ ignominiam laborem dolorẽ amaritudineſ omneſ. Quiſqſ ení ſpem ſuam porrexerit longiuſ: & meliora maluerit. carebit hiſ terre boniſ. ut expedituſ ac leuiſ difficultatem uie ſupet. Nec enim pót q̃ ſe apparatu regio circúdederit aut diuitiiſ onera/uerit: anguſtiaſ illaſ uel ingredi uel tenere. Vnde intelligitur idcirco maliſ & iniuſtiſ faciliuſ prouenire que cupiant. qa ꝓna & decliuiſ ẽ eorum uia. boniſ aút que optẽt difficile ꝓcedere: quia difficili & arduo itinere gradiútur. Iuſtuſ ergo quoniam duꝝ aſperumq; iter ingreſſuſ ẽ: cõtẽptui: deriſui: odio ſit neceſſe eſt. Omneſ enim quoſ cupiditaſ aut uoluptaſ ꝓcipiteſ trahit: inuident ei qui uirtutẽ capere potuit. & inique ferút id habere aliquẽ qđ ipſi nó habent. Erit itaq; pauper humiliſ ignobiliſ. ſubiectuſ iniurie: & tamen omnia que amara ſút perfereſ. Et ſi patientiam iugem ad ſummú illú gradú finemq; produxerit. dabitur ei corona uirtutiſ. & a deo pro laboribuſ quoſ í uita propter iuſtitiá pertulit: ímortalitate donabit᷑. He ſunt uie quaſ deuſ humane uite aſſignauit. in quibuſ ſinguliſ & bona oſtendit & mala: ſed ordine prepoſtero atq; conuerſo. In una enim monſtrauit temporalia priuſ mala cum eterniſ boniſ qui eſt ordo melior. in altera tẽporalia priuſ bona cú eterniſ maliſ. qui eſt ordo deterior: ut quicunq; preſentia mala cum iuſtitia delegerit: maiora & certiora bona cóſequat᷑: q̃ fuerút illa que ſpreuit. Quiſqſ aút preſẽtia bona ꝓpoſuerit iuſtitie: in maiora & longiora incidet mala: q̃ fuerunt illa que fugit. Hec enim

2008 Ministerio de Cultura

uita tẽporaliſ qa breuiſ ẽ: & idcirco & bona eiuſ & mala breuia ſint neceſſe eſt. Illa uero ſpiritaliſ que huic frene cõtraria eſt: quia ſempiterna eſt: idcirco & bona eiuſ & mala ſẽpiterna ſũt. Ita fit: ut & boniſ breuibuſ mala eterna: & maliſ breuibuſ bona eterna ſuccedant. Itaq; cum ſimul prepoſita ſint homini bona & mala. conſiderare unũquemq; ſecum decet: q̃to ſatiuſ ſit pro perpetuiſ boniſ mala breuia penſare: q̃ pro breuibuſ & caduciſ boniſ mala perpetua ſuſtinere. Nam ſicut in hoc ſeculo cũ eſt propoſitum cum hoſte certamen: priuſ laborandum eſt: ut ſiſ poſtmodum in otio. eſuriendũ ſitiendũ. Eſtuſ frigora ꝑferẽda: humi qeſcendũ: uigilãdũ: periclitãdũ eſt ut ſaluiſ pignoribuſ: & domo & re familiari. & omĩbuſ paciſ ac uictorie boniſ ꝑfrui poſſiſ. Sin autem preſenſ ociũ malueriſ q̃ laborem: malum tibi maximũ fatiaſ neceſſe eſt. Preoccupabit enĩ aduerſariuſ non reſiſtentem. uaſtabuntur agri: diripietur domuſ. in predã uxor ac liberi uenient. ipſe interfitiere ac rapiere. Que omĩa ne ac/cidant p̃ſenſ cõmodũ deferendũ eſt ut maiuſ lõgiuſq; rapiat. Sic ĩ omni ac uita: quia nobiſ aduerſarium deuſ reſeruauit: ut poſſemuſ capere uirtutem. omittenda ẽ preſenſ uoluptaſ: ne hoſtiſ opprimat. uigilandũ ſtationeſ agende. militareſ: expe/ditioneſ obeũde. fundenduſ ad ultimum cruor. Omnia deniq; amara & grauia patiẽter ferẽda: eo q dẽ promptiuſ: quo nobiſ impator noſter deuſ p̃mia pro laboribuſ eterna conſtituit. Et cum in hac terrena militia tãtum homineſ laboriſ exhauriant: ut ea ſibi pariant: que poſſunt eodem mõ ꝑire quo parta ſũt. certe nobiſ nulluſ labor ẽ recuſanduſ. quo id acquiritur quod nullo modo poſſit amitti. Voluit enim deuſ qui homineſ ad hanc militiã genuit: expeditoſ in acie ſtare. & attentiſ acriter animiſ ad uniuſ uel ĩuiſibiliſ hoſtiſ inſidiaſ: uel apertuſ ĩpetuſ uigilare. q noſ ſicut periti & excitati duceſ ſolẽt uariiſ artibuſ captat ꝓ cuiuſq; natura & moribuſ ſeruiẽſ. Aliiſ enĩ cupiditatẽ inſatiabilẽ immittit. ut opibuſ ſuiſ tanq̃ cõpedibuſ alligatoſ: a uia ueritatiſ excutiat. Alioſ ĩflãmat ire ſtimuliſ. ut ad nocẽdũ potiuſ ĩtẽtoſ: a dei cõtẽplatione detorqueat. Alioſ ĩmoderatiſ libidinibuſ ĩmergit. ut uoluptati & corpori ſeruienteſ: ad uir/tutem reſpicere non poſſint. Aliiſ uero inſpirat inuidiã: ut ſuiſ ipſiſ tormentiſ occupati: nihil aliud cogitent: niſi eorum quoſ oderint felicitatem. Alioſ inflammat ãbitionibuſ. Hii ſũt qui

2008 Ministerio de Cultura

ad gerēdoſ magiſtratuſ: omnē uite ſue operā curāq; cōuertūt. ut factoſ ſignent & anniſ nomen īponant. Quorūdā cupiditaſ tendit altiuſ non ut prouintiaſ tempali gladio regant. ſed ut infinita & perpetua poteſtate dominoſ ſe dici uelint uniuerſi generiſ humani. Quoſ autem pioſ uiderit inanibuſ īplicat religionibuſ: ut īpioſ fatiat. Hiſ uero q ſapientiā querunt: pbiam in oculoſ impingit ut ſpetie luciſ exercet: ne quiſ cōphendat aut teneat ueritatem. Sic hominibuſ obſtruxit adituſ omneſ. & obſepſit omneſ uiaſ publiciſ lataſ erroribuſ. Quoſ ut diſcutere poſſemuſ: ipſūq; auctorem malorum uicere. illuīauit noſ deuſ: & armauit uera celeſtiq; uirtute. de qua mihi nūc diſſerēdū ē.

Capi. V. De falſa diffinitōe phīe. quā autore Lucilio poſuerūt philoſophi. & uera differentia ſciētie & uirtutiſ.

S Ed pruſq̄ ſingulaſ uirtuteſ exponere īcipiā: determinānda eſt ipſa uirtuſ. quā philoſophi non recte diffinierunt qd eſſet: aut in qbuſ rebuſ quid operiſ quid habeat offitii. Nomē itaq; ſolū retinuerūt uim uero & effectū & rationē pdiderūt. Quecunq; autem in diffinitione uirtutiſ ſolent dicere: paucis uerſibuſ collegit & eneruat Luciliuſ. quoſ malo eqdē ponere: ne dum multorum ſententiaſ refello: ſim longior q̄ neceſſe eſt. Virtuſ albine: eſt pretium perſoluere uerū. Quiſ īuerſamur. qſ uiuimuſ rebuſ poteſſe. Virtuſ ē homī ſcire id qd̄ queq; habeat reſ. Virtuſ ſcire homini rectum: utile: quid ſit honeſtum. Que bona que mala. Itē quid inutile: turpe: inhoneſtum. Virtuſ querende rei finē: ſcire modūq;. Virtuſ diuitiiſ: pmiū pſoluere poſſe. Virtuſ id dare quod re ipſa debetur honori. Hoſtē atq; inimicum hominum morūq; bnorū. Contra defēſorū hoīm: morūq; bonorum. Hoſ magnificare: hiſ bene uelle: hiſ uiuere amicū. Cōmoda preterea patrie prima putare. Deinde parētū tertia iā poſtremaq; noſtra. Ab hiſ diffinitionibuſ quaſ poeta breuiter comprehendit. Marcuſ tulliuſ traxit offitia uiuendi: Panetium ſtoicum. ſecutuſ eaq; tribuſ uolumībuſ īcluſit. Hec autē q̄ falſa ſit mox uidemuſ. ut appareat q̄tū nobiſ dignatio diuina cōtulerit. que nobiſ apuit ueritatē. Virtutē eſſe dixit. ſcire quid ſit bonum & malū. quid turpe: quid honeſtum: quid utile. quid minuſ breuiuſq; facere potuit ſi tātū bonū ac malū

2008 Ministerio de Cultura

diceret quia nihil poteſt eſſe utile uel honeſtum: quod non idē bonum ſit. Nihil inutile ac turpe: qđ nō idē malū ſit. Quod & philoſophis uidet̄. & idē. Cicero in tertio ſupradicti opiſ libro oſtendit. Verum ſcīa non poteſt eſſe uirtuſ. quia non ē intuſ ī nobiſ. ſed ad noſ extrinſecuſ uenit. Quod aūt trāſire ab altero ad alteꝝ poteſt: uirtuſ non eſt. qa uirtuſ ſua cuiq; ē. Scīa igit̄ alieni benefitii ē. qa poſita ē in audiendo. Virtuſ tota noſtra eſt quia poſita eſt in uoluntate fatiendi bonū. Sicut ergo in itinere celebrādo nihil prodeſt uiā noſſe: niſi conatuſ ac uireſ ſuppeditent ambulādi: ita uero ſcīa nihil ꝓdeſt: ſi uirtuſ ꝓpͣ defitiat. Nā fere etiam hi qui peccant. & ſi non perfecte: tamē quid ſit bonum & malum ſentiunt. Et quotienſ aliqd īprobe fatiunt: peccare ſe ſciunt. & ideo celare nitūtur. ſed cū eoſ boni & mali natura non fallat: cupiditate mala uincūtur ut peccēt. quia deeſt illiſ uirtuſ. ideſt cupiditaſ recta & honeſta fatiēdi. Ex hoc igit̄ apparet aliud eſſe ſcīam boni maliq; aliud uir/tutē. qa pōt eſſe ſcīa ſine uirtute ſicut ī plurimiſ philoſophoꝝ fuit. In quo quoniā recte ad culpam pertinet non feciſſe que ſcieriſ. recte uoluntaſ praua & uitioſuſ animuſ quem excuſare ignoratio non poteſt punietur. Ergo ſicut uirtuſ non ē: bonū ac malum ſcire. ita uirtuſ ē: bonum facere malū non facere. Et tamē ſcīa ſic cum uirtute coniūcta ē: ut ſcīa precedat uirtutē: uirtuſ ſequat̄ ſcīam. quia nihil prodeſt cognitio. niſi & actio ſubſequatur. Horatiuſ ergo paulo meliuſ diffiniuit. Virtuſ ē uitium fugere & ſapiētia prima ſed īepte quia eam contrario terminauit ut ſi diceret bonum ē quod malū nō ē. Cur enī qd ſit uirtuſ neſcio: ne uitium quidē quid ſit ſcio. Vtrūq; igitur indiget diffinitōe. qa natura rei taliſ ē: ut utrūq; aut intelligi aut non intelligi ſit neceſſe. Verū noſ fatiamuſ qđ ille debuit. Virtuſ ē irā cohibere. cupiditatē cōpeſcere: libidinē refrenare. Id ē enim uitium fugere. Nā fere omnia que fiunt īiuſte atq; īprobe. ab hiſ oriuntur affectibuſ. Si enim cōmotioniſ huiuſ que ira dicit̄ īpetuſ retūdat̄. omneſ hominū cōtentioneſ male ſopientur. nemo īſidiabitur. nemo proſiliet ad nocendū. Item ſi cupiditaſ temperetur. nemo terra mariq; graſſabitur. nemo exercitiū ducet. ut rapiat et uaſtet aliena. Itē ſi ardor libidi/num comprimatur. omniſ etaſ & ſexuſ retinebit ſuā ſāctitatē. Nemo quidq̄ pudēdum aut patietur aut fatiet. ergo uniuerſa

2008 Ministerio de Cultura

ſcelera & flagitia hiſ cómotionibuſ uirtute ſedatiſ: ex hominú
uita moribuſq; tollenť. Que ſedatio cómotionum & affectuú
hanc habet rationem: ut omnia recta fatiamuſ. Omne igitur
uirtutiſ offitium ē non peccare. quo profecto fungi non pót:
qui deum neſcit. quoniam ignoratio eiuſ a quo bona oriútur
imprudenter impingat in uicia neceſſe eſt. Itaq; ut breuiuſ &
ſignificantiuſ utriuſq; rei ſumma offitia determinē: ſcía ē deú
noſſe. uirtuſ colere. í illo ſapientia. in hoc iuſtitia continetur.

Capit. VI. Quod philoſophi neſcierunt quid eſſet bonú
aut malú. qa fontē boni lucidú neſciebát. nec ítellexerút
quiſ debeat rerum & operú finiſ eſſe. & quomodo cóſtet
Lucilium falſo diffiniuiſſe uirtutiſ offitia.

DIxi quod erat primú ſciam boni non eſſe uirtutē. deíde
quid ſit uirtuſ & in quo ſit. ſequitur: ut id quoq; ipſú quid
ſit bonum & malum neſciſſe philoſophoſ breuiter oſtēdá. quia
pene declaratum ē libro tertio cú de ſummo bono diſputarē.
Qui autem quid eſſet ſummum bonum neſcirent & in ceteriſ
boniſ maliſue que ſumma non ſunt errauerint neceſſe eſt. qđ
non poteſt uero iuditio examinare: qui fótem ipſú nó tenet:
unde illa deſcendunt. Fonſ autem bonorum deuſ eſt. malorú
uero ille ſcilicet diuini nominiſ ſēper ínimicuſ. de quo ſepe dix/
imuſ. Ab hiſ duobuſ prícipiiſ bona malaq; oriunť. Que ueniút
a deo hanc habent rationem: ut ímortalitatē parent quod ē
ſummum bonum. Que autē ab illo altero: id habent offitiú ut
a celeſtibuſ aduocatum terreniſq; demerſú: ad pená interficiát
ſempiternam. quod eſt ſummú malum. Non igitur dubium ē
quin omneſ illi: qui quid eſſet bonum & malum ignorauerint:
qui nec deum nec aduerſariú eiuſ ſcierít. Itaq; finē bonorum
ad corpuſ & ad hanc uitam breuē retulerút. quod ſcilicet ſolui
& occidere neceſſe ē nó ſunt ꝓgreſſi ulteriuſ. ſed omía pcepta:
& omía que inducút bona terre íherent & humi iacēt. quoniá
ſimul cum corpore quod eſt terra moriuntur. pertinet ení nó
ad uitam homini comparádam. ſed ad querendaſ uel agendaſ
opeſ: honoreſ: gloriam: potētiam. que ſunt uniuerſa mortalia
tam ſcilicet q̃ ille qui ut ea ſibi contingerent laborauit. Hinc ē
illud. Virtuſ querende rei finem ſare modumq;. Precipiút ení

2008 Ministerio de Cultura

quibuſ modiſ & quibuſ artibuſ reſ familiariſ querenda ſit. quia
uidẽt male queri ſolere. Sed huiuſmodi uirtuſ non ẽ ꝓpoſita
ſapienti. Nec enim eſt uirtuſ opeſ querere: quaꝝ neq; inuẽtio
neq; poſſeſſio in noſtra poteſtate ẽ. Itaq; & queſtu & obtentu
faciliores ſunt maliſ q̃ boniſ. Nõ põt ergo uirtuſ eẽ ĩ hiſ rebuſ
querendiſ: in quarũ contẽptu uiſ ac ratio uirtutiſ apparet. nec
ad ea ipſa trãſfugiet: que magno ac excelſo animo calcare ac
proterere geſtit. neq; faſ eſt animam celeſtibuſ intentã boniſ:
ut hec fragilia ſibi cõparet. ab ĩmortalibuſ ſuiſ opibuſ auocari.
ſed potiſſimum in hiſ rebuſ comparandiſ uirtutiſ ratio cõſiſtit.
quaſ nobiſ nec homo ulluſ: nec morſ ipſa poſſit auferre cũ hec
ita ſe habeant. illud quod ſequitur uerum eſt. Virtuſ diuitiiſ
pretium perſoluere poſſe. Qui uerſuſ idẽ fere ſignificat qđ ꝑmi
duo. ſed neq; ipſe neq; quiſq̃ philoſophorum ſcire potuit: ꝑtiũ
ipſum uel quale uel quod ſit. Idẽ enĩ poete & illi omneſ quoſ
ſecutuſ eſt putauerunt recte opibuſ uti. hoc eſt frugi eſſe non
inſtruere cõuiuia ſũptuoſe. nec largire temere. non effũdere in
reſ ſuperuacuaſ aut turpeſ rem familiarẽ. Dicet aliqſ fortaſſe.
Quid tu? Negaſne eſſe hãc ueritatem? Non equidem nego.
contraria enĩ uideor probare ſi negem. ſed ueram nego. quia
non ſit illa celeſtiſ ſed tota terrena. quãdoquidem nihil efficit
niſi quod remaneat in terra. Quid ſit autem recte opibuſ uti &
quid ſit ex diuitiiſ fructuſ petẽduſ: declarabo apertiuſ: cum de
pietatiſ offitio loqui cepero. Iam cetera que ſequũt nullo mõ
uera ſunt. Nã in ꝓbiſ inimicitiaſ indicere aut bonoꝝ defẽſionẽ
ſuſcidere: poteſt cum maliſ eſſe cõmune. Quidam enĩ probitate
ficta uiam ſibi ad potẽtiã muniunt. fatiuntq; multa que boni
ſolent. eo quidẽ promptiuſ: ꝙ fallẽdi gratia fatiunt. Vtrũq;
tam facile eſſet preſtare: q̃ facile eſt ſimulare bonitatem. Sed
hi cum eſſe ceperint propoſiti ac uoti ſui compoteſ: & ſũmum
potentie gradũ ceperint: tũ uero ſimulatione depoſita moreſ
ſuoſ detegũt. capiũt. omnia uiolãt & uexãt. eoſq; ipſoſ bonoſ
quorum cauſam ſuſceperant inſequũtur. & graduſ per quoſ
aſcenderunt ãputant. ne quiſ illoſ contra ipſoſ poſſit imitari.
Verũ tamen putemuſ hoc offitiũ non niſi boni eſſe: ut bonoſ
defendant at id ſuſcipere facile eſt. implere difficile. quia cum
te certamini cõgreſſioniq; commiſeriſ: in arbitrio dei non tuo
poſita uictoria eſt. Et plerũq; ĩprobi & numero & cõſpiratõe

2008 Ministerio de Cultura

ſunt potentioreſq̄ boni. ut ad eoſ ſupandoſ non tā uirtuſ ſit q̄ felicitaſ neceſſaria. An aliqſ ignorat quotienſ melior iuſtiorq; parſ uicta ſit? Hic ſemp dānationeſ acerbe ī ciueſ extiterūt. Plena eſt exemplis omnis hiſtoria: ſed noſ cōtēti erimuſ uno. Claudiuſ enim pōpeiuſ bonorum uoluit eſſe defenſor. ſiqdē pro re publica pro ſenatu pro libertate. arma ſuſcepit. Idem tamen uictuſ cū ipſa libertate occidit: & a ſpadonibuſ egiptiiſ detrūcatuſ inſepultuſ abiectuſ eſt. Non eſt igitur uirtuſ aut hoſtem malorum aut defenſorem bonorum eſſe. quia uirtuſ ī certiſ caſibuſ non pōt eſſe ſubiecta. Commoda preterea patrie prima putare. ſublata hominū cōcordia nulla ē omnino. que ſūt enī patrie cōmoda niſi alteriuſ ciuitatiſ aut gētiſ īcōmoda? Id eſt fineſ propagare alioſ uiolēter ereptoſ augere īperium uectigalia facere meliora. Que omnia non utiq; uirtuteſ: ſed uirtutum ſūt euerſioneſ. In primiſ enī tollit̄ humane ſocietatiſ coniunctio. tollitur īnocentia. tollit̄ alieni abſtinentia. tollit̄ deniq; ipſa iuſtitia. que diſcidium generiſ humani facere non poteſt. & ubicūq; arma fulſerunt hinc eā fugari & extermīari neceſſe eſt. Verum eſt Ciceroniſ illud. Qui aūt ciuiū rationē dicunt habendam. externorum negant. dirimunt hi cōmunē generiſ humani ſocietatē. qua ſublata: beneficentia liberalitaſ iuſtitia funditus tollitur. Nam quomodo poteſt iuſtuſ eſſe q nocet. qui odit. qui ſpoliat. qui occidit? Que omnia fatiunt: q patrie prodeſſe nituntur. Id enim prodeſſe quid ſit ignorant. qui nihil putant utile. nihil cōmodum: niſi quod teneri manu poteſt. quod ſolū teneri nō poteſt. qa eripi poteſt. Hec itaq; ut ipſi appellāt bona quiſqſ patrie acquiſierit: hoc ē q euerſiſ ciuitatibuſ. gentibuſq; deletiſ erariū pecunia referſerit. agroſ ceperit. ciueſ ſuoſ locupletioreſ fecerit. hic laudibuſ fert̄ in celū. hec putatur ſumma & pfecta eſſe uirtuſ. Qui error nō modo populi & imperitorum ſed etiā philoſophrū eſt. q precepta quoq; dant ad iuſtitiā. ne ſtultitie ac malitie diſciplineq; auc/toritaſ deſit. Itaq; cum de offitiiſ ad rem militarem ptinētibuſ diſputēt. neq; ad iuſtitiam neq; ad ueram uirtutem cōmodat̄ illa omniſ oratio. ſed ad hanc uitā moremq; ciuilem: quem non eſſe iuſtitiam & reſ indicat. i& ipſe Cicero teſtatuſ eſt. Sed noſ ſquit ueri iuriſ germaneq; iuſtitie ſolidam & expreſſā effigiē nullā tenemuſ. Umbra & imaginibuſ utimur. eaſq; ipſaſ utinā

2008 Ministerio de Cultura

ſequeremur ferunt̃ enim ab optimiſ nature ac uirtutiſ exẽpliſ.
Vmbra eſt igit̃ & imago iuſtitie: q̃ illi iuſtitiam putauerũt.
Quod ſapiẽtiam? Nõne idem cõfitet̃ ĩ philoſophiſ eſſe nullã?
Aut cum Fabritiuſ inquit aut Ariſtideſ iuſtuſ nominetur: aut
ab illiſ fortitudiniſ aut ab hoc iuſtitie tã q̃ a ſapiente petitur
exemplum. Nemo enĩ horum ſic ſapiẽſ ut ſapientem uolumuſ
intelligi. Nec hi qui ſapiẽteſ habiti et nominati. Marcuſ Cato
& Cicero Leliuſ ſapienteſ fuerunt. Nec illi quidem ſeptem. ſed
ex mediorum offitioꝝ frequentia ſimilitudinem quãdam ge/
rebant ſpetiem q; ſapientum. Si ergo et philoſophiſ ipſorum
cõfeſſione. adempta ſapientia eſt. & hiſ qui iuſti habiti ſunt.
adempta iuſtitia eſt. Omniſ igitur ille uirtutiſ deſcriptioneſ
falſe ſint neceſſe eſt. quia que ſit uera uirtuſ ſcire non poteſt
niſi iuſtuſ ac ſapienſ. Iuſtuſ autem ac ſapiẽſ nemo eſt niſi quem
dominuſ preceptiſ celeſtibuſ erudiuit.

Capit. vii. Quod in uia erroriſ eſt ſpetieſ ſapientie et uirtutiſ. Et q; uia ueritatiſ & ſapiẽtie eſt ſimplex et an/guſta & ardua. & deum habet ducem.

NAm illi omneſ qui per alioꝝ cõfeſſam ſtulticiam ſapiẽteſ
exiſtimantur: ſpetie uirtutiſ induti: umbraſ & imagineſ
apprehendunt: nihil uerum. Quod ea fit ratione: quoniã uia
illa ut mendax: que fert ad occaſum. multoſ tramiteſ habet.
propter ſtudiorum & diſciplinarum ueritatem: que ſunt ĩ uita
hominum diſſimileſ atq; diuerſe. Nam ſicut illa uia ſapientie
habet aliq̇d ſimile ſtulticie: q̇d libro ꝑcedẽte mõſtrauimuſ:
ita hec cum ſit tota ſtulticie: habet aliq̇d ſimile ſapientie. q̇d
arripiant hi qui ſtulticiam publicam intelligunt. et ut habet
uicia manifeſta: ſic habet aliq̇d q̇d ſimile eſſe uideat̃ uirtuti. ut
habet apertum ſceluſ: ſic imaginem quãdam ſpetieq; iuſtitie.
Quomodo enim precurſor eiuſ uie: cuiuſ uiſ & poteſtaſ omniſ
in fallendo eſt: uniuerſoſ in fraudẽ poſſet inducere: niſi uerìſi/
milia hoĩbuſ oſtentaret? Deuſ enim ut ĩmortale illud arcanũ
eiuſ in aperto eſſet: poſuit in uia ſua: que homineſ pro maliſ &
turpibuſ aſpernarẽtur. ut auerſi a ſapientia & ueritate: quam
ſine duce illo requirebant: in idipſum inciderent: quod uitare
ac fugare cupiebant. Itaq; illam perditioniſ ac mortiſ uiam

2008 Ministerio de Cultura

multiplicem oſtendit. uel ꝙ multa ſint genera uite. uel ꝙ dii multi qui coluntur. Huiuſ dux preuaricator ac ſubdoluſ: ut uideatur eſſe diſcrimen aliquod falſi & ueri mali ac boni. Alia ducit luxurioſoſ. alia eoſ qui frugi appellant᷑. alia imperitoſ: alia indoctoſ: alia inerteſ: alia ſtrēnuoſ: alia ſtultoſ: alia phōſ. Et eoſ quidem non uno tramite. Illoſ enī qui aut uoluptateſ aut diuitiaſ non refugiūt: ab hac publica & celebri uia modice ſegregat. Eoſ autē q aut uirtutē ſequi uolunt: aut cōtemptū rerum cōfitentur: per fragroſa quedam precipitia trahit. Sed tamen illa omnia itinera que ſpeciem bonorum oſtentant nō ſunt alie uie: ſed diuerticula & ſemite: que uidentur quidem ab illa cōmuni dextro uerſum ſeparari. ad eandem tamen & ad unum omneſ exitum ſub ipſo fine referuntur. Ibi enī dux ille coniungit omneſ: ubi opuſ fuerat bonoſ a maliſ: forteſ ab inertibuſ: ſapienteſ a ſtultiſ ſeparari. in deorum ſcilicet cultu: ī quo ille uniuerſoſ quia ſine ullo diſcrimine ſtulti fuerunt: uno mucrone iugulat & precipitat in mortem. Hec autē uia que eſt ueritatiſ: & ſapientie: & uirtutiſ: & iuſtitie. quorum omniū fonſ unuſ eſt. una uiſ: una ſedeſ: & ſimplex eſt. quod paribuſ animiſ ſummaq; cōcordia unum ſequamur & colamuſ deum. & anguſta. quoniam pautioribuſ uirtuſ data eſt. & ardua: quoniā ad bonum. quod ſummū & ſublime eſt niſi cū ſūma difficultate & labore non poteſt perueniri.

Capitu. viii. Quare a philoſophiſ ueritaſ inueniri non poterat. nec ab hiſ q terreniſ dediti ſūt. ſed ab electiſ iue/nit per legem dei. cui poteſt Ciceroniſ diffinitio adaptari.

HEc eſt uia quā philoſophi querūt. ſed ideo nō īuenerūt: qa in terra potiuſ ubi apparere nō pōt querunt. Errant ergo uelut in mari magno. nec quo ferantur intelligunt. quia nec uiam cernunt: nec ducē ſequūtur ullū. Eadem nāq; ratōe hanc uite uiam queri oportet. qua in alto iter nauibuſ querit᷑. que niſi aliquod celi lumen obſeruent: incertiſ curſibuſ uagāt᷑. Quiſqſ autem rectum iter uite tenere nititur: non terrā debet aſpicere ſed celū. & ut apertiuſ loquar: nō hominē ſequi debet ſed deū. non hiſ terreſtribuſ ſimulachriſ: ſed deo ſeruire celeſti. non ad corpuſ referrri omnia: ſed ad mentē. non huic uite dare

2008 Ministerio de Cultura

operam: ſed eterne. Itaq; ſi oculoſ in celum ſemper intendaſ: & ſolem qua oritur obſerueſ. eũq; habeaſ uite q̃ſi nauigii ducem: ſua ſponte in uiam pedeſ dirigentur. & illud celeſte lumẽ quod ſaniſ mentibuſ multo clariuſ ſole eſt: q̃ hic quẽ ĩ carne mortali uidemuſ. ſic reget. ſic gubernabit: ut ad ſũmũ ſapiẽtie uirtutiſq; portum ſine ullo errore perducat. Suſcipiẽda igitur dei lex ẽ: que noſ ad hoc iter dirigat: illa ſãcta illa celeſtiſ quã Marcuſ tulliuſ in libro de re publica tertio pene diuina uoce depinxit: cuiuſ ego ne plura dicerem uerba ſubieci. Eſt q̃dem uera lex recta ratio nature cõgrueſ: diffuſa ĩ omẽſ: cõſtãſ ſẽpiterna: que uocet ad offitiũ iubẽdo: uetãdo: a fraude deterreat. que tamẽ neq; proboſ fruſtra iubet aut uetat: nec improboſ iubẽdo aut uetãdo mouet. Huic legi nec propagari faſ eſt neq; derogari ex hac aliquid licet. neq; tota abrogari poteſt: nec uero aut p̃ ſenatum aut per populum ſolui hac lege poſſumuſ. Neq; eſt querẽduſ explanator aut ĩterpreſ eiuſ. Nec erit alia lex rome: alia athenis: alia nũc: alia poſt hanc. ſed & omneſ gẽteſ & omĩ tempore una lex & ſẽpiterna & ĩmutabiliſ cõtinebit. Vnuſq; erit cõmuniſ quaſi magiſter & ĩperator omniũ deuſ. ille legiſ huiuſ inuentor: diſceptator: lator. cui qui non parebit: ipſe ſe fugiet. ac naturam hominiſ aſpernatur. hoc ipſo luet maximaſ penaſ. etiam ſi cetera ſupplitia que putantur effugerit. Quiſ ſacramentũ dei ſcienſ: tã ſignificanter enarrare legẽ dei poſſet: q̃ illã homo longe a ueritatiſ notitia remotuſ expreſſit. Ego uero eoſ q uera imprudenteſ loquũtur: ſic habendoſ puto tãq̃ diuino ſpiritu aliquo ĩſtructi. Quod ſi ut legiſ ſancte uim ra/tionẽq; peruidit: ita illud quoq; ſciſſet aut explicaſſet: ĩ q̃buſ p̃ceptiſ lex ip̃a cõſiſteret. nõ philoſophi fũctuſ eſſet offitio: ſed prophete. quod q̃a facere ille nõ poterat: nobiſ faciẽdũ ẽ: q̃buſ ip̃a lex tradita ẽ ab illo uno magiſtro & ĩp̃atore omniũ deo.

Capi. ix. Quod caput religioniſ & uia ueritatiſ eſt deum fideliter noſcere & fideliter colere. Et quare diuerſe legeſ ſint a gẽtibuſ inſtitute. Et q̃ſ ſenſuũ integritate uigeat. quam gratia largitur potiuſ q̃ natura.

QVuiſ legiſ caput eſt primũ ipſũ deũ noſſe. ſoli obtẽpare: ſolum colere. Non poteſt enim rationem hoĩſ obtinere.

2008 Ministerio de Cultura

qui parētem anime ſue deum neſcit.quod eſt ſummū nephaſ. Que ignoratio facit ut diſ alieniſ ſeruiat.quo nihil ſceleratiuſ com mitti pōt.Hinc ꝓcliuiſ ē ad malitiā graduſ:ꝑ ignorātiā ueri ac ſingulariſ boni·quia deuſ quem noſſe refugit:fonſ eſt ipſe bonitatiſ. uel ſi iuſtitiam ſeq uolet dei: diuini tamē iuriſ ignaruſ.gentiſ ſue legeſ tanꝗ uerum iuſ amplectitur.quaſ nō utiq; iuſtitia ſed utilitaſ repperit.Cur enim ꝑ omneſ populoſ diuerſa & uaria iura ſunt cōdita.niſi ꝙ unaqueq; genſ id ſibi ſanxit:quod putauit rebuſ ſuiſ utile? Quantum aūt a iuſtitia recedat utilitaſ: populuſ ipſe romanuſ docet.qui perfectialeſ bella indicendo : & legitime iniuriaſ faciendo:ſemperq; aliena cupiendo atq; rapiēdo:poſſeſſionē ſibi totiuſ orbiſ cōparauit. Verum hi ſe iuſtoſ putant:ſi cōtra legeſ ſuaſ nihil faciant.qđ etiam timori aſcribi poteſt: ſi preſētiū penarū metu ſceleribuſ abſtineant. Sed cōcedamuſ ſane:ut id natura uel ut ait phūſ ſua ſponte faciant:quod legibuſ facere coguntᷣ. Num idcirco iuſti erunt:qui parent inſtitutiſ hominū.qui & ipſi aut errare aut iniuſti eſſe potuerūt. Sicut illi duodecī tabulaꝝ cōditoreſ. qui publice utilitati pro cōditione temporū ſeruierūt? Aliud eſt igitur ciuile iuſ quod pro moribuſ ubiq; uariatur.aliud eſt uera iuſtitia: quā uniformem ac ſimplicem propoſuit omībuſ deuſ.quem qui ignorat:& ipſam iuſtitiam ignoret neceſſe eſt. Sed putemuſ fieri poſſe:ut aliquiſ naturali & ingenito bono ueraſ uirtuteſ capiat.qualē fuiſſe Thimonē atheniſ accepimuſ: q et egentibuſ ſtipē dedit.& pauperes inuitauit.& nudoſ īduit. tamen cum illud unum quod eſt maximum deeſt agnitio dei: tam illa bona omnia ſuperuacua ſūt & inania.ut fruſtra in hiſ aſſequendiſ laborauerit. Omniſ enī iuſtitia eiuſ ſimiliſ ē hūano corpori caput nō habēti.in quo tā & ſi mēbra omía & lociſ ſuiſ cōſtent:& figura & habitudine.tamen quoniam deeſt id quod ē omnium principale. & uita & omni ſenſu caret. Itaq; mēbra illa formam tātummodo mēbroū habent:uſum non habēt.tā ſcilicet ꝗ caput ſine corpore cui ſimiliſ ē q cū deū nō ignoret: uiuit iniuſte. Id enim ſolum habet qđ eſt ſummū·ſed fruſtra: quoniā uirtutibuſ tanꝗ mēbriſ caret. Itaq; ut ſit uiuū ac ſēſi/ bile corpuſ : & agnitio dei neceſſaria eſt ꝗſi caput. & uirtuteſ omneſ ꝗſi corpuſ.ita fiet homo perfectuſ ac uiuuſ. ſed tamen ſūma omniſ in capite ē qđ ꝗuiſ cōſtare nō poſſit ſine omībuſ:

2008 Ministerio de Cultura

ſine quibuſdam tamen poteſt. Et erit quidem animal uitioſũ ac debile. ſed tamen uiuet. ſicut & hiſ qui deũ nouit. & ĩ aliqua re peccat. dat enĩ peccatiſ ueniã deuſ. Itaq; ſine mẽbriſ aliq̃buſ uiui pôt. ſine capite nullo modo. Hec reſ effecit. ut philoſophi etiã ſi natura boni ſunt. tamen nihil ſciant: nihil ſapiãt. Omĩſ doctrina & uirtuſ eorum ſine capite eſt. quia deum neſciũt q̃ ẽ uirtutiſ ac doctrine caput. quẽ q̃ nõ agnoſcit: licet uideat cecuſ ẽ. licet audiat ſurduſ. licet loquat̃ elinguiſ ẽ. Cũ uero cõditorẽ rerũ parentẽq; cognouerit: tunc & uidebit & audiet & loquet̃. Habere enĩ caput cepit. in quo ſũt ſenſuſ omneſ collocati. hoc eſt oculi auriſ & lingua. Nam profecto iſ uidet: qui ueritatẽ ĩ qua deuſ eſt: uel deũ in quo ueritaſ eſt oculiſ cordiſ aſpexerit. Iſ audit ꝑ diuinaſ uoceſ ac p̃cepta uitalia pectori ſuo affigit. Iſ loquit̃ ꝗ celeſtia diſſerenſ: uirtutẽ ac maieſtatẽ dei ſĩgulariſ enarrat. Quare non eſt dubiũ quin ipſiuſ ſit quiſq̃ſ deum non agnouerit: omẽſq; uirtuteſ eiuſ q̃ſ habere aut tenere ſe putat: in illa mortifera uia reperiuntur: que eſt tota tenebrarũ. Qua propter nihil eſt ꝙ aliquiſ ſibi gratulet̃: ſi haſ inaneſ uirtuteſ adeptuſ ẽ. quia nõ tantum miſer qui boniſ preſentibuſ careat: ſed etiam ſtultuſ ſit neceſſe eſt. qui laboreſ in uita ſua maximoſ ſuſcipiat in caſſum. Nam dempta ſpe ĩmortalitatiſ quam deuſ pollicet̃ in ſua religione uerſantibuſ: cuiuſ aſſequende gratia uirtuſ appetẽda eſt: & quicquid malorum acciderit ꝑferẽdũ ẽ. Maxima erit profecto uanitaſ: obſequi uelle uirtutibuſ: que fruſtra homini calamitateſ afferũt & laboreſ. Nam ſi uirtuſ ẽ: egeſtatem: exilium: dolorem: mortemq;: que timentur a ceteriſ pati fortiter ac ſubire: quid tandem boni in ſe habet? Cur eam philoſophi propter ſeipſam dicant expedendam? Nimirũ ſu/puacuiſ & ianibuſ peniſ delectant̃. q̃buſ licet agere trãquille. Si enim mortaleſ ſunt anime: ſi uirtuſ diſſoluto corpore nihil futura eſt: quod fugimuſ attributa nobiſ bona. q̃ſi aut ingrati aut indigni qui diuiniſ muneribuſ perfruamur? Que bona ut habeamuſ: ſcelerate ĩpieq; uiuendum eſt. quia uirtutem id eſt iuſtitiam paupertaſ ſequitur. Sanuſ igitur non eſt: qui nulla ſpe maiori propoſita: hiſ boniſ q̃buſ ceteri utũt̃ ĩ uita: laboreſ & cruciatuſ & miſeriaſ anteponat. Si aũt uirtuſ ut ab hiſ rectiſſĩe dicitur capeſſenda eſt: quia cõſtet ad eã naſci hominem. ſubeſſe debet ſpeſ aliqua maior. que malorum & laborum quoſ ꝑferre

2008 Ministerio de Cultura

uirtutiſ eſt: magnum afferat preclarumq; ſolatium. Nec aliter
uirtuſ cum per ſe dura ſit haberi pro bono põt: q̃ ſi acerbitatẽ
ſuam maximo bono penſet. Eq; non aliter hiſ boniſ p̄ſentibuſ
abſtinendum eſt: q̃ ſi ſint aliqua maiora propter que tanti ſit
& uoluptateſ omittere & mala omnia ſuſtinere. Ea uero nulla
ſunt dona alia ut in tertio docui. niſi perpetue uite. Hanc aũt
preſtare quiſ poteſt niſi deuſ. q uirtutẽ ipſã propoſuit? Ergo
in dei agnitione & cultu rerum ſumma uerſatur. in hoc ẽ ſpeſ
omniſ & ſaluſ hominiſ. hic ẽ ſapientie graduſ p̄muſ ut ſciamuſ
quiſ ſit nobiſ uerus pater. eũq; ſolũ pietate debita p̄ſeq̃mur.
huic pareamuſ. huic deuotiſſime ſeruiamuſ. in eo promerendo
actuſ omniſ & cura & opera collocetur.

Capit. x. Quod religio deo miſericordia homini debetur.
Et quaſ cauſaſ edificandi ciuitateſ & cõueniẽdi ſocialiter.
& inuentioniſ uerborũ falſo commenti ſunt.

DIxi quid debeatur deo. dicã nunc quid homini tribuẽdũ
ſit. quanq̃ id ipſum quod homini tribueriſ deo tribuitur.
quia homo dei ſimulachrũ eſt. ſed tamẽ primũ offitiũ iuſtitie
eſt coniungi cum deo. ſcd̃m cũ homine. ſed illud primũ religio
dicitur. hoc ſcd̃m miſericordia uel humanitaſ nominatur. Que
uirtuſ propria eſt iuſtorum & cultorum dei. q; ea ſola uite cõ/
muniſ ĩ ſe cõtinet rationem. Deuſ enim qui ceteriſ animalibuſ
ſapientiam non dedit: naturalibuſ ea munimentiſ ab ĩcurſu &
periculo tutiora generauit. Hominem uero nudũ fragilemq;
formauit. ut eum ſapiẽtia potiuſ inſtrueret: dedit p̄ter cetera
hunc pietatiſ affectum: ut homo hominem tueatur: diligat:
foueat: cõtraq; omnia pericula & accipiat & preſtet auxiliũ.
Summũ igitur inter ſe hominum uinculum eſt humanitaſ. qđ
qui diſruperit nefariuſ & parricida exiſtimãduſ eſt. Nã ſi ab
uno homine quẽ deuſ finxit omneſ orimur: certe cõſanguinei
ſumuſ. & ideo maximũ ſceluſ putãdum eſt odiſſe hominẽ uel
nocentem. Propterea deuſ p̄cepit inimicitiaſ per noſ nunq̃ fa/
ciendaſ. ſemper eſſe tollẽdaſ. ſcilicet ut eoſ qui ſint nobiſ ĩimici.
neceſſitudiniſ admonitoſ mitigemuſ. Itẽ ſi ab uno deo ĩſpirati
ſumuſ omneſ & animati quid aliud q̃ fratreſ ſumuſ? Et quidẽ
coniunctioreſ quidem animiſ: q̃ qui corporibuſ. Itaq; nõ errat

2008 Ministerio de Cultura

Lucretiuſ cum dicit. deniq; celeſti ſumuſ omneſ ſemine oriūdi. Omnibuſ ille idem pater eſt. Ergo pro beluiſ immanibuſ ſūt habendi: qui hominibuſ nocent. qui contra iuſ humanitatiſ & faſ omne ſpoliant: cruciant: occidunt: exterminant. Ob hanc neceſſitudinem germanitatiſ docet noſ deuſ mala nūq̄ facere: bonum autem ſemper. Id aūt ipſum bene facere quid ſit: idē ipſe p̄ſcribit. Preſtare auxilium depreſſiſ & laborātibuſ. īp̄tiri uictum non habentibuſ. Deuſ enim quoniam piuſ eſt: animal noſ uoluit eē ſociale. Itaq; ī aliiſ hominibuſ noſ ipſoſ cogitare debemuſ. Non meremur in periculo liberari: ſi nō ſuccurrimuſ. non meremur auxilio: ſi negamuſ. Ad hanc partem phōrum nulla p̄cepta ſunt. quippe qui falſe uirtutiſ ſpecie capti miſe/ricordiā de homine ſuſtulerūt. & dū uolūt ſanare uitiauerūt. Et cum iidem plerumq; fateantur: ſocietatiſ humane cōionē eſſe retinendā. ab ea plane ſeipſoſ in hūane uirtutiſ ſue rigore diſſociant. Cōuincenduſ ergo etiam hic error illorum eſt. qui nihil cuiq̄ īp̄tiendum putant. Vrbiſ condende originem atq; cauſam non unam intulerunt. ſed alii eoſ homineſ qui ſint ex terra primituſ nati: cum per ſiluaſ & campoſ erraticā degerēt uitam. nec ullo inter ſe ſermoniſ: aut iuriſ uinculo cohererent: ſed frondeſ & herbā pro cubilibuſ: ſpelūcaſ & antra ꝓ domibuſ haberent. beſtiiſ & fortioribuſ animalibuſ prede fuiſſe cōme/morant. Tum eoſ q aut laniati effugerant: aut laniari ꝓxīoſ uiderant: admonitoſ periculi ſui: ad alioſ homineſ decurriſſe. preſidium īploraſſe. & primo nutibuſ uoluntatem ſignificaſſe. Deinde ſermoniſ initia temperaſſe: ac ſinguliſ quibuſq; rebuſ nomina īprimendo: paulatim loquendi perfeciſſe rationē. Cū autem nec multitudinem ipſā uiderent contra beſtiaſ eē tutā: oppida etiam cepiſſe munire. ut uel quietem noctiſ tutam ſibi facerent: uel ut īcurſioneſ atq; impetuſ beſtiarum nō pugnādo: ſed obiectiſ aggeribuſ arcerent. O ingenia hominibuſ indigna: que haſ ineptiaſ ꝓtulerūt. miſeroſ atq; miſerabileſ: q ſtultitiā ſuam litteriſ memorieq; mandauerūt. Qui cum uiderēt mutiſ quoq; animalibuſ ingenitam eſſe rationē: uel cōueniendi: uel inuicem appetendi: uel periculi fugiendi: uel mali cauendi: uel cubicula ſibi & latibula parandi: hoīeſ aūt ipſoſ exiſtimauerīt non niſi exempliſ admoneri: ac diſcere potuiſſe. quid metuere ſibi quid cauere q̄d facere deberēt. aut nūq̄ cōuenturoſ īter ſe

2008 Ministerio de Cultura

fuiſſe nec loquēdi rationē reperturoſ. niſi eoſ beſtie cōediſſēt. Hec aliiſ delira uiſa ſunt: ut fuerunt. dixerūtq; non ferarum laniatuſ cauſam fuiſſe coeūdo: ſed ipſam potiuſ humanitatem. Itaq; inter ſe cōgregatoſ: ꝙ natura hominū ſolitudiniſ fugiēſ: & cōmunioniſ ac ſocietatiſ appetenſ eſſet: non magna inter eoſ diſceptatio eſt. ſiquidē cauſe diſpareſ ſunt: reſ eadē eſt. Potuit utrumq; igitur: quia non repugnat. ſed tamē utrūq; nullo mō uerum eſt. quia non ꝑ omnem terrā nati ſunt homineſ e terra. tanq̄ ex draconiſ alicuiuſ dentibuſ ꝓſeminati. ut poete ferunt. ſed unuſ homo a deo fictuſ eſt. ab eoq; uno omīſ terra hūano genere cōpleta ē. eadē ſcilicet ratōne qua rurſuſ poſt diluuiū. qđ certe negare non poſſunt. Nulla igitur in principio facta eſt eiuſmodi cōgregatio. nec unq̄ fuiſſe homineſ in terra: qui propter infantiā non loquerent: intelligit cui ratio nō deeſt. Fingamuſ tamen illa uera eſſe: que ocioſi & inepti homineſ ſeneſ fabulantur. ut eoſ potiſſimū ſenſibuſ & ſuiſ rationibuſ refellamuſ. Si hac de cauſa ſunt homineſ cōgregati ut mutuiſ auxiliiſ inbecillitatem ſuam tuerentur. Succurrendum ē igiť homini qui egeat auxilio. Cum enim preſidii cauſa homineſ ſocietatem cum hominibuſ inierint & ſanxerint. feduſ illud a principio ſui ortuſ inter homineſ initum: aut uiolare aut non conſeruare: ſūmum nefaſ putandum eſt. Nam qui ſe a ꝑſtādo auxilio remouet: etiā ab accipiendo ſe remoueat neceſſe ē. qa nulliuſ ope indigere ſe putat: q alteri ſuā denegat. Huic uero q ſe ipſe diſſociat: ac ſecernit a corpore. nō ritu hoīſ: ſed feraꝝ more uiuendum eſt. Quod ſi fieri non poteſt: retinendum eſt omni modo uinculum ſocietatiſ humane. quia homo ſine hoīe nullo modo poteſt uiuere. Retentio autē ſocietatiſ ē cōitaſ. id ē auxiliū preſtare ut poſſimuſ accipere. Sin uero ut illi alii diſputāt: hūanitatiſ ipſiuſ cā facta ē hoīm cōgregatio. Homo certe hoīem debet agnoſcere. Quod ſi fecerūt illi rudeſ & adhuc feri hoīeſ: & fecerūt nōdū cōſtituta loquēdi rōe: qđ putemuſ hoībuſ expolitiſ ſermone rerū oīmq; cōmertio īter ſe copulatiſ eſſe faciēdū: q aſſueti hoībuſ ſolitudinē ferre nō poſſūt?

Capit. xi. In quoſ precipue ſit humanitaſ exercēda. & in quibuſ liberalitatibuſ imaginariiſ pereant opera. et que impenſa preſtantiſ.

2008 Ministerio de Cultura

Conſeruanda eſt igitur humanitaſ.ſi hoíeſ recte uelimuſ dici. Id autē ipſū conſeruare humanitatē: qd aliud eſt q̃ diligere hoíem quia homo ſit.& id quod noſ ſumuſ. Diſcordia igitur atq; diſſenſio non eſt ſcd̃m hominiſ rationē. Verūq; ē illud Ciceroniſ quod ait.hominē nature obedientem homini nocere non poſſe. Ergo ſi nocere homini contra naturam eſt. prodeſſe igitur homini ſcd̃m naturam ſit neceſſe eſt. Quod q non facit hominiſ ſe appellatione deſpoliat.quia humanitatiſ offitium eſt: neceſſitati hominiſ ac periculo ſubuenire. Quero igitur ab hiſ: qui flecti ac miſeri non putant eſſe ſapientiſ. ſi hō ab aliqua beſtia comprehenſuſ auxilium ſibi armati hominiſ imploret. utrum ne ſuccurrendum putent an minime? Nō ſūt tam imprudenteſ ut negent fieri oportere: quod flagitat quod expoſcit humanitaſ. Item ſi aliquiſ circūueniatur igni. ruina opprimatur. mergatur mari. flumine rapiatur. nū putent hoíſ eſſe nō auxiliari? Non ſint ipſi homineſ ſi putent. Nemo ení pōt eiuſmodi periculiſ non eſſe ſubiectuſ. ímo uero & homíſ & fortiſ uiri eſſe dicent ſeruare periturū. Si ergo in eiuſmodi caſibuſ qui periculū uite homini afferūt: ſuccurrere hūanitatiſ eſſe concedunt: Quod cauſe eſt ſi homo eſuriat: ſitiat: algeat ſuccurrendum eſſe non putent? Que cum ſint paria natura cū illiſ caſibuſ fortuitiſ: & unam eandemq; humaítatē deſiderent. tamen illa diſcernunt quia non re illa ipſa uera. ſed utilitate preſenti omnia metiuntur. Illoſ enim quoſ periculo ſurripiūt. ſperant ſibi gratiam relaturoſ. Egenteſ autem quia nō ſperāt. perire arbitrantur quicquid homíbuſ impertiant. Hinc ē illa plauti deteſtāda ſententia. Male meretur qui mendico dat qd̃ edat: nā & illud qd̃ dat perit. & illi producit uitā ad miſeriā. At enim poeta fortaſſe pro perſona locutuſ eſt. Quod Marcuſ tulliuſ in ſuiſ offitialibuſ libriſ nōne hoc idem perſuadet: nō eē omíno largiēdū? Sic.n. dixit. largitō que fit ex re familiari: fontem ipſū benignitatiſ exhaurit. ita benignitaſ benignitate tollitur. Qua quo in plureſ uſuſ ſiſ eo minuſ í multoſ uti poſſiſ. Et idem paulo poſt. Quid autē eſt ſtultiuſ q̃ qd̃ libēter faciaſ: curare ut id diutiuſ facere non poſſiſ. uidelicet profeſſor ſapíe refrenat homineſ ab humanitate. monetq; ut rem familiarem diligenter cuſtodiant. maluitq; arcam q̃ iuſtitiam cōſeruare. Quod cum intelligeret íhumanū eſſe ac nefariū. ex alio capite

2008 Ministerio de Cultura

quaſi actuſ penitẽtia ſic ait. Non nũꝗ tamẽ ẽ largiẽdũ. nec hoc benignitatiſ genuſ omnino repudiãdũ: & ſepe idoneiſ hoíbuſ egentibuſ de re familiari impertiendum. Quod eſt idoneiſ? Nempe hiſ q reſtituere ac referre grãm poſſint. Si nũc Cicero uiueret: exclamarẽ ꝑfecto. Hic hic Marcuſ Tulliuſ aberraſti a uera iuſtitia. eãq; uno uerbo ſuſtuliſti. cũ pietatiſ & hũani/tatiſ offitia utilitate metituſ eſ. Non enim idoneiſ hominibuſ largiendum eſt. ſed quantũ poteſt non idoneiſ id enim iuſte: id pie: id humane fit: quod ſine ſpe recipiendi feceriſ. Hec eſt uera illa & germana iuſtitia: cuiuſ ſolidam & expreſſã effigẽ nullam tenere uoſ diciſ. Ipſe pluribuſ lociſ clamaſ mercenariam non eſſe uirtutem. fateriſq; in libriſ legitur tuarũ liberalitatẽ gratuitã eẽ hiſ uerbiſ. Nec eſt dubiũ quin iſ q liberaliſ benig/nuſq; dicit̃: offitiũ nõ fructũ ſequat̃. Cur ergo idoneiſ potiuſ largiriſ: niſi ut poſtea mercedẽ recipiaſ? Te ergo auctore ac preceptore iuſtitie quiſqſ idoneuſ non erit: nuditate ſiti fame cõficietur. Nec homineſ copioſi & uſq; ad deliciaſ abundãteſ ſubuenient ultime neceſſitati: ſi uirtuſ mercedem non exigit. ſi propter ſe ut dicitiſ expetenda eſt. Ergo iuſtitiam prĩcipẽ matremq; uirtutum ſuo precio non tuo commodo eſtima. ei potiſſimũ tribue a quo nihil ſpereſ. Quid perſonaſ eligiſ? qd mẽbra inſpiciſ? pro homine tibi habenduſ eſt quiſqſ precatur. ideoq; te hoíem putet. Abiice umbraſ illaſ imagineſq; iuſtitie. atq; ipſã uerã & expreſſã tene. largire ceciſ: debilibuſ: claudiſ: deſtitutiſ. quibuſ niſi largiare moriẽdũ ẽ. Inutileſ ſũt hoíbuſ ſed utileſ deo. qui eoſ retinet in uita. qui ſpiritu donat. q luce dignatur. foue quantum in te eſt & animaſ hominum: ne ex/tinguat̃ humanitate ſuſtenta. Qui ſuccurrere perituro poteſt: ſi non ſuccurrerit occidit. Verum iſti quare neq; naturam re/tinent neq; premium in eo quod ſit ſciunt. dum perdere timẽt perdunt. & in id quod maxime cauent incidunt. ut quicquid largiunt̃ aut pereat omnino: aut ad tempuſ breuiſſimũ ꝓſit. Nam qui exiguã ſtipẽ miſeriſ negant. q cõſeruare hũanitatẽ ſine damno ſuo nolunt. patrimonia ſua effũdũt. ut aut ꝑitura fragilia ſibi comparent. aut certe ſuiſ maximiſ damniſ nihil cõſequãtur. Quid enim dicendũ ẽ de hiſ qui populari leuitate ducti: uel magniſ urbibuſ ſuffecturaſ opeſ exhibendiſ mune/ribuſ impendunt: niſi eoſ dementeſ ac furioſoſ qui preſtent id

2008 Ministerio de Cultura

populo quod & ipſi perdant. & nemo eorum quibuſ preſtatur accipiat? Itaq; ut eſt omniſ uoluptaſ caduca & breuiſ: oculoꝝ maxime & aurium. aut obliuiſcãtur hoĩeſ & alteriuſ damna pro ingratiſ habent. aut etiam offenduntur. ſi non eſt libidini uulgi ſatiſfactum. ut etiam homineſ ſtultiſſimi malũ ſibi malo comperauerint aut ſi adeo placuerint: nihil ampliuſ q̃ ĩanem fauorem paucorumq; dierũ fabulaſ aſſequãtur. ſicut quotidie leuiſſimorũ hominũ patrimonia in reſ ſuperuacuaſ prodigũt. Num ergo illi ſapientiuſ qui utiliora & diuturniora ciuibuſ ſuiſ exhibẽt munera. hiſ ſcilicet q publiciſ operibuſ extructiſ: memoriam nomini ſuo querunt. Ne iſti quidẽ recte bona ſua in terram ſepeliunt. quia nec memoria quicq̃ mortuiſ confert: nec opera eorum ſempiterna ſunt. ſiquidem aut uno tremore terre diſſipantur & corruunt. aut fortuito conſumunt̃ incẽdio aut hoſtili aliquo ĩpetu diruũt aut certe uetuſtate ipa diſſoluta labuntur. Nihil eſt enim ut ait orator opere & manu factũ quod nõ cõficiat & cõſumat uetuſtaſ. At hec iuſtitia & leuitaſ floreſcit quotidie magiſ. Illi ergo meliuſ q tribulibuſ ſuiſ aut clientibuſ largiuntur. aliquid enim preſtant hoĩbuſ & ꝓſũt. ſed non eſt illa uera & iuſta largitio. Beneficentia enim nulla eſt ubicũq; neceſſitaſ non eſt. perit ergo quicq̃d gratie cauſa tribuit̃ non indigentibuſ. aut cum fenore reddit & beneficẽtia non erit. Quod & ſignatum eſt hiſ quibuſ datur. iuſtum tamen non eſt. quia ſi non fiat nihil mali ſequitur. Vnum igit̃ certũ & uerum liberalitatiſ officiũ eſt: egẽteſ atq; inutileſ alere.

Capit. xii. A quo ſit ſperanda & expetenda: & que & quanta ſit uere liberalitatiſ merceſ. Et q̃ inaniſ & nulla falſe. & qui ſunt graduſ humanitatiſ.

HEc eſt illa perfecta iuſtitia: que cuſtodit humanã de q̃ philoſophi loquũtur ſocietatẽ. Hic diuitiaꝝ maximuſ & ueriſſimuſ fructuſ ẽ. nõ uti opibuſ ad ꝓpã uniuſ uoluptatẽ: ſed multorum ſalutẽ: non ad preſentem ſuum fructum ſed ad iuſtitiam. que ſola non interit. Tenendum eſt igitur omnino ut ab offitio miſericordie. ſpeſ recipiendi abſit omnino. Huiuſ enim operiſ & officii merceſ a deo expetenda eſt ſolo. nã ſi ab hoĩe expeteſ iã nõ hũanitaſ erit illa. ſed beneficii remũeratio.

2008 Ministerio de Cultura

Nec poteſt uideri bene meruiſſe: qui quod fecit nõ alteri ſed ſibi preſtat. & tamen eo redit ut quod alteri quiſq; preſtiterit nihil ab eo cõmodi ſperanſ. uere ſibi p̄ſtet. qui mercedẽ capiet a deo. Itẽ deuſ precepit ut ſi quando cenã parauerimuſ eoſ ĩ cõuictũ adhibeamuſ: qui reuocare non poſſint. & uicẽ reddere. ut omiſ actuſ uite noſtre non careat miſericordie munere. Nec tamẽ quiſq̃ ĩterdictã ſibi putet aut coĩonem cũ amiciſ: aut caritatẽ cum proximiſ. ſed notum nobiſ deuſ fecit: ꝙ ſit uerum & iuſtũ opuſ. ita noſ oportet cũ ꝓximiſ uiuere. dũ modo ſciamuſ illud ad hominem: hoc ad deum pertinere. Precipua igitur uirtuſ ẽ hoſpitalitaſ quod philoſophi quoq; aiunt. ſed eã detorquent a uera iuſtitia & ad cõmodũ rapiunt. Recte inquit Cicero a Theophraſto eſt laudata hoſpitalitaſ. Eſt enĩ ut mihi quidẽ uidetur ualde decorũ. patere domoſ hoĩm illuſtriũ hoſpitibuſ illuſtribuſ. Eodem modo rurſuſ errauit quo tamẽ cũ idoneiſ eſſe diceret largiendum. Non enim iuſti & ſapiẽtiſ uiri domuſ illuſtribuſ debet patere: ſed humilibuſ & abiectiſ. nã illuſtreſ illi ac potenteſ nulla re poſſunt indigere. quoſ opulentia ſua & munit & honorat. Nihil a uiro iuſto faciẽdum eſt: niſi qđ ſit beneficium. Beneficium ſi referatur interit atq; finitur. Nec enim poſſumuſ id habere integrum: cuiuſ preciũ nobiſ ꝑſolutũ eſt. In hiſ itaq; beneficiiſ iuſtitie ratio uerſatur. que ſalua et incorrupta ꝑmanſerint. Permanent aũt non aliter q̃ ſi p̄ſtẽt hiſ hõibuſ: q̄ prodeſſe nullo modo poſſunt. At ille ĩ recipiẽdiſ illuſtribuſ nihil ſpectauit aliud niſi utilitatẽ. nec diſſimulauit homo ingenioſuſ: quid ex eo commodi ſperaret. Ait enim qđ faciat potẽtem apud exteroſ futurum per gratiam principũ: quoſ ſibi hoſpitii & amicitie iure cõſtrnxerint. O q̃ multiſ ar/gumentiſ: Ciceroniſ inconſtãtia ſi id agerem redargui poſſet nec tã noſtriſ q̃ ſuiſ uerbiſ refelleretur. Idẽ quippe ait ut qſq; maxime ad ſuum cõmodum referat quecũq; agit. ita neminẽ eſſe uirum bonum. Idem etiã negat ſimpliciſ & aperti hõiſ eẽ: ambire. ſimulare aliquid. & pretendere aliud agere uideri: cum aliud agat. p̄ſtare ſe alteri figere. qđ ſibi preſtet. ſed malitioſi potiuſ & aſtuti & fallaciſ & ſubdoli. Quomodo ergo defẽderũt quo minuſ ambitioſa illa hoſpitalitaſ malitia eſſet. Tu mihi ꝑ omneſ portaſ circũcurſeſ ut aduenienteſ populorũ atq; urbiũ principeſ domũ tuam inuiteſ ut per eoſ apud ciueſ eoꝝ potẽtiã

2008 Ministerio de Cultura

cõſequare. uelíſq; te iuſtum & humanũ & hoſpitalẽ uideri cũ ſtudeaſ utilitati tue. Verum hoc ille nõ potiuſ incaute. Quod enim minuſ in Ciceronem conuenit. Sed ignorantia ueri uirĩ prudẽſ ac ſciẽſ ĩ hoſſe laqueoſ ĩduit. Quod ut ei poſſit ignoſci teſtificatuſ eſt. non ad ueram iuſtitiam quã nõ teneat ꝑcepta ſe dare: ſed ad umbram imaginemq; iuſtitie. Ignoſcendum eſt igitur umbratico & imaginario preceptori. nec ab eo ueritaſ exigenda eſt: qui ſe neſcire fateatur. Captiuorum redemptio magnũ atq; preclarũ iuſtitie munuſ eſt. quod idẽ ipſe Tulliuſ approbauit. Atq; hec benignitaſ ĩquit etiã reipublice ẽ utiliſ. redimi a ſeruitute captoſ. locupletare tenuioreſ. Hãc ego cõ/ſuetudinem benignitatiſ largitioni munerum lõge antepono. Hec eſt grauium hominũ atq; magnorũ. Propriũ igit̃ iuſtorũ opuſ eſt: alere pauepereſ. ac redimere captiuoſ. cũ apud ĩiuſtoſ ſi qui hec faciant graueſ & magni appellentur. Hiſ enĩ maxĩe laudiſ eſt benefacere: quoſ nemo ſperauit eſſe facturoſ. nam q bonũ facit uel cõſanguineo uel proximo uel amico: aut nullã uel certe nõ magnam laudem meretur quia facere debet. Sitq; impiuſ ac deteſtabiliſ niſi fecerit id quod ab eo & natura ipſa & neceſſitudo exigit & ſi facit. non tã glorie aſſequende q̃ re/ꝑhenſioniſ uitãde cauſa facit. Quid aũt facit alieno & ignoto: iſ nõ dignuſ ẽ laude. quoniã ut faceret ſola ductuſ ẽ hũanitate. Ibi ergo iuſtitia eſt: ubi ad benefaciendũ neceſſitatiſ uinculũ nullũ eſt. Hoc igitur benignitatiſ officiũ nõ anteponere qdẽ largitioni munerũ debuit. qđ eſt cõperantiſ & e duobuſ boniſ id qđ ſit meliuſ eligentiſ. Illa uero largitio hoĩm patrimonia in mari abiicientiũ inaniſ & leuiſ & ab omni iuſtitia remotiſſĩa eſt. Itaq; ne dici qdẽ munera oportet. in qbuſ nemo accipit. niſi qui accipere nõ meretur. Non minuſ magnũ iuſtitie opuſ eſt. pupilloſ & uiduaſ deſtitutoſ & auxilio ĩdigenteſ tueri atq; defẽdere. qđ adeo uniuerſiſ diuina illa lex ꝑſcribit. quãdo qdẽ boni quiq; iudiceſ ad officium ſuum iudicant pertinere. ut eoſ humanitate naturali foueant ac prodeſſe nitantur. Verũ hec opera quippe noſtra ſunt: q legẽ: q uerba ipſiuſ dei ꝑcipiẽtiſ accepimuſ. Nam illi ſentiunt natura eſſe iuſtum: tueri eoſ qui tutela carent. ſed cur ita ſit non proſpiciunt. Deuſ enim cuiuſ ꝑpetua clemẽtia eſt: idarco uiduaſ pupilloſq; defendi ac tueri iubet. ne quiſ reſpectu ac miſeratione pignorũ ſuorũ retardet.

2008 Ministerio de Cultura

quo minuſ mortem pro iuſtitia fideq; ſuſcipiat. ſed incuntanter ac fortiter ſubeat. cum ſciat ſe caroſ ſuoſ deo relinquere nec hiſ unq̃ preſidium defuturum. Egroſ quoq; quibuſ defuerint qui aſſiſtant curandoſ fouendoſq; ſuſcipere ſumme humanitatiſ & magne operationiſ eſt. Quod qui fecerit: hic uiuam hoſtiam deo acquiret. & quod alteri dederit ad tẽpuſ: ipſe a deo accipiet in eternum. Vltimum illud & maximum pietatiſ officium eſt: peregrinorũ & pauperũ ſepultura. quod illi uirtutiſ iuſtitieq; doctoreſ prorſuſ non attigerunt. Nec enim poterant id uidere. qui utilitate omnia officia ſua metiebantur. In ceteriſ enĩ que ſupra dicta ſunt: q̃uiſ uerũ limitẽ nõ tenuerint: tamẽ quoniã cõmodi aliquid in hiſ deprehenderunt: quaſi odore quodam ueritatiſ retenti propiuſ aberrarunt. Hoc aũt q̃a nihil uidere in eo cõmodi poterant reliquerunt. Quin etiã non defuerũt q superuacaneam facerẽt ſepulturam. nihilq; dicerẽt eẽ mali: iacere inhumatum atq; abiectum. quorum impiã ſapientiã tã omne humanũ genuſ reſpuit q̃ diuine uoceſ que id fieri iubẽt. Verum illi non audent dicere id non eſſe faciendũ. ſed ſi forte non fiat nihil eſſe incõmodi. Itaq; in ea re nõ tã precipiẽtiũ q̃ cõſolantiũ funguntur officio. ut ſi forte id ſapienti euenerit: ne ſe ob hoc miſeꝝ putet. Noſ aũt nõ quid ſapienti deferẽdũ ſit dicimuſ. ſed quid facere ipſe debeat. itaq; nõ querimuſ nũc utrum ne tota ſepeliendi ratio ſit utiliſ nec ne. licet hec etiã ſi ſit inaniſ ut illi exiſtimãt: tamen facienda eſt. uel ob hoc ſolũ: q; apud hoĩeſ. bene & humane fieri uidetur: animuſ queritur: & propoſitum ponderatur. Non enim patiemur figuram et figmentum dei feriſ ac uolucribuſ in predã iacere. ſed reddemuſ id terre unde ortum eſt. Et q̃uiſ in hoĩe ignoto neceſſariorũ ſepulturam nulli negandam muniuſ implebimuſ. in quorum locũ q̃a deſunt ſuccedet hũanitaſ & ubicũq; homo deſiderabit. ibi exigi officiũ noſtrũ putabimuſ. In quo aũt magiſ iuſtitie ratio cõſiſtit q̃ in eo. ut quod preſtamuſ noſtriſ per affectum: preſtemuſ alieniſ p hũanitatẽ. que eſt multo certior iuſtiorq;. cũ iã non homini preſtat̃ q nihil ſentit. ſed deo cui cariſſimũ ſacrificium eſt opuſ iuſtum. Dicet aliquiſ fortaſſe. ſi hec omĩa fecero nihil habebo. Quid. n.? Si magnuſ hoĩm numeruſ egebit: algebit: capiẽt: morieẽt: ut hec faciẽtẽ uel uno die patrĩonio exui ſit neceſſe. perdam ne remfamiliarem meo aut meorum

2008 Ministerio de Cultura

labore queſitam: ut iam ipſi mihi aliena miſericordia uiuēdū ſit? Quid tu tā puſillo animo paupertatē times. quā etiā ueſtri philoſophi laudāt nihilq; hac tutius nihilq; hac trāquillius eē teſtantur? Hoc qđ times ſollicitudinū portus eſt. An ignoras quot periculis quot caſibus cū his malis opibus ſubiaceas. Que tecum bene agent: ſi ſine tuo cruore tranſierint. tu uero preda onuſtus incedis. & ſpolia geris que irritēt animos etiam tuorū? Quid ergo dubitas bene collocare id qđ tibi forſitan eripiet: aut unum latrocinium: aut reſiſtens proſcriptio repente: aut hoſtilis aliqua direptio? Quid uerere fluxum ac fragile bonū facere ſempiternū: aut theſauros tuos cuſtodi deo tradere: ubi non furem predonemq; timeas. nō rubiginem nō tirānum? Qui apud deum diues eſt pauper eſſe nūq̄ poterit: Si iuſtitiā tāti putas. ſequere abiectis oneribus que te premunt. Liberare te ipſum cōpedibus & catenis: ut expeditus ad deū curras. Magni & excelſi animi eſt deſpicere & calcare mortalia. Sed ſi hanc uirtutē nō capis: ut diuitias tuas ī arcā dei cōferas. ut fragilibus tibi cōpares meliora. Liberabo te metu. Omnia iſta p̄cepta nō ſoli tibi dantur ſed omni populo. qui mente cōiunctus eſt et coheret ſicut unus homo. Si ſolus magnis operibus nō ſufficis. pro uirili parte operare iuſtitiam. ſic tamē ut quantū diuitiis inter ceteros tātū opere precellas. Neq; nūc ſuaderi tibi putes: ut remfamiliarē tuā minuas. uel exhaurias. ſed que ī ſupuacua fueras īpenſurus: ad meliora cōuertas. Vnde beſtias emis. hinc captos redime. unde feras paſcis: hic paupes ale. unde homines ad gladium cōparas: hinc innocētes mortuos ſepeli. Quid ꝑdeſt ꝑdite nequitie beſtiarios facere locupletes: & inſtruere ad fla/gitia? Transfer ad magnum ſacrificium male peritura. ut pro his ueris muneribus habeas a deo munus eternum. Magna eſt miſericordie merces: cui deus pollicet̄ peccata ſe oīa remiſſuꝝ. Si audieris inquit preces ſupplicis tui: & audiā ego tuas. ſi mi/ſertus laborātiū fueris: et ego in tuo labore miſerebor ſi autem non reſpexeris nec adiuueris: & ego animum tuum contra te geram: tuiſq; te legibus iudicabo.

Capi. xiii. De p̄mio: & ꝙ ī neceſſitate & p̄cibus paupeꝝ quiſq; teneatur a deo. & tribus gradibus uirtutis.

2008 Ministerio de Cultura

QVociens igit̃ rogariſ. tẽptari te a deo crede: an ſiſ dignuſ
exaudiri. Circũſpice cõſcientiam tuam. & quãtum poteſ
medere uulneribuſ. nec tamen quia peccata largitõne tollũt:
dari tibi licentiam peccandi puteſ. Abolent̃ enĩ ſi deo largiare:
quia peccaueraſ. Nã ſi fiducia largiendi pecceſ: non abolent̃.
Deuſ enim purgari homineſ a peccatiſ maxime cupit. ideoq;
agi penitentiam iubet. Agere aũt penitentiam nihil aliud eſt:
q̃ profiteri & affirmare ſe ulteriuſ non peccaturum. Ignoſcitur
itaq; hiſ q ad peccatũ ignoranter ĩprudenter incauteq; labũt̃.
ueniã non habet q ſcienſ peccat. Nec tamẽ ſi aliqſ purificatuſ
fuerit ab omni labe peccati: tẽperãdũ ſibi ab opere largitioniſ
exiſtimet: quia non habeat peccata que deleat. ĩmo uero tũ
magiſ iuſtitiã debet operari: cũ factuſ eſt iuſtuſ. ut quod ante
ĩ medelam uulnerum fecerat: poſtmodum faciat in gloriam
laudẽq; uirtutiſ. Eo accidit ꝙ nemo eſſe ſine delicto poteſt:
q̃diu indumento carniſ oneratuſ eſt. Cuiuſ ĩfirmitaſ triplici mõ
ſubiacet domino peccati. factiſ: dictiſ: cogitatõnibuſ. Per hoſ
graduſ ad ſũmũ culmen iuſtitia ꝓcedit. Primuſ ẽ uirtutiſ gra/
duſ: maliſ opibuſ abſtinere. ſecũduſ etiã maliſ uerbiſ. tertiuſ etiã
cogitatione rerum malarum. Qui primum gradum aſcendit
ſatiſ iuſtuſ ẽ. qui ſecũdũ: iã ꝑfecte uirtutiſ. ſi quidẽ neq; factiſ
neq; ſermone delinquat. Qui tertium: iſ uere ſimilitudinem dei
aſſecutuſ uidetur. Eſt enim pene ſupra humanum modũ: ne ĩ
cogitatione quidem admittere quod ſit uel factu malum: uel
ĩprobum dictu. Itaq; etiam iuſti homineſ q frenare ſe poſſũt
ab omni opere iniuſto: nõ nũq̃ tamen ipſa fragilitate uincũt̃.
ut uel in ira malum dicãt. uel in aſpectu rerum delectabiliũ
tacita cogitatione cõcupiſcant. Quod ſi mortaliſ cõditio nõ
patit̃ hominẽ eẽ ab omni macula purꝫ: debent ergo largitõne
perpetua peccata carniſ aboleri. unũ eſt enĩ ſapientiſ & iuſti
& uitaliſ uiri opuſ: diuitiaſ ſuaſ in ſola iuſtitia collocare. qua
profecto qui eget: licet ille Creſum aut craſſum diuitiſ ſuꝑet:
hic pauper: hic nuduſ: hic mendicuſ putanduſ eſt. Danda igit̃
opera eſt: ut indumento iuſtitie pietatiſq; uelemur. quo noſ
nemo exuat. quod nobiſ ſempiternum prebet ornatum. Nam
ſi deorum cultoreſ ſimulachra inſenſibilia excolunt. & quicq̃d
ꝑcioſi habẽt ĩ ea cõferũt: qbuſ nec uti poſſũt nec gratiaſ agere
ꝙ acceperint. q̃to iuſtiuſ eſt & ueriuſ: uiuẽtia dei ſimulachra

2008 Ministerio de Cultura

excolere ut ꝓmereare ĩuenire uiuentẽ. Quod ſicut uſui habẽt quicquid acceperint & gratiaſ agunt. ita deuſ ĩ cuiuſ cõſpectu bonum feceriſ: & probabit & mercedem pietatiſ exoluet.

Capi. xiiii. Quod philoſophi uera caruerũt hũanitate. q̄ cum ſtoiciſ eam inter morboſ anime poſuerunt.

SI ergo in homine p̃claꝝ & excellenſ ẽ bonũ miſericordia: idq; diuiniſ teſtimoniiſ & bonorum malorumq; conſenſu optimũ iudicatẽ: apparet philoſophoſ longe abfuiſſe ab hũano bono. qui neq; perceperunt eiuſmodi quicq̃ neq; fecerunt. ſed uirtutem que prope modum in homine eſt ſingulariſ pro uitio ſemper habuerunt. Libet hic interponere unũ de philoſophia locum ut illorum plenius coarguamuſ erroreſ. q̄ miſericordiã cupiditatem: metũ morboſ animi appellant. Conãtur illi q̄dẽ uirtuteſ a uitiiſ diſiungere. quod eſt ſane facillimum. Quiſ enĩ non poſſet liberalẽ a prodigo ſeparare ut illi faciũt? aut purũ a ſordido: aut quietũ ab inerti: aut cautũ a timido. ꝙ hec que ſunt bona: fineſ ſuoſ habeant. quoſ ſi exceſſerit in uicia labũt. ita ut cõſtãtia niſi pro ueritate ſit ſuſcepta fit imprudẽtia. Itẽ fortitudo ſi nulla neceſſitate cogente: aut nõ ꝓ cauſa honeſta certum periculum ſubierit in temeritatẽ cõuertĩt. Liberalitaſ quoq; ſi alioſ inſectet potiuſ q̃ inſectãtibuſ reſiſtat: cõtũacia eſt. Seueritaſ etiam niſi ſe intra cõgruenteſ nocentium penaſ coerceat: fit ſeua crudelitaſ. Itaq; dicunt eoſ qui mali uideant̃ non ſua ſponte peccare. nec mala potiuſ eligere. ſed bonorum ſpetie lapſuſ incidere in mala. dum bonorũ ac maloꝝ diſcrimẽ ignorant. Hec quidem falſa non ſunt: ſed ad corpuſ cuncta referuntur. Nam parcum aliaſ purum eſſe aut cõſtantem aut cautum aut quietum aut ſeuerum uirtuteſ ſunt quidem: ſed huiuſ temperantie uite. Noſ aũt qui hanc uitam cõtẽpnimuſ: aliaſ nobiſ uirtuteſ propoſitaſ habemuſ. de quibuſ philoſophi ne ſuſpicari quidem ulla ratione potuerunt. Itaq; & uirtuteſ quaſdam pro uitiiſ: & uitia quedam pro uirtutibuſ habuerũt. Nam ſtoici affectuſ omneſ quorum ĩpulſu animuſ cõmouet̃ ex homine tollũt. cupiditatem atq; letitiam: metũ meſtitiam. quorum duo priora ex boniſ ſunt: aut futuriſ aut preſentibuſ. poſteriora ex maliſ. Eodẽ modo hec quatuor morboſ ut dixi

2008 Ministerio de Cultura

uocant. non tā natura inſitos q̄ praua opinione ſuſceptos. Et idcirco cēſent eos extirpari poſſe radicitus: ſi bonoꝝ maloꝝq; opinio falſa tollatur. Si enī nihil cenſeat ſapiens bonū nihilq; malum: nec cupiditate ardeſcet: nec letitia geſtiet: nec metu terrebit̄: nec egritudine cōtrahet̄. Mox uidebimus an efficiāt qđ uelint: an qd efficiant interim propoſitū arrogans ac pene furioſū: q ſe putēt mederi & eniti poſſe contra ui rationemq; nature.

Capitulū. xv. Quomodo peripathetici uincāt ſtoicos & doceāt affectuū naturalium ſtimulos euelli non poſſe ſed mitigari. Et q̄ ea que brutis animalibus data ſūt: ſigulo homini inſita ſunt uniuerſa. Et quomodo ſtoici mentis affectiones diffiniant.

HEc enim naturalia eſſe nō uoluntaria: omnium uiuētiū ratio demonſtrat. que hiſdē omnibus quatit̄ affectibus. Peripathetici ergo rectius q hec omnia detrahi poſſe negant: quia nobiſcū ſimul nata ſunt: & conātur oſtendere: q̄ ꝓuidēter & q̄ neceſſarie deus ſiue natura: ſic enim dicūt his nos armauit affectibus. quos tamen quia plerūq; uitioſi fiunt ſi nimii ſint: poſſe ab hoīe adhibito modo ſalubriter temperari. ut tantum homini q̄tū nature ſatis ē relinquat̄. Non inſipiens diſputatio: ſed ut dixi omnia non ad hanc uitam referentur. Stoici ergo furioſi: qui ea non temperant: ſed abſcidunt. rebuſq; a natura inſitis caſtrare hominem quodāmō uolunt. Quod tale ē: quale ſi uelint aut metū detrahere ceruis: aut uenenū anguibus: aut iram feris: aut placiditatē pecudibus. Nam que ſingula mutis animalibus data ſunt: ea uero uniuerſa homini ſimul. Quod ſi ut medici dicunt letitie affectus in ſplene ē: ire ī felle: libidinis in iecore: timoris in corde. facilius eſt interficere animal ipm: q̄ ex corpore aliquid euellere: quod eſt animātis naturā uelle mutare. Sed homines prudentes non intelligunt: cum uitia ex homine tollunt. etiam uirtutem ſe tollere. cui ſoli locū faciūt. Nam ſi uirtus ē in medio ire īpetu ſe ipm cohibere & repmere quod negare non poſſunt. Caret ergo uirtute quiſqs ira caret. Si uirtus eſt libidinē corporis cōtinere: uirtute careat neceſſe eſt: qui libidinē quā tēperet non habet. Si uirtus ē cupiditatē ab alieni appetitione frenare: nullā certe uirtutē pōt habere:

2008 Ministerio de Cultura

qui caret eo ad quod cohibendum uirtutiſ uſuſ adhibetur. Vbi ergo uitia nõ ſunt. nec uirtuti locuſ eſt q̄dẽ. ſicut nec uictorie quidem: aduerſariuſ ubi nulluſ: ita fit ut bonũ ſine malo eſſe in hac uita non poſſit. Affectuſ igitur quaſi ubertaſ animorũ eſt naturaliſ. Nam ſicut in ſenteſ ager qui eſt natura fecunduſ exuberat. ſic animuſ incultuſ uitiſ ſua ſponte inualeſcentibuſ uelut ſpiniſ obducitur. Sed cum ueruſ cultor acceſſerit: ſtatim cadentibuſ uitiiſ frugeſ uirtutiſ oriuntur. Deuſ itaq; cũ hoĩem primum fingeret: mirabili ꝓuidentia ingenerauit ei ṗuſ iſtaſ animi cõmotões. ut poſſet capere uirtutẽ ſicut terra culturã. Poſuitq; materiam uitiorũ in affectibuſ: uirtutiſ in uitiſ. Que profecto aut nullla eſt: aut in uſu eſſe non poterit: ſi deſint ea per que uiſ eiuſ aut appareat aut cõſtet. Videamuſ nunc idẽ illi qui uitia excidunt quid effecerint. Quatuor illoſ effectuſ quoſ ex opinione bonorum malorumq; naſci putant. quibuſ euulſiſ ſanandum eſſe animum ſapientiſ exiſtimant. quoniã intelligunt & natura inſitoſ eſſe: & ſine hiſ nihil moueri nihil agi poſſe alia quedam in eorum locũ uicemq; ſupponũt. Pro cupiditate aliaſ ſuſtituũt uoluntatem. q̃ſi uero non multo ſit preſtabiliuſ: bonũ cupere q̃ malum uelle. Itẽ ꝑ letitia gaudiũ: pro metu cautionem. At ĩ illo quarto ĩmutandi nominiſ eiuſ ratio deficit. Itaq; egritudinẽ penituſ id eſt meſtitiã doloreq; animi abſtulerunt. quod fieri nequaq̃ poteſt. Quiſ enĩ põt nõ dolere: ſi patriã aut peſtilentia exhauſerit: aut hoſtiſ ĩuaſerit: aut tirannuſ oppreſſerit? Poteſt aliquiſ non dolere ſi ſublatã uiderit libertatẽ: ſi proximoſ: ſi amicoſ: ſi bonoſ uiroſ aut ex/terminatoſ: aut crudeliſſime trucidatoſ: niſi cuiuſ menſ ita ob/ſtupuerit: ut ſit ei ſenſuſ omniſ ereptuſ? Quare aut oĩa tollere debuerunt: aut ĩplenda fuerãt cuncta hec. & debiliſ diſputatõ idem etiã pro egritudine aliq̄d reponendũ: quoniã ſupioribuſ ita ordinatiſ hoc cõſequenſ erat. Vt enĩ p̄ſẽtibuſ letamurboniſ: ſic maliſ angimur ac dolemuſ. Si ergo letitie quam uitioſam putabant nomen aliud indiderunt: ſic egritudini quoniam & ipſam uitioſam putabãt: aliud uocabulum tribui cõgruebat. Vnde apparet: non illiſ rem defuiſſe ſed uerbũ. cuiuſ ĩdigentia eum totum affectum qui eſt uel maximuſ contra quã natura pateretur: auferre uoluerunt. nam illaſ nominũ cõmutationeſ poteram coarguere pluribuſ & oſtẽdere. aut ſermoniſ ornãdi:

2008 Ministerio de Cultura

augendeq; copie gratia: multa nomina hiſdem rebuſ impoſita: aut certe non multum inter ſe illa diſtare. Nam & cupiditaſ a uoluntate incipit. & cautio a metu oritur. & letitia nihil aliud eſt q̃ profuſũ gaudiũ. Sed putemuſ ut ipi uolũt eſſe diuerſa. Nempe igit̃ cupiditatem eſſe dicent perſeuerantẽ ac ꝑpetuam uoluntatem. letitiam uero íſolenter ſe efferenſ gaudium. metũ autem nimiam & excedẽtem modum cautionem. Ita fit ut ea que tollenda eſſe cenſẽt non tollant: ſed temperẽt. ſi qdẽ noía tantũmodo ímutant: reſ ipſe manẽt. Eo igit̃ íprudẽteſ reuol/uũt: quo peripathetici ratione perueniũt: ut uitia quoniá tolli non poſſũt: medie temperanda ſint. Errant ergo: quoniam nõ efficiũt qd uolũt & lõgo aſperoq; circuitu í eãdẽ uiá redeũt.

Capit. xvi. Quomodo peripathetici errauerunt. Et ꝙ bonuſ uſuſ affectuum uirtuſ eſt: maluſ uicium. Et ꝙ uſuſ ipſe ex cauſa penſanduſ eſt.

AT ego ne peripatheticoſ quidem acceſſiſſe ad ueritatem puto: quin uitia eẽ cõcedũt. ſed ea mediocriter tẽperant. Carendum ẽ enim uitiiſ etiá mediocribuſ quin potiuſ efficiẽdũ fuit primũ ne uitia eſſẽt. Nec enim quicq̃ uitioſum naſci põt: ſed uitia fieri ſi maliſ utamur affectibuſ uirtuteſ. ſi bene. Deíde mõſtrandũ eſt nõ ipſoſ affectuſ: ſed eoꝝ cauſaſ eẽ moderãdaſ. Nõ ẽ inquiũt nimia letitia geſtiendũ. ſed modice ac tẽperate. Hoc uero tale eſt quale ſi dicerent: nõ eſſe currendũ cõcitate: ſed gradiendum moderate. At poteſt & qui graditur errare: & qui currit rectam uiá tenere. Quid ſi oſtendo eſſe alqd ubi nõ tãtum modicum: ſed uel punctũ gaudere uitioſum ſit. & aliud contra: in quo uel exultare letitia: minime criminoſũ? Quid tandẽ nobiſ iſta mediocritaſ proderit? quero. utrum ne ſapiẽti letãdum putent. ſi quid inimico ſuo mali uident accidere: aut utrũ ne letitiam refrenare debeant: ſi uictiſ hoſtibuſ aut op/ꝑſſo tiranno libertaſ & ſaluſ ciuibuſ parta ſit? Nemo dubitat. quin & in illo exiguum letari: & í hoc parũ letari ſit maxím crimen. Eadem de ceteriſ affectibuſ licet dicere. Sed ut dixi nõ in hiſ moderandiſ ſapientie ratio uerſatur: ſed í cauſiſ eorum. quoniam extrinſecuſ cõmouentur. nec hiſ potiſſimum frenoſ íponi oprtuit: quoniá & exigui poſſunt eſſe in maxío crimíe:

2008 Ministerio de Cultura

& maximi poſſunt eſſe ſine crimine. ſed aſſignādi fuerūt certiſ temporibuſ: & rebuſ & lociſ: ne uicia ſint quibuſ uti recte licet. Sicut enim recte ambulare bonum eſt: errare autem malum: ſic moueri affectibuſ in rectum bonum eſt: in prauū malum. Nam libido ſi extra legitimum thorum non euagetur: licet ſit uehemenſ: tamē culpa caret. Sin uero appetit alienum: licet ſit mediocriſ: uiciū tamen maximū ē. Non eſt itaq; morbuſ iraſci. nec cupere: nec libidine cōmoueri. ſed iracundum eſſe morbuſ eſt. Cupidum libidinoſum. qui enim iracūduſ eſt: etiam cui nō debet aut cum non oportet iraſcitur. Qui cupiduſ: etiam quod nō opuſ ē cōcupiſcit. Qui libidinoſuſ: etiā quod legibuſ uetatᷓ affectat. Omniſ ergo ratio in eo uerſari debuit: ut quoniam earum rerum impetuſ ībiberi nō pōt: nec debet. qa neceſſario eſt īſituſ ad tuenda officia uite. dirigeretur potiuſ in uiā rectā: ubi etiam curſuſ offenſione ac periculo caret.

Capi. XVII. Quod ea que philoſophi uicia putāt uirtuteſ ſūt ſi tamē referāt ad finē debitū id eſt ad deū. Et ꝙ īſani ſūt q hūanā naturā īgenitiſ affectibuſ ſpoliare nituntur.

Sed euectuſ ſum coarguendi ſtudio longiuſ. cum ſit mihi ꝓpoſitū ea que uicia philoſophi putauerūt oſtēdere. nō tam uicia nō eſſe: uerum etiam magnaſ eſſe uirtuteſ. Ex aliiſ docendi gratia ſumam: que pertinere ad rē maxīe puto. Metū ſeu timorem in maximo uicio ponunt. ſummāq; imbecillitatē eſſe animi putant: cui ſit contraria fortitudo. que ſi ſit ī hoīe: locum timori eſſe nullum. Credit ergo ne aliqſ fieri poſſe. ut idē metuſ ſūma ſit fortitudo? Minime. Neq; enī uidetᷓ capere natura: ut aliqd ī cōtrariū recidat. Quia ego nō arguta aliqua cōcluſione: ut apud Platonē Socrateſ facit. qui eoſ quoſ cōtra diſputat: cogit ea que negauerāt cōfiteri. ſed ſīpliciter oſtēdā ſummū metū: ſummam uirtutem. Nemo dubitat quin timidi & imbecilli ſit animi. aut dolorem metuere: aut egeſtatem: aut exilium: aut carcerem: aut mortem. que omnia quiſquiſ nō exhorruerit: fortiſſimuſ iudicatur. Qui autem deū metuit: illa uniuerſa non metuit. Ad quod probandū argumentiſ opuſ nō eſt. Spectate ſunt enim ſemper. ſpectanturq; adhuc per orbē pene cultoꝝ dei in qbuſ excruciādiſ noua & inuſitata tormēta

2008 Ministerio de Cultura

excogitata ſũt. Nã de mortiſ generibuſ horret aĩmuſ recordari. cum immaniũ beſtiarũ ultra ipſã mortem carnificina ſeuierit. Haſ tamen execrabileſ corporũ lacerationeſ: felix atq; inuicta patientia ſine ullo gemitu ꝑtulit. Hec uirtuſ omnibuſ populiſ atq; prouinciiſ: & ipſiſ tortoribuſ miraculũ maximum prebuit. cum patientia crudelitaſ uinceretur. At qui hãc uirtutem nihil aliud q̃ metuſ dei fecit. Itaq; ut dicebã nõ euellenduſ ut ſtoici: neq; temperanduſ timor ut peripathetici uolunt. ſed ĩ ueram uiam dirigenduſ eſt: auferendiq; ſunt metuſ. ſed ita ut iſ ſoluſ relinquatur: qui quoniam legitimuſ ac ueruſ ẽ: ſoluſ efficit ut poſſint cetera non timeri. Cupiditaſ quoq; ĩter uicia numerat᷑. ſed ſi hec que terrena ſũt cõcupiſcit uiciũ ẽ: uirtuſ aũt ſi celeſtia. Qui enim iuſtitiam: qui deum: q uitam perpetuam: qui lucem ſempiternam: eaq; omnia que deuſ homini pollicetur cõſequi cupit: opeſ iſtaſ & honoreſ & potẽtatuſ: & regna ipſa cõtẽpnet. Dicet fortaſſe ſtoicuſ. uoluntate opuſ eſſe ad hec cõſequenda nõ cupididitate. imo uero paꝝ eſt uelle. Multi enĩ uolũt. ſed cũ dolor uiſceribuſ acceſſerit: uolũtaſ cedit. cupiditaſ ꝑſeuerat. que ſi efficit ut cõtemptui ſint omnia que a ceteriſ appetunt᷑: ſumma uirtuſ eſt. ſiquidem cõtinentie mater eſt. Ideoq; potiuſ illud efficere debemuſ. ut affectuſ quibuſ praue uti uicium ẽ: dirigamuſ ĩ rectum. Nam iſte cõcitationeſ animorum iuncto currui ſimileſ ſunt. in quo recte moderando ſummum rectoriſ officium eſt: ut uiam nouerit. quam ſi tenebit: q̃libet cõcitate ierit non offendit. Si autem errauerit: licet placide ac leuiter eat: aut per cõfragoſa uexabitur: aut per precipitia labetur: aut certe quo non opuſ eſt deferetur. Sic curſuſ ille uite: qui affectibuſ uelut equiſ pernicibuſ ducitur. ſi rectã uiam teneat fungetur officio. Metuſ igit᷑ & cupiditaſ ſi proiciant᷑ in terrã: uicia fient. Virtuteſ autem ſi ad diuina referãtur. Parſimoniã contra: uirtutiſ loco habent. que ſi ſtudium eſt habendi: nõ põt eſſe uirtuſ. quia in augendiſ uel tuendiſ terreſtribuſ boniſ tota uerſatur. Noſ autem ſummum bonũ non referimuſ ad corpuſ. ſed omne officium ſoliuſ anime uerſatione metimur. quod ſi ut ſupra docui patrimonio minime parcendũ ẽ: ut hũanitatẽ iuſtitiamq; teneamuſ. non eſt uirtuſ frugi eſſe. quod nomen uirtutiſ ſpecie fefellit ac decipit. Eſt enĩ frugilitaſ abſtinẽtia quidẽ uoluptatũ. ſed eo uiciũ qa ex habendi amore deſcẽdit:

2008 Ministerio de Cultura

cum ſit & uoluptatibuſ abſtinendũ. & pecunie minime tẽpandũ. Nã parce id eſt mediocriter uti pecunia: q̃ſi quedã puſillitaſ ẽ animi. aut pretimentiſ ne ſibi deſit: aut deſperãtiſ poſſe ſe illã repare: aut cõtemptum terreſtriũ non cupientiſ Sed illi rurſuſ eum qui rei familiari ſue non parcat prodigum uocant. Nã ita liberalẽ diſtigũt a prodigo: ꝙ iſ liberaliſ ſit: q bene meritiſ & cum opuſ nõ eſt: & ſine reſpectu rei familiariſ effũdat. Quid ergo? prodigum ne dicemuſ eum. qui miſericordie cauſa tribuit egẽtibuſ uictum? At quin multum refert utrũ ne ſcortiſ ꝓpter libidinem largiare: an miſeriſ propter humanitatem. Vtrum pecuniam tuam perductoreſ aleatoreſ. lenoneſq; diripiant. an illã pietati ac deo preſteſ. Vtrũ ne illã uentri ac gule ingeraſ. an in theſauro iuſtitie reponaſ. Vt ergo uicium eſt effundere in malam partem: ſic in bonam uirtuſ. Si uirtuſ eſt nõ parcere opibuſ que poſſũt repari: ut boniſ uitam ſuſtenteſ que repari non põt. uiciũ igitẽ parſimonia eſt. Quare nihil aliud dixerim q̃ inſanoſ: qui hominẽ mite ac ſociale animal orbãt ſuo noĩe. qui euulſiſ affectibuſ quibuſ omniſ cõſtat hũanitaſ: ad mobilẽ ſtuporem mentiſ perducere uolunt. dũ ſtudent animũ a ꝑtur/bationibuſ liberare. & ut ipſi dicunt quietum tranquillumq; reddere. quod fieri non tantum non põt: quia & ratio eiuſ in motu eſt. ſed ne oportet quidem. quia ſicut aqua quidem ſẽper iacenſ & quieta inſalubriſ & magiſ turbata ẽ: ſic aĩmuſ ĩmotuſ ac torpenſ inutiliſ eſt etiam ſibi. nec uitam ipſam tueri poterit. qa nec faciet quicq̃ nec cogitabit. cũ cogitatio ipſa nihil aliud ſit q̃ mentiſ agitatio. Deniq; qui hanc immutabilitatem animi aſſerunt: priuare animum uita uolunt. quia uita actuoſa eſt mors quieta. Quedam etiam recte ꝓ uirtutibuſ habẽt. ſed eaꝝ modum non tenent. Virtuſ eſt cõſtantia. non ut inferentibuſ iniuriam reſiſtamuſ. Hiſ enim credendum. quod cũ fieri debeat mox docebo. ſed ut iubẽtibuſ facere noſ cõtra dei legẽ cõtraq; iuſtitiam: nulliſ miniſ aut ſuppliciſ terreamur: quo minuſ dei iuſſionem hominiſ iuſſioni preferamuſ. Item uirtuſ eſt mortẽ cõtempnere. non ut appetamuſ: eamq; ultro nobiſ inferamuſ. ſicut philoſophorum plurimi & maximi ſepe fecerunt. quod ẽ ſceleratum ac nefarium. ſed ut coacti deum reliquere: ac fidẽ perdere: mortem ſuſcipere malimuſ. libertatemq; defendamuſ aduerſuſ impotentiã ſtultam uecordemq; uiolentiã. ut omneſ

2008 Ministerio de Cultura

ſeculi minaſ atq; terroreſ fortitudine animi prouocemuſ. Sic ea que alii timent: excelſa & inſupabili mente dolorem mortemq; calcamuſ. Hec eſt uirtuſ. hec uera conſtantia. in hoc tuenda et conſeruanda ſolo. ut nulluſ noſ terror: nulla uiſ a deo poſſit auertere. Vera igitur Ciceroniſ illa ſententia eſt. Nemo ĩquit iuſtuſ pót eſſe. qui mortem: qui dolorẽ: qui exiliũ: q̃ egeſtatẽ timet. Item Senice in libriſ moraliſ philoſophie dicentiſ. hic ẽ ille homo honeſtuſ: non apice purpura ue: non lictoꝝ ĩſigniſ miniſterio. ſed nulla re minor. qui cũ mortem in uicinia uidet: non ſic perturbat̃ tanq̃ rem nouã uiderit: q̃ ſiue toto corpore tormenta patienda ſunt: ſiue flãma ore rapienda eſt: ſiue extendende per patibulũ manuſ: nõ querit q̃d patiet̃: ſed q̃ bene. Qui autem deum colit: hec patitur. nec timet. Ergo iuſtuſ hiſ rebuſ efficit̃: ut neq; uirtuteſ: neq; uirtutũ exactiſſimoſ limiteſ noſſe aut tenere poſſit omnino q̃ſq̃ſ ẽ a religione dei ſigulariſ alienuſ.

Capit. xviii. Quomodo precepta dei q̃buſ ĩſiſtendũ ẽ a philoſophiſ diſſidẽt ĩſtitutiſ. & quãuiſ ſit paciẽtie tituluſ.

SEd omittamuſ philoſophoſ qui aut omnino nihil ſciunt id eſt ipſum pro ſua ſcientia proferunt: aut q̃ nõ ꝑſpiciũt etiam que ſciunt: aut. qui quoniã ſe putãt ſcire que neſciunt: inepte errogãterq; deſipiũt. Noſ ergo ut ad propoſitũ reuertamur: q̃buſ ſoliſ a deo ueritaſ reuelata: & celituſ miſſa ſapiẽtia ẽ. faciamuſ que iubet illumĩator noſter deuſ. ſuſtineamuſ ĩuicẽ. & laboreſ huiuſ uite mutuiſ adiumentiſ ꝑferamuſ. Nec tamẽ ſi quid boni fecerimuſ: gloriam captemuſ ex eo. Monet enim deuſ operatorem iuſtitie non oportere eſſe iactantem. ne nõ tã mandatiſ celeſtibuſ obſequendi: q̃ ſtudio placendi hũanitatiſ officio functuſ eſſe uideatur. Habeatq; iã preciũ glorie quod captauit. nec premium celeſtiſ illiuſ ac diuine mercediſ accipiat. Cetera que obſeruare cultor dei debet: facilia ſũt illiſ uirtutibuſ comprehenſiſ. Non mentiatur unq̃ decipiendi aut nocendi cauſa. Eſt enĩ nephaſ eum qui ueritati ſtudeat ĩ aliq̃ re eſſe fallacem. atq; ab ipſa quam ſequitur ueritati diſcedere. In hac iuſtitie uirtutumq; omnium uia: nulluſ mẽdatio locuſ eſt. Itaq; uiator ille ueruſ ac iuſtuſ non dicet illud lucillianũ. Homini amico ac familiari non eſt mentiri meum. ſed etiam

2008 Ministerio de Cultura

inimico atq; ignoto exiſtimabit nõ eẽ mentiri ſuũ. nec alq̃do cõmittet ut lingua interpreſ animi a ſẽſu & cogitatõe diſcor/det. pecuniam ſi quam crediderit: non accipiat uſuram. ut et beneficium ĩcolume ſit: quod ſuccurrit neceſſitati. & abſtineat ſe prorſuſ alieno. In hoc enĩ genere officii debet ſuo eẽ cõtẽtuſ: quem oporteat aliaſ. ne proprio quidẽ parcere ut bonũ faciat. pluſ autem accipere q̃ dederit ĩiuſtũ eſt. Quod q facit inſidiať quodammodo ut ex alteriuſ neceſſitate ꝓdeť. At iuſtuſ nũq̃ pretermittet quo minuſ aliqd miſericorditer faciat. nec ĩqnabit ſe huiuſmodi queſtu. ſed efficiet ut ſine ullo ſuo damno idipm̃ quod cõmodat inter bona opera numereť. Munuſ nõ accipiet a paupere. ut ſi quid ipſe preſtiterit: eo bonum ſit quo fuerit gratuitũ. maledicẽti benedicto reſpõdeat. nũq̃ ipẽ maledicat: ne uerbum malum procedat ex ore hominiſ qui colit uerbum bonum. Quin etiam caueat diligenter: ne quando inimicũ ſua culpa faciat. & ſi quiſ extiterit tã proteruuſ qui bono & iuſto faciat iniuriam: clementer ac moderate ferat. & ultionem ſuã non ſibi aſſumat: ſed dei iudicio reſeruet. innocentiam ſemp̃ & ubiq; cuſtodiat. Quod preceptum non ad hoc tantum ualet. ut ipſe iniuriam non inferat: ſed ut illatam ſibi non uindicet. ſed ei qui maximuſ & equiſſimuſ iudex ſpeculator ac teſtiſ eſt omnium. hũc hõi preferat: hunc malit de ſua cauſa ꝓnũtiare: cuiuſ ſententiam nemo effugere poteſt. nec defenſione cuiuſq̃ nec gratia. Ita fit ut homo iuſtuſ cõtemptui ſit omnibuſ. & qa putabitur ſemetipm̃ defendere non poſſe: habebitur pro ſegni & inerti. Qui autẽ fuerit ultuſ inimicũ: hic fortiſ: hic ſtrenuuſ iudicatur. hunc colunt hunc omneſ uerentur. Bonuſ uero ille tã & ſi ꝓdeſſe omnibuſ uel pluribuſ poſſit: illũ tamẽ ſuſcipiũt. qui nocere q̃ qui prodeſſe poſſit. ſed iuſtum prauitaſ hominũ deprauare nõ poterit. quo minuſ deo ſtudeat obtẽperare. ma/litq; cõtemni dummodo ſemper bono fungatur officio: mali nũquam. Cicero in iiſdẽ illiſ officialibuſ. At uero ſi qſ uoluerit inquit ſui animi complicatam notionem euoluere: iam ſe ipſe doceat eum uirum bonum eſſe: qui proſit quibuſ poſſit: noceat nemini niſi laceſſituſ iniuria: O q̃ ſimplicem ueramq; ſentẽtiã duorum uerborũ adiectione corrupit. Quid enĩ opuſ fuerat adiungere: niſi laceſſituſ ĩiuria: ut uitium bono uiro q̃ſi cauſã turpiſſimam apponeret: patiẽtie que omnium uirtutũ maxĩa

2008 Ministerio de Cultura

eſt faceret expertem? Nociturum eſſe dixit bonum uirum ſi
fuerit laceſſituſ. Iã ex hoc ip̃o boni uiri nomẽ amittat neceſſe
eſt: ſi nocebit. Non minuſ enim mali eſt referre iniuriã q̃ ĩferre.
Nã unde certamina inter homineſ? unde pugne cõtẽtioneſq;
naſcuntur: niſi ꝙ improbitati appoſita impatientia: magnaſ
ſepe concitat tempeſtateſ. Quod ſi patientiã qua uirtute nihil
uerius: nihil homine digniuſ ĩueniri põt ĩprobitati oppoſueriſ:
extinguetur protinuſ tanq̃ igni aquam ſuperfuderiſ. Sin aũt
ꝓuocatrix illa ĩprobitaſ impatientiam ſibi cõparem nacta ẽ:
tanq̃ perfuſa oleo tantum excitabit incendiũ ut id nõ flumẽ
aliquod: ſed effuſio cruoriſ extinguat. magna itaq; patientie
ratio eſt: q̃ ſapienſ ademit bono uiro. ut enim nihil malorum
fiat hec ſola effecit. que ſi detur omnibuſ: nullum ſceluſ nulla
frauſ in rebuſ humaniſ erit. Quid ergo bono uiro poteſt eẽ tã
calamitoſum: tamq; cõtrarium: q̃ ire frena permittere. que illũ
nõ modo boni: ſed etiã hominiſ appellatione deſpoliet? Siqdẽ
nocere alteri ut ipſe ait uerissime: nõ eſt ſcd̄m hominiſ naturã.
nam & pecudeſ ſi laceſſaſ: aut calce aut cornu repugnant. Et
ſerpenteſ ac fere niſi perſeq̃riſ ut occidaſ: negociũ nõ exhibẽt.
Et ut ad hoĩm exempla redeamuſ: ĩperiti quoq; & inſipiẽteſ ſi
quãdo accipiunt iniuriaſ: ceco & irrationabili furore ducunt̃.
& hiſ qui ſibi nocent uicẽ tribuere conant̃. In quo igit̃ ſapienſ
ac bonuſ uir a maliſ & inſipiẽtibuſ differt: niſi ꝙ. habet inuictã
patientiam qua ſtulti carẽt: niſi ꝙ regere ſe ac mitigare iram
ſuam nouit: quã illi q̃a uirtute indigent frenare non poſſũt?
ſed uidelicet hec ipſum reſ refellit. quia cũ de uirtute querit̃: ĩ
quacũq; conditione uinceret: putauit eſſe uirtutiſ. Nec uidere
ullo modo potuit hominem dolori & ire ſuccumbentem. & hiſ
affectibuſ indulgentẽ. quibuſ debet potiuſ reluctari. Et ruẽtẽ
q̃cũq; in parte ꝓuocarit improbitaſ: uirtutiſ officiũ nõ tenere.
qui enim referre iniuriam nititur: eũ ipſum a quo leſuſ ẽ geſtit
imitari. ita qui malum imitatur: bonuſ eſſe nullo pacto põt.
Duobuſ igitur uerbiſ duaſ uirtuteſ maximaſ: bono & ſapienti
uiro: innocentiam patientiamq; detraxit. ſed quia ipſe caninã
illam facũdiã ſicut Saluſtiuſ ab Appio dictũ refert exercuit:
uoluitq; hominẽ canino modo uiuere. ut remordeat laceſſituſ.
que retributio cõtumelie q̃ pernicioſa ſit: & quaſ edere ſoleat
ſtrageſ: unde opportuniuſ peteretur exemplum: q̃ ex ipſiuſ

2008 Ministerio de Cultura

preceptoriſ triſtiſſimo caſu. qui cum hiſ philoſophoꝝ preceptiſ obtẽperare geſtit: ipſe ſe perdidit. Quid ſi laceſſituſ iniuria pa/tientiam tenuiſſet: ſi diſſimulare: ſi ferre cõtumeliam boni uiri eẽ didiciſſet: nec illaſ nobileſ orationeſ alieno titulo inſcriptaſ: impatientia & leuitaſ & inſania prodidiſſet: nunꝗ̃ capite ſuo roſtra in qbuſ ante floruerat cruentaſſet. nec rẽpublicã fũdituſ proſcriptio illa deleſſet. Sapientiſ ergo ac boni uiri non eſt uelle certare ac ſe periculo cõmittere. quoniam & uincere non eſt in noſtra poteſtate. & ẽ anceps omne certamẽ. ſed ẽ ſapiẽtiſ & optimi uiri non aduerſariũ uelle tollere: qđ fieri ſine ſcelere ac periculo non poteſt. ſed certamẽ ipſum quod fieri & utiliter & iuſte poteſt. Summa igitur uirtuſ habenda patientia ẽ. quã ut caperet homo iuſtuſ: uoluit illum deuſ ut ſupra dictum ẽ pro inerte cõtemni. Niſi enĩ cõtumeliiſ fuerit affectuſ: quãtũ habeat fortitudiniſ in ſeipſo cohibendo ignorabitur. Si autem laceſſituſ iniuria ledentem perſequi ceperit: uictuſ eſt. Si uero motum illum ratione compreſſerit: hic plane imperat ſibi. & hic regere ſe poteſt. que ſuſtentatio ſui recte patientia noĩat. que una uirtuſ omnibuſ eſt appoſita uitiiſ & affectibuſ. Hec perturbatum animum ac fluctuantem ad tranquillitatem ſuã reuocat: hec mitigat: hec hominem ſibi reddit. Ergo quoniã nature repugnare ĩpoſſibile eſt: & inutile: ut nõ cõmoueamur omnino. priuſ tamen ꝗ̃m commotio illa proſiliat ad nocendum: quoad fieri põt maturiuſ ſopiatur. Precepit deuſ nõ occidere ſolem ſuper irã noſtrã. ne furoriſ noſtri teſtiſ abſcedat. Deniq; Marcuſ Tulliuſ cõtra ſuũ preceptum de quo pauloante dixi: obliuionem ĩiuriarum in magniſ laudibuſ poſuit. Spero inquit Ceſar q obliuiſci nihil ſoleſ niſi iniuriaſ. Quod ſi hoc ille facie/bat homo: non a celeſti tantum: ſed a publica quoq; ciuiliq; iuſtitia remotiſſimuſ. quãto magiſ id noſ facere debeamuſ: qui immortalitatiſ uelamine candidati ſumuſ.

Capitulum. xix. Quod peripathetici ſtoiciſ obuiant in defenſione affectuum. Et que ſint treſ furie quaſ poete finxerunt. et quiſ earum uſuſ ſit & abuſuſ.

STоici cum affectuſ ex homine tamꝗ̃ morboſ conantur euellere: peripathetici ſe opponũt: eoſq; non mõ retinẽt:

2008 Ministerio de Cultura

ſed etiam defendunt. Nihilq; in homine eſſe dicunt: quod non magna ratione ac ꝓuidentia ſit innatum. Recte id quidem: ſi ſingularum rerum ueroſ terminoſ ſcirent. Itaq; hanc ipſam irã comitem eẽ dicunt uirtutiſ. tamq̃ nemo poſſit aduerſuſ hoſteſ fortiter dimicare: niſi fuerit ira cõcitatuſ. Quo plane oſtendũt] nec quid ſit uirtuſ ſcire ſe: nec cur homini tribuerit iram deuſ: Que ſi nobiſ ideo data eſt ut ea utamur ad occidendoſ hoĩeſ: quid immaniuſ homine: quid ſimiliuſ feriſ beluiſ exiſtimandũ eſt: q̃ id animal qđ ad cōionem et innocentiã deuſ fecit? Treſ ſunt igitur affectuſ qui homineſ in omnia facinora ꝑcipiteſ agant. ira: cupiditaſ: libido. Propterea poete treſ furiaſ eẽ dix/erunt. que menteſ hominum exagitent. ira ultionẽ deſiderat. cupiditaſ opeſ: libido uoluptateſ. Sed hiſ omnibuſ deuſ certoſ limiteſ ſtatuit. quoſ ſi tranſcenderent: maioreſq; eſſe ceperint: neceſſe eſt naturã ſuã deprauent. & in morboſ ac uitia uertãt. Qui autem ſint iſti limiteſ: non eſt magni laboriſ oſtendere. Cupiditaſ ad ea comparanda nobiſ data eſt: que ſunt ad uitam neceſſaria. libido ad ſobolẽ ꝑpagandã. ire affectuſ ad coercẽda peccata. eorum que ſunt in noſtra poteſtate: id eſt ut artiore diſciplina minor etaſ ad probitatem iuſtitiamq; formet. que niſi in metu cohibeat: licentia pariet audaciam. que ad omne flagitium & facinuſ euadet. Itaq; ut ira uti aduerſum minoreſ & iuſtum ẽ & neceſſarium: ſic & aduerſum pareſ & pernicioſũ ẽ & impium. Impium ꝙ uiolatur humanitaſ: pernicioſum ꝙ illiſ repugnantibuſ aut perdere neceſſe ẽ aut perire. Hanc aũt quam dixi eſſe rationem: cur homini ſit ire affectuſ datuſ: ex ipſiuſ dei preceptiſ intelligi poteſt. qui iubet uti maledictiſ et ledentibuſ nõ iraſcamur. manuſ aũt noſtraſ ſupra minoreſ ſẽꝑ habeamuſ. hoc eſt ut peccanteſ eoſ aſſiduiſ uerberibuſ corriga/muſ. ne amore inutili & indulgentia nimia educẽt ad malũ. & ad uitia nutriantur. Sed rerũ imperiti & rationiſ ignari: eoſ affectuſ qui ſunt homini ad uſuſ bonoſ dati exterminauerunt. & latiuſ q̃ ratio poſtulat euagãt. Inde iniuſte atq; ĩpie uiuũt. utuntur ira contra pareſ. hinc diſcidia: hinc expulſioneſ: hinc bella contra iuſtitiã nata ſunt. Vtunt̃ cupiditate ad gerẽdaſ opeſ: hinc fraudeſ: hĩc latrocinia: hinc omnia ſcelerum genera orta ſunt. Vtuntur libidine ad capiendaſ tantum uoluptateſ. Hinc ſtupra: hinc adulteria: hinc corruptele omneſ extiterũt.

2008 Ministerio de Cultura

Quicunq; igitur illoſ affectuſ intra fineſ ſuoſ redegerit: quod ignorãteſ deũ facere nõ poſſũt: hic patiẽſ: hic fortiſ: hic iuſtuſ ẽ.

Capit. xx. De qnq; ſenſuũ uoluptatibuſ. Et quare pluſ uoluptatiſ datum ſit homini a natura q̃ ceteriſ animãti/buſ. Et p̃mũ de uoluptate uiſuſ & de ſpectaculiſ euitãdiſ. Et de ludorum & ſpectaculorum auctoribuſ.

REſtat ut cõtra quinq; ſenſuum uoluptateſ dicã breuiter. Nam & ipſiuſ libri menſura iam modum flagitat. que omneſ quoniam uitioſe ac mortifere ſunt: uirtute ſuperari atq; opprimi debẽt. uel quod paulo ante dicebam. de affectibuſ ad rationem ſuã reuocari. Cetere animãteſ preter unã uoluptatẽ que ad generandam pertinet nullam ſentiunt. Vtuntur ergo ſenſibuſ ad nature ſue neceſſitatẽ. Vident ut appetãt ea qbuſ opuſ eſt ad uitam tuendam: audiunt inuicem ſeq; dinoſcunt: ut poſſint congregari. Que utilia ſunt ad uictum aut ex odore inueniũt: aut ex ſapore pcipiunt. inutilia reſpuũt aut recuſãt. Edendi & bibẽdi officiũ uẽtriſ plenitudine metiunt̃. Homini uero ſolertiſſimi artificiſ ꝓuidentia dedit uoluptatẽ infinitã. & in uitiũ cadentẽ: qa propoſuit ei uirtutem que cũ uoluptate ſemper tamq̃ cum domeſtico hoſte pugnaret. Cicero in catone maiore. Stupra uero inquit & adulteria & omne flagitium nulliſ excitari aliiſ illecebriſ niſi uoluptatiſ. Cũq; homini ſiue natura ſiue qſ deuſ nihil mẽte pſtabiliuſ dediſſet: huic diuino muneri ac dono nihil tam inimicum q̃ uoluptatem. Nec enĩ libidine dominante temperantie locũ eſſe: neq; in uoluptatiſ regno uirtutẽ poſſe cõſiſtere. ſed ecõtrario deuſ idcirco uirtutẽ dedit: ut expugnaret & uinceret uoluptatem. eamq; egrediẽtẽ fineſ ſibi datoſ: ĩtra preſcriptũ coerceret. ne hoĩem ſuauitatibuſ delinitũ atq; captũ: ditioni ſue ſubiceret. ac ſempiterna morte mulctaret. Voluptaſ oculorum uaria & multiplex: que capitẽ ex aſpectu rerum que ſunt in uſu hoĩm: uel natura uel opere delectabileſ. hanc philoſophi rectiſſime ſuſtulerunt. Aiunt enĩ multo eſſe preclariuſ & homine digniuſ: celum potiuſ q̃ celata intueri: & hoc pulcherrimum opuſ inter micantibuſ aſtrorum luminibuſ tamq̃ floribuſ adornatum: q̃ picta & ficta & gẽmiſ diſtincta mirari. Sed cum diſerte ad contemptum terreſtrium

2008 Ministerio de Cultura

noſ exhortati ſunt: & ad celi ſpectaculum excitauerunt: tamē ſpectacula hec publica non cōtemnūt. itaq; hiſ et delectantur et libenter interſunt: que quoniam maxima ſunt irritamenta uitiorum: et ad corrumpendoſ animoſ potiſſime ualēt: tollēda ſunt nobiſ. quia non modo ad beatam uitam nihil cōferunt: ſed etiā nocent plurimum. Nam qui hominem q̄uiſ ob merita damnatū in conſpectu ſuo iugulari pro uoluptate computat: conſcientiam ſuam polluit. tam ſcilicet q̄ ſi homicidii quod fit occulte ſpectator & particepſ fiat. Hoſ tamen ludoſ uocant in quibuſ humanuſ ſanguiſ effunditur. Adeo longe ab hominibuſ ſeceſſit humanitaſ: ut cū animaſ hominum īterficiant: ludere ſe opinentur. nocentioreſ hiſ omnibuſ quorum ſanguinem uoluptati habent. Quero nunc an poſſint pii & iuſti homineſ eſſe: qui conſtitutoſ ſub ictu mortiſ ac miſericordiā dep̄canteſ: nō tantū patiuntur occidi: ſed efflagitant feruntq; ad mortē crudelia & inhūana ſuffragia. nec uulneribuſ ſatiati: nec cruore cōtenti: quin etiā p̄cuſſoſ iacenteſq; repeti iubent: & cadauera ictibuſ diſſipari. ne qſ illoſ ſimulata morte deludat. Iraſcūt etiā pugnantibuſ niſi ſceleriter alter e duobuſ occiſuſ eſt & tamq̄ humanū ſanguinem ſitiant: oderunt moraſ. alioſ illiſ cōpareſ dari poſcunt recentioreſ: ut q̄ primum oculoſ ſuoſ ſatient. Hac conſuetudine imbuti humanitatem perdiderūt. Itaq; nō p̄cūt etiam innocentibuſ. ſed exercent in omneſ quod in malorum trucidatione didicerunt. Huiuſ igitur publici homicidii ſocioſ & participeſ eſſe nō cōuenit: eoſ q iuſtitie uiā tenere nitunt̄. Non enī cū occidere deuſ uetat: latrocinari noſ tantū ꝓhibet quod ne per legeſ quidem publicaſ licet. ſed ea quoq; ne fiant monet: que apud homineſ pro licitiſ habent̄. Ita neq; militari iuſto licebit: cuiuſ militia ē ipſa iuſtitia. neq; nō accuſare quēq̄ crimine capitali. q̄a nihil diſtat utrū ne ferro an uerbo potiuſ occidaſ. quoniā occiſio ipa prohibetur. Itaq; in hoc dei p̄cepto nullā prorſuſ exceptionem fieri oportet: quin occidere hoīem ſit ſemper nephaſ. quem deuſ ſanctū animal eſſe uoluit. Ergo ne illud quidē concedi aliquiſ exiſtimet: ut recenſ natoſ liceat oblidere. que uel maxīa eſt impietaſ. Ad uitā enī deuſ inſpirat animaſ non ad mortem. Verum homineſ ne quod ſit facinuſ quo manuſ ſuaſ nō polluāt: rudibuſ adhuc & ſīplicibuſ aīabuſ abnegant lucem non a ſe datam. Expectet uero aliquiſ ut

2008 Ministerio de Cultura

alieno ſanguine parcant: qui non parcunt ſuo. ſed hi ſine ulla
cōtrauerſia ſcelerati & iniuſti. Quid illi quoſ falſa pietaſ cogit
exponere? Non poſſunt innocenteſ exiſtimari: q uiſcera ſua
canibuſ obiiciunt & q̃tum in ipſiſ eſt: crudeliuſ necant q̃ ſi ſtrā/
gulaſſēt. Quiſ dubitet quin impiuſ ſit qui aliene miſericordie
locum non tribuit? qui etiā ſi cōtingat ei quod uoluit ut alat:
addixit certe ſāguinem ſuū uel ad ſeruitutem uel ad lupanar.
Que autem poſſint uel ſoleant accidere in utroq; ſexu uel per
errorē q̄ſ non intelligit? q̄ſ ignorat? Quod uel uniuſ Edipodiſ
declarat exemplū: duplici ſcelere cōfuſū. Tam igit̄ nephariū
eſt exponere q̃ necare. At enim parricide facultatū anguſtiaſ
conqueruntur. nec ſe pluribuſ liberiſ educandiſ ſufficere poſſe
p̃tendunt. q̄ſi uero aut facultateſ in poteſtate ſint poſſidentiū:
aut nō quotidie deuſ ex diuitibuſ paupereſ: & ex pauperibuſ
diuiteſ faciat. Quare ſi quiſ liberoſ ob paupertatem nō poterit
educare: ſatiuſ eſt ut ab uxoriſ congreſſione contineat: q̃ ſce/
leratiſ manibuſ dei opera corrumpat. Ergo ſi homicidium
facere nullo modo licet: nec intereſſe omnino conceditur. ne
conſcientiam perfundat ulluſ cruor. Siquidem populo ſāguiſ
ille preſtatur. ī ſceniſ quoq; neſcio an ſit corruptela uitioſior.
Nā et comice fabule de ſtupriſ uirginū loquūt: aut amoribuſ
meretricū: & quo magiſ ſūt eloquenteſ q flagitia illa finxerūt:
eo magiſ ſententiarum elegantia ſuadent. & faciliuſ inherent
audientium memorie uerſuſ numeroſi & ornati. Item tragice
hiſtorie ſubiiciunt oculiſ parricidia & inceſta regum malorū:
& cōturnata ſcelera demōſtrāt. Hiſtrionū quoq; īpudiciſſimi
motuſ: quid aliud niſi libidineſ docent & inſtigant? quorum
eneruata corpora: & in mulierū inceſſum habitumq; mollita:
īpudicaſ feminaſ inhoneſtiſ geſtibuſ mentiūtur. Quid de mimiſ
loquar corruptelarum preferentibuſ diſciplinam: qui docent
adulteria dum fingunt: & ſimulatiſ erudiunt ad uera? Quid
iuueneſ aut uirgineſ faciant. cū & fieri ſine pudore: & ſpectari
libenter ab omnibuſ cernūt. Admonent̄ utiq; q̄d facere poſſit.
& inflammantur libidine: que aſpectu maxime concitatur. ac
ſe q̄ſq; pro ſexu in illiſ imaginibuſ prefigurat. ꝓbantq; illa dū
ridēt. & adherētibuſ uitiiſ corruptioreſ ad cubicula reuertunt̄.
nec pueri modo: quoſ prematuriſ uitiiſ imbui non oportet: ſed
etiā ſeneſ quoſ peccare nō decet. in talē uitioꝝ ſemitā dilabunt̄.

2008 Ministerio de Cultura

Circenſium quoq; ludoꝝ ratio quid aliud habet niſi leuitatẽ: uanitatem: inſaniam? Tanto nanq; impetu cõcitantur animi in furorem: quãto illic impetu curritur. ut iam pluſ ſpectaculi exhibeant: qui ſpectandi gratia ueniunt: cum exclamare & efferre et exilire ceperint. Vitanda ergo ſpectacula omnia. non ſolum ne quid uitiorum pectoribuſ inſideat: que ſedata & pacifica eſſe debent. ſed ne cuiuſ noſ uoluptatiſ conſuetudo deliniat: et a deo atq; a boniſ operibuſ auertat. Nam ludorũ celebrationeſ deorum feſta ſunt. ſiquidem ob nataleſ eorũ uel temporum nouorum dedicationeſ ſunt cõſtituti. Et primituſ quidem uenationeſ que uocant̃ munera Saturno attribute ſũt. Ludi aũt ſcenici libro. Circenſeſ uero Neptuno. Paulatĩ uero & ceteriſ diiſ idẽ honoſ tribui cepit. ſinguliq; ludi nõibuſ eoꝝ conſecrati ſũt. Sicut Siſinniuſ capito ĩ libriſ ſpectaculoꝝ docet. Si qſ igitur ſpectaculiſ intereſt: ad que religioniſ gratia cõuenit̃. diſceſſit a dei cultu: & ad deoſ ſe cõtulit. quoꝝ nataleſ & feſta celebrauit.

Capitulũ. xxi. De uoluptate aurium. Et quid ſibi uelit diuinorũ eloquioꝝ ſimplicitaſ: que omnibuſ carminibuſ & floribuſ pompiſq; uerborum preferenda eſt.

AVrium uoluptaſ ex uocum & cãtuum ſuauitate ꝑcipit̃. que ſcilicet tam uitioſa eſt: ꝗ̃ oblectatio illa de quã dix/imuſ oculoꝝ. Quiſ enim non luxurioſum ac nequã putet eũ: qui ſcenicaſ arteſ domi habeat? At qui nihil refert utrum ne luxuriam ſoluſ domi: an cum populo exerceaſ ĩ theatro. Sed iam de ſpectaculiſ dictum eſt. reſtat unum quod eſt nobiſ ex/pugnandũ. ne capiamur hiſ que ad ſenſum integrũ penetrãt. Nã illa omnia que uerbiſ carent id eſt aeriſ & neruoꝝ ſuaueſ ſoni: poſſunt facile cõtemni. qa non adherent ne ſcribi poſſũt. Carmen autem compoſitũ & oratio cum ſuauitate decipienſ: capit menteſ. & quo uoluerit impellit. Inde homineſ litterati cũ ad religionem acceſſerint dei: ab aliquo perito doctore fũ/dati minuſ credũt. Aſſueti. n. dulcibuſ & politiſ ſiue oratõnibuſ: ſiue carminibuſ: diuinarum litterarum ſimplicem communẽq; ſermonem pro ſordido aſpernantur. id enĩ querũt quod ſenſũ demulceat. Perſuadet aũt quidqd eſt ſuaue: & animo penituſ dũ delectat inſidit. Nũ igitur deuſ & mentiſ & uociſ & lingue

2008 Ministerio de Cultura

artifex: diſerte loqui nõ poteſt? Immo uero ſũma prouidẽtia carere fuco uoluit ea que diuina ſunt. ut omneſ intelligerẽt: que ipſa omnibuſ loquebatur. Ergo qui ueritati ſtudet: ꝗ nõ uult ipẽ ſe decipere: abiciat ĩimicaſ & noxiaſ uoluptateſ. que animã ſibi uinciãt. ut corpuſ cibi dulceſ: preferãtur uera falſiſ: eterna breuibuſ: utilia iocũdiſ. Nihil aſpectu gratum ſit: niſi quod pie quod iuſte fieri uideaſ. nihil auditu ſuaue: niſi quod alit animam: melioremq; te reddit. Maximeq; hic ſenſuſ non ẽ ad uitium detorquenduſ. qui nobiſ ideo datuſ eſt: ut doctrinã dei ꝑcipere poſſemuſ. Itaq; ſi uoluptaſ ẽ audire cãtuſ & carmĩa: dei laudeſ canere & audire iocundũ ſit. Hec eſt uoluptaſ uera: que comeſ eſt & ſocia uirtutiſ. Hec eſt non caduca & breuiſ: ut ille quaſ appetunt ꝗ corpori ut pecudeſ ſeruiunt: ſed perpetua & ſine ulla intermiſſione delectanſ. Cuiuſ terminoſ ſi quiſ ex/ceſſerit: nihilq; aliud ex uoluptate petierit niſi ipſã uoluptatẽ: hic mortem meditatur. quia ſicut uita perpetua in uirtute eſt: ita morſ in uoluptate. Qui enim temporalia maluerit: carebit eterniſ. qui terrena protulerit: celeſtia non habebit.

Capitu. xxii. De uoluptate olfatuſ & guſtuſ. quam uir prudenſ euitare debet ut laqueoſ & tendiculaſ mortiſ.

AD uoluptateſ autem ſaporiſ & odoriſ: qui duo ſenſuſ ad ſolum corpuſ pertinent: nihil eſt quod a nobiſ diſputet̃: niſi forte quiſ exigit: ut dicamuſ turpe eſſe ſapienti ac bono: ſi uẽtri et gule ſeruiat: ſi unguẽtiſ oblituſ: ac floribuſ coronatuſ incedat. quod qui facit utiq; inſipienſ & ineptuſ & nihil eſt. et quem ne odor quidẽ uirtutiſ attigerit. Fortaſſe ꝗſpiã dixerit. Cur ergo illa facta ſunt: niſi ut illiſ fruamur? At enim iã ſepe dictum eſt uirtutem fuiſſe futuram nullam: niſi haberet que opprimeret. Itaq; fecit omnia deuſ ad inſtruendum certamen rerum duarũ. Ergo illecebre iſte uoluptatũ: arma ſunt illiuſ cuiuſ opuſ unũ eſt expugnare uirtutem: iuſtitiãq; ab omnibuſ excludere. Hiſ blãdimẽtiſ titillat anima & ſuauitatibuſ. Scit enim quia mortiſ ẽ fabricatrix uoluptaſ. nã ſicut deuſ hoĩem ad uitã non niſi ꝑ uirtutem ac laborẽ uocat: ita ille ad mortẽ ꝑ delitiaſ ac uoluptateſ. & ſicut ad uerum bonũ per fallacia mala: ſic ad uerꝝ malum per bona fallacia peruenitur. Cauenda ſũt

2008 Ministerio de Cultura

igitur oblectamēta iſta tanq̄ laquei & plage. ne ſuauitudinū mollicie capti: ſub ditione mortiſ cū ipſo corpore redigamur: cui noſ mācipauimuſ.

Capitulū. xxiii. De uoluptate tactuſ. & q̄re ſit in hoīe uehementior q̄ ī ceteriſ animalibuſ. & q̄taſ p eū diaboluſ turpitudineſ īgerat & ſpicula gehēne. Et de licito coitu & illicito. Et q̄re ītra omīa aīantia ſola mulier poſt cōcep/tū ſit patienſ uiri. Et q̄ſ ſit cōtinētie uel īcōtinētie fructuſ.

VEnio nunc ad eā que percipitur ex tactu uoluptatem. qui ſenſuſ eſt q̄dē totiuſ corporiſ: ſed ego nō de ornamētiſ aut ueſtibuſ: ſed de ſola libidine dicēdū mihi puto. que maxīe coercenda eſt: quia maxime nocet. Cū excogitaſſet deuſ duoꝝ ſexuū rationem: attribuit ipſiſ ut ſe inuicem appeterent. et cō/iunctione gauderent. Itaq; ardentiſſimam cupiditatē cūctoꝝ animantiū admiſcuit corporibuſ: ut in hoſ affectuſ auidiſſime ruerent. eaq; ratione propagari & multiplicari genera poſſēt. Que cupiditaſ & appetentia in homine uehementior & acrior inuenit. uel quia hominū multitudinem uoluit eſſe maiorē: uel quoniam uirtutem ſoli homini dedit. ut eſſet lauſ & gloria in coercendiſ uoluptatibuſ: & ſui abſtinētia. Scit ergo aduer/ſariuſ ille noſter q̄ta ſit uiſ huiuſ cupiditatiſ. quā q̄dē neceſſitatē dicere maluerunt. eamq; a recto & bono ad malū et ad prauū transfert. Illicita enī deſideria immittit. ut aliena cōtaminet. quibuſ habere propria ſine delicto licet. obiicit quippe oculiſ irritabileſ formaſ. ſuggeritq; fomenta. & uitiiſ pabulū ſubmi/niſtrat. tum intimiſ uiſceribuſ ſtimuloſ omneſ conturbat: & comouet. & naturalem illum incitat atq; inflammat ardorē. donec irrheticum hominem implicatūq; decipiat. At ne quiſ eēt q penaꝝ metu abſtineret alieno: lupanaria quoq; cōſtituit. & pudorem infelicium mulieꝝ publicauit. ut ludibrio haberet tam eoſ qui faciūt: q̄ quaſ pati neceſſe eſt. Hiſ obſcenitatibuſ animaſ ad ſanctitatem genitaſ: uelut in ſceni gurgite demerſit: pudorem extinxit: pudicitiam flagitauit. Idem etiam mareſ maribuſ admiſcuit. & nefandoſ coituſ contra naturam: cōtraq; inſtitutum dei machinatuſ eſt. ſic imbuit homineſ & armauit ad nefaſ omne. Quid enim poteſt eſſe ſanctum hiſ qui etatem imbecillam & preſidio indigentem: libidini ſue depopulandam

2008 Ministerio de Cultura

fedandamq; ſubſtrauerit? Non poteſt hec reſ pro magnitudine ſceleriſ enarrari. Nihil ampliuſ iſtoſ appellare poſſū: q̃ ípioſ & parricidaſ. quibuſ non ſufficiat ſexuſ a deo datuſ: niſi & ſuū ſexum prophane ac petulanter illudāt. Hec tamen apud noſ leuia & q̃ſi honeſta ſunt. Quid dicam de hiſ qui abominandū non libidinem ſed inſaniā potiuſ exercent? Piget dicere. Sed quid hiſ fore credamuſ: quoſ nō piget facere. & tamen dicendū eſt q̄ fit? de iſtiſ loquor quoꝶ teterrima libido & execrabiliſ furor: ne capiti q̄dē parcit. Quibuſ hoc uerbiſ aut q̃ ídignatōe tantū nefaſ proſequar? Vicit officiū lígue ſceleriſ magnitudo. Cum igitur libido hec edat opera: & hec facinora deſignet: ar/mandi aduerſuſ eam uirtute maxima ſumuſ. Quiſq; affectuſ illoſ frenare nō poteſt: cohibeat eoſ intra preſcriptū legitimi thori. ut & illud quod auide expetit aſſequatur. & tamen in peccatū nō incidat. Nā quid ſibi homineſ perditi uolūt? Nēpe honeſta opera uoluptaſ ſequit̄: ſi ipſam per ſe appetūt: iuſta & legitima frui licet. Quod ſi aliq̃ neceſſitaſ prohibet: tū uero maxīa adhibenda uirtuſ erit: ut cupiditati cōtinētia reluctet̄. Nec tantum alieniſ que attingere non licet: ueꝶ etiā publiciſ uulgatiſq; corporibuſ abſtinendum deuſ precepit. Docetq; noſ cum duo inter ſe corpora fuerít copulata: unū corpuſ efficere. Itaq; q̄ ſe ſceno ímerſerit: ſceno ſit oblituſ neceſſe ē. Et corpuſ quidē cito ablui poteſt: menſ aūt contagione ípudici corporiſ inquinata non pōt: niſi ex lōgo tēpore & multiſ boniſ ab ea que íheſerit colluuione purgari. Oportet ergo ſibi queq; ꝓponere duorum ſexuum coniunctionem generandi cauſa datum eſſe uiuentibuſ. Eamq; legem hiſ affectibuſ poſitā: ut ſucceſſionē parent. ſicut autem dedit nobiſ oculoſ deuſ non ut ſpectemuſ uoluptatemq; capiamuſ: ſed ut uideamuſ propter eoſ actuſ q̄ pertinent ad uite neceſſitatem. Ita genitalem corporiſ partem quod nomen ipſū docet: nulla alia cauſa niſi efficiēde ſoboliſ accepimuſ. Huic diuine legi ſumma deuotione parendū ē. ſint omneſ qui dei diſcipuloſ ſe profitebūtur ita morati & íſtituti: ut imperare ſibi poſſint. Nam qui uoluptatibuſ ídulgent: qui libidini obſequūtur: hi animā ſuā corpori mācipāt: ad mortēq; condemnant. qui ſe corpori addixerunt: in quo habet morſ poteſtatem. Vnuſquiſq; igitur quantum poteſt formet ſe ad uerecundiam: pudoremq; colat. caſtitatē mente & conſcientia

2008 Ministerio de Cultura

tueatur: nec tantũ legibuſ publicaſ pareat: ſed ſit ſupra omneſ legeſ: qui legem dei ſequitur. quibuſ boniſ ſi aſſueuerit: iam pudebit eum in deteriora deſcendere. Modo placeant recta & honeſta que melioribuſ iocũdiora ſunt: q̃ praua & inhoneſta peioribuſ. Non dum omnia caſtitatiſ officia executuſ ſũ. quã non mõ deuſ intra priuatoſ parieteſ: ſed etiã preſcripto lectuli terminat. ut cũ quiſ habeat uxorem: neq; ſeruam neq; liberã habere inſuper uelit. ſed matrimonio fidẽ ſeruet. Non enĩ ſicut iuriſ publici ratio eſt: ſola mulier adultera ẽ que habet aliũ. Marituſ autẽ etiã ſi plureſ habeat: a crimine adulterii ſolutuſ eſt. Sed diuina lex ita duoſ ꝙ matrimoniũ quod ẽ in corpuſ unum pari iure cõiungit: ut adulter habeatur: q̃ſquiſ cõpagẽ corporiſ in diuerſa diſtraxerit. Nec ob aliam cauſam deuſ cũ ceteraſ animanteſ ſuſcepto fetu maribuſ repugnare uoluiſſet. ſolam omniũ mulierem patientem uiri fecit. ſcilicet ne feminiſ repugnantibuſ libido cogeret uiroſ aliud appetere: eoq; facto caſtitatiſ gloriã nõ tenerent. ſed neq; mulier uirtutẽ pudicitie caperet: ſi peccare non poſſet. Nam quiſ mutũ animal pudicũ eẽ dixerit: qđ ſuſcepto fetu mari repugnat? Quod ideo facit: quia neceſſe eſt in dolorẽ atq; in periculũ ueniat ſi admiſerit. Nulla igitur lauſ eſt non facere: quod non poſſiſ facere. Ideo autem pudicitia in homine laudatur: quia non naturaliſ ẽ ſed uoluntaria. Seruãda igiẽ fideſ ab utroq; alteri ẽ: ĩmo exẽplo continentie docenda uxor. ut ſe caſte gerat. Iniquũ eſt enim ut id exigaſ: qđ ipſe preſtare nõ poſſiſ. Que iniquitaſ id effecit profecto: ut eſſent adulteria. feminiſ egere ferentibuſ preſtare ſe fidem: non exhibentibuſ mutuam caritatem. Deniq; nulla ẽ tam perditi pudoriſ adultera: que non hanc cauſam uitiiſ ſuiſ ꝓtendat: iniuriã ſe peccando non facere ſed referre. qđ optime Quintilianuſ expreſſit. homo inquit neq; alieni matrimonii abſtinenſ: neq; ſui cuſtoſ: que inter ſe natura cõnexa ſunt. Nã neq; marituſ circa corrumpẽdaſ aliorum coniugeſ occupatuſ: poteſt uacare domeſtice ſanctitati. Et uxor cum in tale ĩcidit matrimoniũ exemplo ipſo concitata: aut imitari ſe putat aut uĩdicari. Cauendũ igiẽ ne occaſionem uitiiſ noſtra intẽpãtia demuſ: ſed aſſueſcant inuicem moreſ duorum: & iugũ paribuſ animiſ inferant. Noſ ipſoſ in altero cogitemuſ. Nam fere in hoc iuſtitie ſumma conſiſtit: ut non faciaſ alteri quidquid ipſe

2008 Ministerio de Cultura

ab altero pati noliſ. Hec ſunt que ad cõtinentiam precipiunt
a deo. ſed tamen ſi quiſ diuina precepta circũſcribere ſe putet
poſſe: addant illa: ut omniſ calumnia & occaſio fraudiſ remo/
ueatur. adulterum eſſe qui a marito dimiſſam duxerit. & eum
qui preter crimen adulterii uxorẽ dimiſerit ut alteram ducat.
Diſſociari enĩ corpuſ & diſtrahi deuſ noluit. Preterea nõ tãtũ
adulteriũ eſſe uitandum: ſed etiã cogitationem: ne qſ aſpiciat
alienam. & animo concupiſcat. Adulteram enim fieri mentẽ:
ſi uel imaginẽ uoluptatiſ ipa ſibi depinxerit. menſ ẽ enĩ pfecto
que peccat. que immoderate libidiniſ fructum cogitatione cõ/
plectitur. In hac crimen eſt: in hac omne delictum. Nam & ſi
corpuſ nulla ſit labe maculatum: non conſtat tamen pudicitie
ratio: ſi animuſ inceſtuſ eſt. nec illibata caſtitaſ uideri põt: ubi
conſcientiã cupiditaſ inquinauit. Nec uero aliquiſ exiſtimet
difficile eſſe imponere frenoſ uoluptati. eãq; uagã et errãtem
caſtitatiſ pudicitieq; limitibuſ includere: cũ ppoſitũ ſit hõibuſ
omnibuſ etiã uĩcere: ac plurimi beatã atq; incorruptã corporiſ
integritatem retinuerũt. multiq; ſint q hoc celeſti genere uite
feliciſſime perfruantur. Quod quidem nõ ita deuſ fieri pcepit
tamq̃ aſtringat: quia generari hoĩeſ oportet: ſed tãq̃ ſinat. Scit
enim q̃tam hiſ affectibuſ impoſuerit neceſſitatem. ſi qſ hoc inqt
facere potuerit: habebit eximiam incomperabilemq; mercedẽ.
Quod continentie genuſ q̃ſi faſtigiũ eſt. omniũq; cõſumatio
uirtutũ. Ad quã ſi quiſ eniti atq; eluctari potuerit: hunc ſeruũ
dominuſ: hũc diſcipulũ magiſter agnoſcet. hic terrã triũphauit.
hic erit cõſimiliſ deo: q uirtutem dei ceperit. Nec quidẽ diffi/
cilia uidẽtur: ſed de eo loquimur: cui calcatiſ omnibuſ terreniſ
iter in celũ paratur. Nã quia uirtuſ in dei agnitione cõſiſtit:
omnia grauia ſunt: dum ignoreſ: ubi cognoueriſ facilia. p ipſaſ
difficultateſ nobiſ exeundũ ẽ. q ad ſũmũ bonũ tendimuſ.

Capit. xxiiii. De penitentia & fructu eiuſ & cõſcientie
ſtimuliſ: & diſtricto dei iuditio. ex quibuſ ſacrificiiſ & in
qua ara poſſit placari.

NEc tamẽ deficiat aliqſ: aut de ſe deſperet. ſi aut cupiditate
uictuſ: aut libidine impulſuſ: aut errore deceptuſ: aut ui
coactuſ: ad iniuſtitie uiam lapſuſ eſt. Poteſt enim reduci ac

2008 Ministerio de Cultura

liberari ſi eum peniteat actorum: & ad meliora conuerſuſ ſatiſ deo faciat. quod fieri poſſe Cicero non putauit. Cuiuſ hec in achademico tertio uerba ſunt. Quod ſi liceret hiſ qui in itinere deerraſſent: ſic uiā deuiam ſecutoſ corrigere errorē in penitēdo. facilior eſſet emendatio temeritatiſ. licet plane. Nā ſi liberoſ noſtroſ cum delictorum ſuorum criminiſ penitere: correptoſ eē arbitramur: & abdicatoſ abiectoſq; rurſuſ tamen ſuſcipimuſ: fouemuſ: amplectimur: cur deſperemuſ clementiam dei patriſ penitendo poſſe placari? Ergo idem dominuſ ac parenſ indul/gentiſſimuſ: remiſſurum ſe penitentibuſ peccata promittit. et obliturū omneſ iniquitateſ noſtraſ. Si iuſtitiā denuo cepimuſ operari. Sicut enim nihil prodeſt male uiuenti ante acte uite probitaſ: quia ſuperueniens nequitia iuſtitie opera deleuit. ita nihil officiunt peccata uetera correcto: qa ſupueniens iuſtitia labē uite prioriſ aboleuit. Quem enī facti ſui penitet: errorē ſuum priſtinum intelligit. Ideoq; greci meliuſ & ſignificātiuſ. μεταγνοσισ. dicūt. q̄ſ noſ latine poſſumuſ dicere reſipiſcētiā. Reſipiſcit enim ac ſuam mentem quaſi ab inſania recipit. quē errati piget caſtigatq; ſeipſum dementie. & cōfirmat animum ſuum ad rectiuſ uiuēdum. tum illud ipſum maxime cauet: ne rurſuſ in eoſdem laqueoſ inducatur. Deniq; muta quoq; aīalia cum fraude capiūtur: ſi aliquo ſe modo in fugā extricauerīt: fiunt poſtmodum cautiora. uitantq; ſemper ea omnia in qbuſ doloſ inſidiaſq; ſenſerūt. Sic hominem penitentia cautum ac diligentem facit: ad euitanda peccata. in que ſemel fraudē de/ciderit. Nemo enī poteſt eſſe tā prudenſ: tam circūſpectuſ: ut non aliquando labatur. Et idcirco deuſ imbecillitatē noſtrā ſciens: pro ſua pietate aperuit nobiſ portū ſalutiſ. ut huic ne/ceſſitati cui fragilitaſ carniſ ſubiecta eſt: medicina penitentie ſubueniret. Ergo qcūq; aberrauerit referat pedē: ſeq; q̄ p̄mū recipiat ac reformet. Sed reuocare gradum: ſuperaſq; euadere ad auraſ. hoc opuſ hic labor eſt. Deguſtatiſ enim male iocūdiſ uoluptatibuſ: uix diuelli ab hiſ poſſunt. faciliuſ recta ſeque/rentur: ſi earum ſuauitateſ non attigiſſent. Sed ſi eripiant ſe male ſeruituti: condonabit hiſ omniſ error. ſi errorem ſuū uita meliori correxerint. Nec lucrari ſe qſ q̄ putet: ſi delicti cōſciū nō habebit. ſcit ille omnia in cuiuſ conſpectu uiuimuſ. Nec ſi uniuerſoſ homineſ celare poſſumuſ. deum poſſumuſ: cui nihil

2008 Ministerio de Cultura

abſconditum: nihil poteſt eſſe ſecretum. Seneca exhortationeſ ſuaſ mirabili ſententia terminauit. Magnum īquit neſcio qd maiuſq; q̄ cogitari poteſt numē eſt: cui uiuendo opam damuſ. Huic noſ approbemuſ. nā nihil ꝓdeſt incluſam eē cōſciētiam. patemuſ deo. Quid uerius dici poteſt ab eo qui deum noſſet: q̄ dictum eſt ab homine uere religioniſ ignaro? Nā & maieſtatē dei expreſſit maiorem eſſe dicendo: q̄ ut eam cogitatio mētiſ humane capere poſſet. & ipſū ueritatiſ attigit fontem: ſentiēdo uitam hominum ſuperuacuam nō eſſe. ut Epicuri uolunt. ſed deo ab hiſ operam uiuendo dari: ſi quidem iuſte ac pie uixerīt. Potuit eſſe uerus dei cultor: ſi qſ illi mōſtraſſet ut cōtēpſiſſet profecto Zenonem & magiſtrum ſuū Sutionem: ſi uere ſapīe ducē nactuſ eſſet. Huic noſ inquit approbemuſ. Celeſtiſ ꝓrſuſ oratio niſi antecederet ignorantie confeſſio: nihil ꝓdeſt īcluſā habere cōſcientiā: patemuſ deo. Nulluſ ergo mendatio nulluſ diſſimulationi locuſ eſt: qa parietibuſ oculi hoīm ſubmouenť. dei autē diuinitaſ nec uiſceribuſ ſubmoueri poteſt: quo minuſ totum hominem perſpiciat & norit. Idem in eiuſdē opiſ ꝓmo. Quid agiſ inquit? quid machinariſ? quid abſcondiſ? Cuſtoſ te tuuſ ſequitur. Alium tibi peregrinatio ſubduxit: alium morſ: alium ualitudo. Heret hic quo carere nūq̄ poteſ. Quid locū abditū legiſ: & arbitriū remoueſ? puta tibi cōtigiſſe ut oculoſ omniū effugiaſ demenſ. Quid tibi prodeſt non habere cōſcium habenti conſcientiam? non minuſ mirabiliter de conſcientia et deo. Tulliuſ meminerit īquit deum ſe habere teſtem: id eſt ut Ego arbitror mentem ſuam. q̄ nihil homini dedit ipē diuiniuſ. Item cum de bono & iuſto uiro loqueretur. Itaq; taliſ uir īqt. non modo facere: ſed ne cogitare quidem quidq̄ audebit: qđ non audeat predicare. Purgemuſ igitur conſcientiā. que oculiſ dei ē peruia. & ut ait idē ſemper ita uiuamuſ: ut rationē nobiſ reddendam arbitremur. putemuſq; noſ momentiſ omnibuſ non in aliquo: ut ille dixit orbiſ terre theatro ab hōibuſ: ſed deſup ſpectari ab eo: qui & iudex & teſtiſ ipſe futuruſ ē. cui rationē uite repoſcenti actuſ ſuoſ inficiari non licebit. Ergo ſatiuſ eſt aut fugere conſcientiam: aut noſ ipſoſ ultro aperire animum. & perniciem reſciſſiſ uulneribuſ effundere. quibuſ nemo aliuſ mederi pōt: niſi ſoluſ ille q greſſum claudiſ: uiſū ceciſ reddidit. maculata purpurauit mēbra: mortuoſ excitauit. Ille ardorem

2008 Ministerio de Cultura

cupiditatiſ extinguet: extirpabit libidineſ: inuidiā diſtrahet: irā mitigabit. Ille reddet uerā & perpetuā ſanitatē. Appetēda eſt hec omnibuſ medicina. quoniam maiori periculo uexatur anima q̄ corpuſ. & q̄ primum latentibuſ morbiſ adhibenda eſt curatio. Neq; enim ſi utatur aliquiſ oculoꝝ acie clara: mēbriſ omnibuſ integriſ corporiſ totiuſ fortiſſima ualitudine: tamen eum dixerim ſanum: ſi efferatur ira: ſuperbia tumiduſ īfletur: libidini ſeruiat: cupiditatibuſ inardeſcat. ſed eū potiuſ qui ad alienam felicitatem non attollat oculoſ: opeſ non admiretur: alienam mulierem ſancte uideat: nihil omnino appetat. non concupiſcat alienum: non inuideat ulli: non faſtidiat quenq̄: ſit humiliſ: miſericorſ: beneficuſ: mitiſ: humanuſ: pax ī animo eiuſ ꝑpetua uerſet̄. Ille homo ſanuſ: ille iuſtuſ: ille perfectuſ eſt. Quiſquiſ igit̄ hiſ omnibuſ preceptiſ celeſtibuſ obtēpauerit: hic eſt ueri dei cultor. cuiuſ ſacrifitia ſunt manſuetudo animi: & uita innocenſ & actuſ boni. Que omnia qui exhibet: totienſ ſacrificat quotienſ aliqd ac fecerit piū. Deuſ enī nō deſiderat uictimā. neq; muti animaliſ: neq; mortiſ ac ſanguiniſ: ſed hōiſ & uite. Ad quod ſacrificium neq; uerbeniſ opuſ eſt: neq; fibriſ neq; ceſpitibuſ: que ſunt utiq; uaniſſima. ſed hiſ que de intimo corde proferuntur. Itaq; in aram dei que uere maxime eſt: et que in corde hominiſ collocata coinquinari non pōt ſanguine: iuſtitia īponit̄. patientia: fideſ: innocentia: caſtitaſ: abſtinētia. hic eſt ueriſſimuſ rituſ. hic eſt lex dei. ut a Cicerone eſt dictū. ꝑclara & diuina ſemperq; recta & honeſta iubet. uetat praua & turpia. cui parentē ſanctiſſime ac certiſſime legi: iuſte ac legitime neceſſe ē uiuere. Cuiuſ legiſ pauca equidē capita poſui. q̄ ſum pollicituſ ea me tantummodo eſſe dicturum: que ſūmū faſtigiū uirtuti & iuſtitie īponerēt. Si qſ uolet cetera omnia cōphēdere: ex fōte īpo petat unde ad noſ riuuſ iſte manauit.

## Capitulū. xxv. De differētia doni & ſacrificii diuini: & forma laudandi deum: & orationiſ forma & fructu.

TVnc de ſacrificio īpo dicamuſ pauca. Ebur inquit Plato non caſtum donum deo. Quid ergo. picta ſcilicet & texta precioſa: immo uero non caſtum donum deo: quidquid ſurripi quidq̄d corrumpi pōt. Sed ſicut hoc uidit non oportere uiuēti

2008 Ministerio de Cultura

offerre aliquid: quod ſit ex mortuo corpore. cur illud nō uidit non debere incorporali corporale munuſ offerri? q̃to meliuſ & ueriuſ Seneca? Vultiſne uoſ īquit deum cogitare magnum & placidum: & maieſtate leni uerendum: amicum & ſemper in proximo non immolationibuſ & ſanguine multo colendum. Que enim ex trucidatione īmerentium uoluptaſ eſt. ſed mente pura: bono boneſtoq; ꝓpoſito: non templa illi cōgeſtiſ in alti/tudinem ſaxiſ ſtruenda ſunt: in ſuo cuiq; cōſecranduſ ē pectore. Veſteſ igitur gemmaſ & cetera que habentur in precio: ſi quiſ putat deo cara: iſ plane qd ſit deuſ neſcit. cui putat uoluptati eſſe eaſ reſ: quaſ etiam homo ſi cōtempſerit: iure laudabitur. Quid ergo caſtum: quid deo dignum: niſi ꝙ ipſe in illa diuina lege ſua popoſcit? Duo ſunt que offerri debeant: donum et ſacrificium: donum in perpetuum: ſacrificium ad tempuſ. Veꝝ apud iſtoſ qui nullo modo rationē diuinitatiſ intelligūt: donū eſt quicquid auro argentoq; fabricatur. Item quicquid ſerico & purpura texitur: ſacrificium eſt & uictima: & quecūq; in ara cremantur. ſed utroq; non utitur deuſ. quia & ipſe incorruptuſ eſt: & illud totum corruptibile. itaq; deo utrumq; īcorporale offerendum eſt: quo utitur. Donū ē ītegritaſ animi. ſacrificiū lauſ & himnuſ. Si enī deuſ nō uidetur: ergo hiſ rebuſ coli debet que non uidentur. Nulla igitur alia religio eſt uera: niſi que uirtute ac iuſtitia cōſtat. Quomodo autem deuſ iuſtitia hōiſ utatur: ītellectu facile ē. Si enim iuſtuſ fuerit homo: accepta immortalitate ineternum deo ſeruiet. Homineſ autem nō niſi ad iuſtitiam naſci. Tum philoſophi ueteres: tum etiam Cicero ſuſpicatur. diſſerenſ enim de legibuſ. ſed omnium inquit que in hominum doctoꝝ diſputatione uerſantur: nihil eſt ꝑfecto preſtabiliuſ: q̃ plane ītelligi noſ ad iuſtitiā eſſe natoſ. Id ergo ſolū deo exhibere atq; offerre debemuſ: ad quod capiēdū noſ ipſe generauit. Hoc aūt duplex ſacrificii genuſ: q̃ ſit ueriſſimū Triſmegiſtuſ Hermeſ idoneuſ teſtiſ ē. Qui nobiſcū id eſt cum philoſophiſ quoſ ſeqmur tā re q̃ uerbiſ congruit: de iuſtitia ſic locutuſ eſt. Hoc uerbū o fili adora & cole. Cultuſ aūt dei unuſ eſt: malū non eē. Itē in illo ſermone profecto cū exaudiſſet. Aſclepiū querentē a filio ſuo: utrum placeret patri eiuſ offerri thuſ & alioſ odoreſ: ad ſacrificium dei. exclamauit bene bene o mi nate: o Aſclepi. Eſt enī maxim tale qd de uno ac ſingulari

2008 Ministerio de Cultura

et eſſe hec uera nolent:quia trahunt a uitiiſ.et ſcienteſ maliſ
ſuiſ fauent.quorũ ſuauitate capiuntur:& uirtutiſ uiã deſerũt.
cuiuſ acerbitate offenduntur. Nam qui auaritia & opũ inex/
plebili q̃dam ſiti flagrant.qa nõ poſſunt uenditiſ aut elargitiſ
que amant tenui cultu uitam degere.ſine dubio malunt id eſſe
fictũ:quo deſideriiſ ſuiſ renuntiare coguntur. Item q libidinũ
ſtimuliſ incitati:ut ait poeta in furiaſ igneq; ruunt.utiq; ĩcre/
dibilia noſ afferre dicunt.quia uulnerant aureſ eorum p̃cepta
cõtinentie.que illoſ uoluptatibuſ ſuiſ prohibent. qbuſ animã
ſuam cum corpore adiudicauerunt. Qui uero ambitione ĩflati
aut amore potentie inflammati:omne ſtudiũ ſuũ ad honoreſ
acquirendoſ contulerunt.nec ſi ſolem quidem ipſum geſtemuſ
in manibuſ:fidem commodabunt ei doctrine:que illoſ iubet
omni potentia & honore contempto:humileſ uiuere.atq; ita
humileſ ut & accipere iniuriã poſſint & referre nolint ſi acce/
perĩt. Hi ſunt hoĩeſ q cõtra ueritatẽ clauſiſ oculiſ quoquomõ
latrãt. Qui autẽ ſani ſunt uel erunt:id eſt non ita uitiiſ ĩmerſi
ut ſanabileſ nõ ſint:& credẽt hiſ & libenter accedẽt: & quecũq;
dicimuſ aperta & plana & ſimplicia: & quod maxime opuſ eſt
uera & inexpugnabilia illiſ uidebuntur. Nemo uirtuti fauet:
niſi qui ſequi poteſt.ſequi autem non facile eſt omnibuſ. Hi
poſſunt quoſ paupertaſ & rerum ĩdigentia exercuit:& capaceſ
uirtutiſ effecit. Nam ſi uirtuſ eſt tolerantia maloꝝ:nõ capiũt
ergo uirtutem :qui ſemper in boniſ fuerũt.qa mala neq; exp̱ti
ſunt:neq; ferre poſſunt:aſſuetudine ac deſiderio bonorũ:que
ſola nouerunt. Eo fit ut paupeſ & humileſ deo credãt faciliuſ
qui ſunt expediti:q̃ diuiteſ qui ſunt impedimentiſ ſuiſ ĩplicati.
immo catenati & compediti ſunt:& ſeruiunt ad nutũ domine
cupiditati que illoſ inextricabilibuſ uinculiſ irretiuit. nec
poſſunt ĩ celum aſpicere.quoniam menſ eorum in terra prona
humiliq; defixa eſt. Virtutiſ aũt uia non capit magna onera
portanteſ. Anguſtuſ admodũ trameſ ẽ:per quẽ iuſtitia hoĩem
deducit in celũ. Hunc tenere non põt:niſi q fuerit expedituſ
& nuduſ. Nã iſti locupleteſ multiſ & ĩgẽtibuſ ſarcinis onerati:
per uiam mortiſ incedunt .que latiſſima eſt.quoniã late p̱ditio
dominatur. Hiſ acerba ſunt: hiſ uenena que deuſ ad iuſtitiã
p̃cepit:queq; noſ dei magiſterio de uirtute ac ueritate diſſeri/
muſ.Quibuſ ſi repugnare audebũt: hoſteſ ſe neceſſe ẽ uirtutiſ

2008 Ministerio de Cultura

iuſtitieq; fateantur. Aggrediar nunc qđ ſupereſt· ut finiſ operi poſſit imponi. Id autem ſupereſt: ut de iuditio dei diſſeramuſ. quod tunc conſtituetur: cum dominuſ noſter redierit ĩ terram: ut unicuiq; ꝓ merito aut premium perſoluat aut penã Itaq; ut ĩ quarto libro de pͥmo aduentu eiuſ diximuſ: ſic ĩ hoc ſcđm referamuſ aduentum. quem iudei quoq; & confitentᷣ & ſperãt: ſed fruſtra quoniam neceſſe eſt ad eoſ conſolãdoſ reuertatᷣ: ad quoſ conuocandoſ priuſ uenerat: nã ꝗ uiolarũt ĩpi e humilem: ſentient in poteſtate uictorem. Eaq; omnia que legunt & nõ intelligunt: deo cõpenſante patientᷣ. ꝗppe ꝗ peccatiſ omnibuſ inquinati: & inſuper ſancto cruore perfuſi: ab illo ipſo cui ne/fandaſ manuſ intulerũt: ſint ad eterna ſupplicia deſtinati. Sed erit nobiſ contra iudeoſ ſeꝑata materia: in qua illoſ erroriſ et ſceleriſ conuincemuſ. Nunc ignaroſ ueritatiſ inſtruamuſ.

Capitulũ. ii. Quod aureum ſeculum id eſt feliciſſimuſ ſtatuſ futuruſ eſt poſt iudicium. Et quare ratio mũdi nõ poteſt ab homine apprehendi. & ꝗ ueram ſapiẽtiam nõ aſſequitur quiſ beneficio nature ſed gratie.

DIſpoſitione ſummi dei ſic ordinatũ: ut iniuſtũ hoc ſeculũ decurſo tẽpoꝝ ſpatio terminũ ſumat. extinctaq; ꝑtinuſ omni malitia: & piorum animiſ ad beatam uitã reuocatiſ: qetũ tranquillumq; pacificum aureũ deniq; ut poete uocãt ſeculũ: deo ipſo regnante floreſcat. In primiſ cauſa errorum omnium philoſophiſ hec fuit. ꝗ rationem mundi que totam ſapientiã continet non comprehenderunt. Ea uero ſenſu proprio et in eterna intelligentia non põt cõprehendi. qđ ille ſine doctore per ſe ipſoſ facere uoluerunt. Itaq; ĩ uariaſ ſibiq; ſepe cõtrariaſ ſententiaſ inciderunt. ex quibuſ exitum nõ haberent & ĩ eodẽ luto ſicut Comicuſ ait heſitauerũt. ſcilicet aſſumptõnibuſ eoꝝ non reſpondẽte ratione: cum aſſumpſiſſent quidem uera: ſed que affirmari probariq; non poſſent. Scientiã ueritatiſ rerũq; celeſtium: que ut ſepe iam dixi non poteſt eſſe in homine: niſi deo docente percepta. Nam ſi poteſt homo intelligere diuina: poteſt & facere. nam intelligere eſt ꝗ̃ſi e ueſtigio ſubſequi. Nõ poteſt autem facere que deuſ: quia mortali corpore indutuſ ẽ. ergo nec intelligere quidem poteſt que facit deuſ: quod autẽ

2008 Ministerio de Cultura

fieri non poſſit: ex ímenſitate rerum atq; operum diuinorum facile eſt unicuiq; metiri. Nam ſi mundú cum omnibuſ que ſút in eo contemplari uelíſ: intelligeſ ꝑfecto q̃tú dei opuſ húaniſ opibuſ anteſtet. Ita q̃tum inter opera diuina & húana íntereſt: tantum diſtare inter dei hominiſq; ſapientiam eſt neceſſe. Ná quia deuſ incorruptuſ atq; immortaliſ eſt: & ideo ꝑfectuſ qa ſépiternuſ ē: ſapía quoq; eiuſ ꝑíde ut ípe ꝑfecta ē. nec obſtare illi qdq̃ pót. qa nulli rei deuſ ipſe ſubiectuſ eſt. Homo aút qa ſubiectuſ eſt paſſioni: ſubiecta ē et ſapiētia eiuſ errori. & ſicut hominiſ uitá multe reſ impediút: quo minuſ poſſit eē ꝑpetua: ita ſapientiam quoq; eiuſ multiſ rebuſ impediri neceſſe ē: quo minuſ í perſpicienda penituſ ueritate perfecta ſit. Ergo nulla eſt humana ſapientia: ſi per ſe ad notioné ueri ſciētiáq; nitat̄. quoniam menſ hominiſ cum fragili corpore illigata: et in tenebroſo domicilio incluſa: neq; liberiuſ euagari: neq; clariuſ perſpicere ueritatem poteſt. cuiuſ notio diuine conditioniſ eſt. Deo enim ſoli opera ſua nota ſunt. homo auté non cogitádo aut diſputando aſſequi eam poteſt. Sed diſcendo & audiendo ab eo q ſcire ſoluſ poteſt & docere. Ideo Marcuſ Tulliuſ ſétentiam Socratiſ de Platone transferenſ dicentiſ: ueniſſe tempuſ ut ipſe migraret e uita. illoſ aút apud quoſ cauſá ſuá porabat agere uitam. utrum meliuſ ſit inquit dii ímortaleſ ſciút: hoíem aút arbitror ſcire neminé. Quare neceſſe ē omneſ philoſophie ſectaſ alienaſ eē a ueritate. qa homineſ erát q eaſ cóſtituerút. nec ullum fundamentum aut firmitatem poſſunt habere: que nulliſ diuinarum uocum fulciuntur oraculiſ.

Capit. iii. Quantum errauerunt ſtoici de ratione múdi & auctore omnium deo & hoíe per quem factuſ múduſ. Et q̃ manifeſte contra Epicurum rationibuſ doceatur mundú & omnia que in eo ſunt dei ꝓuidētia gubernari.

ET quoniá de philoſophorum erroribuſ loquimur: ſtoici naturam in duaſ diuidunt parteſ. uná que efficiat: alterá que ſe ad faciendum tractabilem prebeat. In illa prima eſſe uim ſentiendi: in hac materiam. nec alterum ſine altero poſſe. Quomodo idem eſſe poteſt quod tractat & quod tractatur? Si quiſ dicat idem eē figulum quod lutum: aut lutum idé eē

2008 Ministerio de Cultura

quod figulum: nonne aperte inſanire uideatur? At iſti uno
nature nomine duaſ reſ diuerſiſſimaſ comprehendunt. deum &
mundũ: artificẽ & opuſ. dicũtq; alterum ſine altro nihil poſſe.
tãq̃ natura ſit deuſ mũdo termĩatuſ. Nã ĩterdũ ſic cõfundũt:
ut ſit deuſ ipſe menſ mundi: & munduſ ſit corpuſ dei. q̃ſi uero
ſimul eſſe ceperint munduſ & deuſ. ac non ipſe mundũ fecerit.
quod & ipſi fatentur. aliaſ cum hominum cauſa predicant eſſe
fabricatum: & eſſe ſine mundo ſi uelit poſſit. Siquidem deuſ
eſt diuina menſ & eterna: a corpore ſoluta & libera. cuiuſ uim
maieſtatẽq; quoniã intelligere non poterant: miſcuerunt cum
mundo id eſt ſuo operi. Vnde eſt illud uirgilianum. totamq;
infuſa per artuſ menſ agitat molẽ. & magno ſe corpore miſcet.
Vbi eſt ergo illud quod idem ipſi aiunt. & factum eſſe diuina
ꝓuidentia & regi? Si enĩ fecit mundũ: fuit ergo ſine mũdo. ſi
regit: nõ utiq; ſicut menſ corpuſ regit: ſed tãq̃ dominuſ domũ:
nauimq; gubernator: auriga currum. Nec tamen mixti ſunt
hiſ rebuſ quaſ regunt. Nã ſi hec omnia que uidemuſ dei mẽbra
ſunt: iam inſenſibiliſ ab hiſ conſtituitur deuſ. quoniam mẽbra
ſenſu carent. & mortaliſ ẽ. quoniã uidemuſ mẽbra eẽ mortalia.
Poſſum enumerare quotienſ repentiniſ quaſſate motibuſ: uel
hiauerint terre: uel deſederint in abruptum: quotienſ demerſe
fluctibuſ & urbeſ & inſule abierũt in ꝓfundũ: frugiferoſ cãpoſ
paludeſ inundauerint: flumina & ſtagna ſiccauerĩt: mõteſ etiã
uel deciderint abrupti: uel planiſ fuerint adeq̃ti: plurimaſ regi-
oneſ: & multoꝝ fundamenta montiũ latenſ & internuſ igniſ
abſumit. Et hoc parũ eſt: ſi mẽbriſ ſuiſ nõ parcit deuſ. niſi ẹtiã
homini liceat aliquid uideri corpuſ. Maria extruunt: monteſ
excidunt: & ad eruendaſ opeſ ĩteriora terre uiſcera effodiunt.
Quid ꝙ ne arari quidem ſine laceratione diuini corporiſ põt:
ut iã ſcelerati & impii ſimuſ: q dei mẽbra uiolemuſ? Patit ne
ergo uexari corpuſ ſuũ deuſ: & debilẽ ſe uel ipſe facere: uel ab
hoĩe fieri ſinit? niſi forte diuinuſ ille ſẽſuſ q mũdo & omnibuſ
mundi partibuſ permixtuſ eſt: primã terre faciẽ reliquit. ac ſe ĩ
ima demerſit. ne qd doloriſ de aſſidua laceratõe ſentiret. Quod
ſi hoc uanũ & abſurdũ eſt: tã igit ipſi eguerunt: q̃ hec indigẽt
ſenſu. q nõ perſpexerũt diuinũ qdẽ ſpiritũ eſſe ubiq; diffuſum.
eoq; omnia contineri. non tamẽ ita ut deuſ ipe q ẽ ĩcorruptuſ.
grauibuſ & corruptibilibuſ elemẽtiſ miſceat. illud ergo rectiuſ

2008 Ministerio de Cultura

quod a Platone ſumpſerũt: a deo factum eſſe mundũ: & eiuſ prouidentia gubernari. Oportebat igitur & Platonem et eoſ qui idem ſenſerunt docere atq; explicare: que cauſa que ratio fuerit tanti operiſ fabricandi. q̃re hoc aut cuiuſ gratia fecerit. At iidem ſtoici hominum inquiunt cauſa munduſ effectuſ eſt: audio. ſed Epicuruſ ignorat ipſoſ hoíeſ: q̃re aut qſ effecerit. Nã Lucretiuſ cum diceret mundum non eſſe aliuſ cõſtitutũ: ſic ait dicere porro hoím cauſa uoluiſſe parare p̃clarã mũdi naturã. deinde intulit: decipere ẽ. Quid ení immortalibuſ atq; beatiſ. gratia noſtra queat largiri emolimenti: ut noſtra q̃dq̃ cauſa agere aggrediantᷓ? Merito ení illi nullã rationẽ afferebant: cur hũanũ genuſ uel creatũ uel inſtitutũ eſſet a deo. Noſtrũ hoc officiũ eſt: ſacramentũ mundi & hominiſ exponere. cuiuſ illi experteſ ſacrariũ ueritatiſ nec attingere: nec uidere potu/erũt. Ergo ut paulo ante dicebã. cũ aſſũpſiſſet id q̃d erat uer℞: id ẽ mũdũ a deo factũ: & hoím cauſa eſſe factũ: tamen quoniã eoſ in ſequentibuſ ratio defecit: non potuerũt defendere id q̃d aſſumpſerant. Deniq; Plato. ne dei opuſ imbecillũ & ruinoſũ faceret: ineternum dixit eſſe manſur℞. Si hoím cauſa factuſ ẽ: & ita factuſ ẽ ut eſſet eternuſ: cur ergo ipſi quorũ cauſa factuſ eſt: nõ ſunt ſempiterni? ſi mortaleſ propter quoſ factuſ ẽ: ergo & ipſe mortaliſ atq; ſolubiliſ. neq; ení pluriſ ẽ ipe q̃ hi quorum gratia factuſ eſt. q ſi ei ratio quadraret: intelligeret periturum eſſe quia factum ẽ. nec poſſe ineternũ manere: niſi quod tãgi nõ põt. Qui aũt negat hominũ cauſa factũ: hic nullã rationẽ tenet. Si ení dicat ipm fabricatorem ſua cauſa tãta hec opera eẽ molitũ: cur ergo noſ nati ſumuſ? Cur mundo ipo fruimur? Quid ſibi uult humani generiſ ceterorumq; animantiũ fictio? Cur aliena cõmoda itercipimuſ? Cur deniq; augemur? minu/imur? interimuſ? Quid habet rationiſ ipſa generatio? Quid perpetua ſucceſſio? Nimirum uideri deuſ uoluit. & ſuiſ uariſ imaginibuſ tãq̃ ſigilla cõfingere. qbuſ ſe oblectaret. & nihilo/minuſ tamẽ ſi ita eſſet: cure haberet animãteſ. p̃cipueq; hoíem cuiuſ impio cuncta ſubiecit. Qui autẽ dicũt ſemp fuiſſe mũdũ: omitto illud quod eſſe ipſum ſine aliquo principio non poteſt. unde extricare ſe nequeunt. ſed hoc dico. ſi ſemp mũduſ fuit: nullam poteſt habere rationem. quod ení potuit in eo ratio moliri: quod nũq̃ ſũpſit exordiũ. Nã priuſ q̃ fiat aliquid aut

2008 Ministerio de Cultura

ſtruatur: opuſ eſt conſilio. ut diſponi poſſit quemadmodū fiat. nec incipi quidq̄ poteſt: ſine prouiſione rationiſ. Itaq; omne opuſ ratio precedit. non habet ergo ratione quod factū nō ē. At qn mūduſ habet rationē. q̄ & cōſtat & regit. ergo & factuſ ē. & ſi factuſ ē: & reſoluet. Reddāt ergo iſti rationē ſi poſſūt. cur aut factuſ in principio ſit: aut poſtea reſoluatur. Quod qa docere nō poterat Epicuruſ ſiue Democrituſ: ſua ſponte natū eē dixit. ſenſibuſ inter ſe paſſim coeūtibuſ. qbuſ iterū reſolutiſ: diſcidiū atq; interitū ſecuturū. Corrupit ergo qđ recte uiderat. & totā rationem penituſ ignorantia rationiſ euertit. redegitq; mundū & omnia que in eo geruntur: ad ſimilitudinē cuiuſdā ſomnii uaniſſimi. ſiquidē rebuſ humaniſ nulla ratio ſubſiſtat. Cum uero mundum omneſq; parteſ eiuſ ut uidemuſ mirabiliſ ratio gubernet: cū celi temperantia: & equaliſ in ipſa uarietate curſuſ aſtrorum luminūq; celeſtium: tempoꝝ conſtanſ ac mira deſcriptio: terraꝝ uaria fecunditaſ: plana campoꝝ monimēta: & aggereſ montium: uiriditaſ ubertaſq; ſiluarum: fontiū ſalu/berrima eruptio: fluminū oportuna inundatio: mariſ opulēta & copioſa interfuſio: uētoꝝ diuerſa & utiliſ aſpiratio. Ceteraq; omnia ratione ſumma conſtent: quiſ tā cecuſ eſt: ut exiſtimet ſine cauſa eſſe facta: in quibuſ mira diſpoſitio prouidētiſſime rationiſ elucet? Si ergo ſine cauſa nec ē nec fit qdq̄ omnino: ſi & ꝓuidentia ſummi dei ex diſpoſitione reꝝ: & uirtuſ ex mag/nitudīe: & poteſtaſ ex gubernatione manifeſta ē: hebeteſ ergo & inſani: qui prouidentiam nō eſſe dixerūt. Non improbarē ſi deoſ idcirco nō eſſe dicerent: ut unum dicerent. cum autem ideo ut nullum: qui eaſ deliraſſe non putat: ipſe delirat.

Capit. iiii. Quod omniſ reſ ad aliquē uſum facta eſt. etiā illa que omnia uidentur eſſe mala. quare homo creatuſ ſit corpore fragiliſ & capax rationiſ.

SEd de prouidentia ſatiſ in primo libro diximuſ. quia & ſi eſt ut apparet ex mirabilitate operum ſuorum: neceſſe eſt etiā hoīem ceteraſq; animanteſ eadē prouidētia creauerit. Videamuſ ergo que ratio fuerit fingēdi generiſ hūani. quoniā conſtat id quod ſtoici dicunt: hominum cauſa mundum eſſe fabricatum. qq̄ in hoc ipſo non mediocriter peccent: q nō hoīſ

2008 Ministerio de Cultura

cauſa dicunt ſed hominum. Vnius enim ſingularis appellatio totum comprehendit humanum genus. Sed hoc ideo quoniā ignorant unum hominem a deo eſſe formatū. putantq; hoīes in omnibus terris & agris tāq̄ fungos eſſe generatos. At hermes nō ignorauit hominē & a deo & ad dei ſimilitudinem factum. ſed redeo ad propoſitū. Nihil eſt ut opinor quod ſit propter ſeipſum factū. ſed quidqd omnino fit: ad uſum aliquem fieri neceſſe eſt. Quis eſt enim uel tam ineptus uel tam ocioſus: ut aggrediatur facere aliquid fruſtra: ex quo nullam utilitatem nullū cōmodū ſperet? Qui domū edificat: nō idcirco edificat ut tantūmodo domus ſit: ſed ut in ea poſſit habitari. Qui naui fabricat: non ideo inſumit operā: ut tantum nauis appareat: ſed ut ī ea nauigetur. Itē qui uas aliquod inſtituit aut format. non propterea id facit ut tantū feciſſe uideat: ſed ut uas illud effectum capiat aliquod neceſſariū. Similiter cetera quecūq; fiunt: non utiq; in ſuperuacuū: ſed ad uſus aliquos laboranť. Mūdus igitur a deo factus eſt: non utiq; propter ipm mūdū. neq; enī aut calore ſolis aut lumine: aut aſpiratione uentorū: aut humore imbriū: aut alimonia frugū. cū ſēſu careat īdiget. Sed ne illud quidem dici poteſt ꝙ deus propter ſeipſū fecerit mundū. quoniā poteſt eſſe ſine mundo ſicut fuit antea. Et his omnibus que in eo ſunt: queq; generanť deus ipſe non utitur. Apparet ergo animantiū cauſa mundū eſſe cōſtructū. quoniā his rebus quibus conſtat animantes fruunť. que ut uiuere: ut cōſtare poſſunt: omnia his neceſſaria temporibus certis ſubmi/ niſtranť. Rurſus ceteras animantes hōis eſſe fictas. ex eo clarū ē ꝙ homini ſeruiunt: & tutele eius atq; uſibus data ſūt: quoniā ſiue terrene ſunt: ſiue aquatiles: nō ſentiunt mundi rationem ſicut homo. Reſpondendū eſt hoc loco philoſophis: maxīeq; Ciceroni qui ait. cur omnia noſtri cauſa cū faceret: tantā uim natricum uiperarūq; fecerit. cur tā multa peſtifera terre mariq; diſperſerit: ingens ad diſputandū locus eſt. ſed ut in tranſcurſu breuiter ſtrīgendus ē. quoniā homo ex rebus diuerſis ac repug/ nātibus cōfiguratus eſt: anima & corpore: id eſt celo atq; terra: tenui & cōprehenſibili: eterno ac temporali: ſenſibili atq; bruto: luce predito atq; tenebroſo: ipſa ratio ac neceſſitas exigebat. & bona homini proponi & mala: bona quibus utať: mala que uitet & caueat. Idcirco enī data ē illi ſapiā: ut cognita bonorū

2008 Ministerio de Cultura

maloꝝq; natura: & in appetendiſ boniſ & in maliſ declinandiſ: uim ſue rationiſ exerceat. Nã ceteriſ animalibuſ quibuſ ſapiã non data eſt: ſed munita indumentiſ naturalibuſ & armata ſunt. Homini autem pro hiſ omnibuſ: quod erat precipuum rationem dedit ſolam. Itaq; nudum formauit & inermẽ: ut eũ ſapientia & muniret & tegeret. munimenta & ornamentũ eiuſ non foriſ ſed intuſ: non in corpore ſed in corde conſtituit. Niſi ergo eẽnt mala que caueret: que a boniſ utilibuſq; diſtingue/ret: nõ eẽt ei ſapientia neceſſaria. Sciat ergo Marcuſ Tulliuſ aut ideo homini datam eſſe rationem: ut & piſceſ caperet uſuſ ſui gratia: & natriceſ uiperaſq; uitaret ſalutiſ ſue cauſa. Aut idcirco bona ei malaq; propoſita: quia ſapientiam acceperat. cuiuſ uiſ omniſ in diſcernẽdiſ boniſ maliſq; uerſat᷑. Magna igit᷑ & recta & admirabiliſ ẽ uiſ & ratio & poteſtaſ hõiſ. propter quẽ mundum ipſum & uniuerſa quecũq; ſunt deuſ fecit. tantũq; illi honoriſ habuit: ut eũ ꝓficeret uniuerſiſ. quoniã ſoluſ poterat dei opera mirari. Optime igit᷑ Aſclepiadeſ noſter de ꝓuidẽtia ſummi dei diſſerenſ: in eo libro quem ſcripſit ad me. Atq; ideo inquit merito quiſ arbitretur proximum ſibi locum diuinã ꝓ/uidentiam dediſſe ei qui potuit itelligere ordinationẽ ſuam. Nam ſol iſte eſt: quiſ eum uidet ita ut intelligat quia ſol eſt: & quãtum gratie afferat ceteriſ inſtitutiſ? Hoc celum eſt: quiſ id ſuſcipit? terra hec: qſ eã colit? hoc pelaguſ: qſ in eo nauigat? hic ẽ igniſ: qſ eo utitur? Inſtituit ergo ſũmuſ deuſ nõ propter ſe: qa nihilo indiget: ſed propter hoiem q hiſ cõgruẽter uteret᷑.

Capit. V. Quare homo creatuſ ſit. & quare ex cõtrariiſ conſtet. & ꝙ ei domiciliũ conſtitutũ eſt in medio. & uita duplex proponit᷑. quarũ alterã miniſtrat natura: alterã largit᷑ gratia. Et qd ſignificet ꝙ homo ꝑmũ ꝗdrupedibuſ cõformat᷑. et poſtea erigit᷑. & tãdẽ utit᷑ exercitio rationiſ.

Reddamuſ nunc rationem quare hominem ipſum fecerit deuſ. qđ ſi philoſophi feciſſent: aut defendiſſent illa que uera inuenerant: aut in proximoſ erroreſ nõ incidiſſent. Hec eſt ſumma: hic cardo rerum eſt: quẽ qui non tenuerit: ueritaſ illi omniſ elabit᷑. Hoc ẽ deniq; qđ efficiat illiſ nõ ꝗdrare rõnẽ. que ſi effulſiſſet: ſi ſacramentum hõiſ omne cognouiſſent: nũꝗ

2008 Ministerio de Cultura

diſputationeſ eorum & omnem philoſophiam de tranſuerſo achademia iugulaſſet. Sicut ergo mundū non propter ſe deuſ fecit: quia cómodiſ eiuſ nó indiget: ſed propter hominē qui eo utitur: ita ipſū hominē propter ſe. Que utilitaſ deo in homine inquit Epicuruſ. ut eū propter ſe faceret? Scilicet ut eſſet qui opera eiuſ intelligeret qui prouidentiam diſponendi: rationē faciendi: uirtutē conſumandi: & ſenſu admirari: & uoce ꝓloq poſſet. Quorum omnium ſūma hec eſt ut deum colat. Iſ enim colit qui hec intelligit. iſ artificem reꝝ omnium: iſ ueꝝ patrem ſuū debita ueneratione proſequitur: q uirtutē maieſtatiſ eiuſ de ſuorū opeꝝ inuentione: inceptione: ꝑfectione metitē. Quod planiuſ argumētum proferri pót. & mūdum hominiſ: & hoíem ſui cauſa deum feciſſe: q̄ ꝙ ex omnibuſ animantibuſ ſoluſ ita formatuſ eſt: ut oculi eiuſ ad celū directi: facieſ ad deū ſpectāt. uultuſ cū ſuo parente cóíſ ſit. ut uideatē hoíem deuſ q̄ſi porrecta manu alleuatum ex humo: ad cōtemplationem ſui excitaſſe? Quid ergo inquit deo cultuſ hominiſ confert: bono & nulla re indigēti? uel ſi tantū honoriſ hói habuit: ut ipſiuſ cauſa mū dū fabricaret: ut inſtrueret eū ſapientia: ut dominum uiuentium faceret: eūq; diligeret tāq̄ filiū: cur mortalē fragilēq; cōſtituit: cur omnibuſ maliſ quē diligebat obiecit: cum oportet & beatū eſſe hominem tamq̄ coniunctū & ꝓxím deo: & perpetuū ſicut eſt ipſe. ad quē colendū & contemplandū figuratuſ ē? Quanq̄ hec fere in prioribuſ libriſ ſparſim docuimuſ: tamen quoniam ꝓpe id materia nūc exigit: q̄a de uita beata diſſerere ꝓpoſitū eſt. explicāda ſunt iſta diligentiuſ & pleniuſ. ut diſpoſitio dei & opuſ & uoluntaſ noſcatur. Cum poſſet ſemper ſpiritibuſ ſuiſ ímortalibuſ ínumerabileſ animaſ ꝓcreare. ſicut āgeloſ genuit. quibuſ ímortalitaſ ſine ullo maloꝝ periculo aut metu cōſtat. excogitauit tamen inenarrabile opuſ quēadmodū infinitam multitudinē crearet animarū. q̄ſ primo íbecillibuſ fragilibuſq; corporibuſ illigataſ: conſtitueret inter bonū malūq; mediaſ. ut conſtantibuſ ex utriſq; nature uirtutē proponeret. ne ímor/ talitatem delicate aſſequerentē ac molliter. ſed ad illud eterne uite íneloq̄bile p̄miū: ſūma cū difficultate ac magniſ laboribuſ ꝑuenirēt. Ergo ut eaſ grauibuſ & uexabilibuſ mēbriſ índueret: quoniā conſiſtere in medio inani non poterant: ponderibuſ et grauitate corporiſ deorſū premente: ſedem illiſ ac domicilium

2008 Ministerio de Cultura

primo cõdendũ eẽ decreuit. Itaq; ĩeffabili uirtute ac potẽtia: pclara mundi opera molituſ ẽ. ſuſpenſiſ in altitudinẽ leuibuſ elemẽtiſ: & grauibuſ ĩ ima depſſiſ: & celeſtia firmauit et terrena conſtituit. Non eſt neceſſe nunc exequi ſingula. quoniam in ſecundo libro uniuerſa executi ſumuſ. Lumina igitˀ poſuit in celo. quorũ moderatio & claritaſ & motuſ aptiſſiẽ ad utilitateſ uiuẽtiũ tẽperatuſ ẽ. Terre aũt quã ſedẽ euoluit eẽ: fecũditatẽ uariã gignẽdi ac pferẽdi dedit. ut ubertaſ frugũ & herbaꝝ & uirẽtiũ p natura & uſu cuiuſq; generiſ alimoniã miniſtraret. Tũ perfectiſ omnibuſ que ad conditionẽ mũdi pertinebãt: hoĩem finxit ex ipſa terra. quã illi a principio ĩhabitaculũ pparauit. id eſt ſpiritũ ſuũ terreno corpore induit & ĩuoluit. ut cõpactuſ ex rebuſ diuerſiſ ac repugnãtibuſ: bonũ ac malũ capet. & ſicut terra ipſa fecunda eſt ad frugeſ pariẽdaſ: ita corpuſ hoĩſ quod aſſumptũ ẽ e terra: generandi copiã facultatẽq; procreãde ſobolis accepit. ut quoniã fragili materia formatuſ in eternum manere non poterat: peracto tẽporaliſ uite ſpatio cederet. et illud qđ fragile atq; ĩbecillũ gerebat: perpetua ſucceſſione renouaret. Cur igitˀ eũ mortalẽ finxit atq; fragilẽ: cũ illiuſ cauſa mundũ edificaſſet? pmũ ut infinita uiſ animarum gigneretur. omnẽq; terrã multitudĩe oppleret. deĩde ut pponeret homini uirtutem id eſt tolerantiã malorũ ac bonorũ. per quam poſſet premiũ ĩmortalitatiſ adipiſci. Nam qa homo ex duabuſ rebuſ conſtat: corpore atq; anima: quorum alterum terrenum eſt: alterum celeſte: due uite homini attribute ſũt. una temporaliſ que corpori aſſignatˀ. altera ſempiterna que anime ſubiacet. Illã naſcendo accepimuſ: hanc aſſeqmur laborando. ne ĩmortalitaſ homini ut antediximuſ ſine ullla difficultate cõſtaret. Illa terrena ẽ ſicut corpuſ: & ideo finitˀ. Hec uera celeſtiſ ſicut anima: & ideo terminũ nõ habet. Illã pmã neſciẽteſ accepimuſ. hãc ſecundã ſcienteſ. Virtuti enĩ nõ nature datˀ. qa uoluit noſ deuſ uitam nobiſ in uita compare. Idcirco hanc nobiſ pſentem dedit: ut illã uerã & ppetuã aut uitiſ amittamuſ: aut uirtute mereamur. In hac corporali nõ ẽ ſũmum bonũ. quoniam ſicut neceſſitate diuina nobiſ data eſt: ita rurſuſ diuina neceſſitate ſoluetˀ. Ita ꝙ finẽ habet: ſũmũ bonũ non habet. In illa uero ſpiritali quã per noſ ipſi acqrimuſ: ſũmum bonũ continetˀ. qa nec malũ põt habere nec finem: cuiuſ rei argumentũ natura &

ratio corporiſ prebet. Cetera naq; animalia ī humū uergūt qa terrena ſūt. nec capiūt īmortalitatē que de celo ē. Homo aūt rectuſ in celum ſpectat. qa propoſita eſt illi immortalitaſ. nec tamen uenit niſi tribuatur homini a deo. Nā nihil ītereſt inter iuſtū & iniuſtū. ſiquidē omniſ homo natuſ īmortaliſ fieret. ergo īmortalitaſ nō ſequela nature: ſed merceſ premiūq; uirtutiſ ē. Deniq; homo nō ſtatim quādo natuſ eſt rectuſ ingreditur. ſed q̄drupeſ primo. qa ratio corporiſ & huiuſ p̄ſentiſ uite cōmuniſ ē nobiſcum mutiſ animalibuſ. Poſt deinde cōfirmatiſ uiribuſ erigit: & līgua eiuſ ī eloquiū ſoluit: & mutū animal eē deſinit. Que ratio docet mortalē naſci hoīem. poſtea uero īmortalem fieri: cū ceperit ex deo uiuere. id ē iuſtitiā ſequi que cōtinetur in dei cultu: cū excitauerit hoīem deuſ ad aſpectum celi ac ſui. Quod tunc fit cum homo celeſti lauacro purificatuſ: exponit infantiā cū omni labe uite prioriſ: & incremento diuini uigoriſ accepto: fit homo p̄fectuſ ac plenuſ. Ergo qa uirtutē ꝓpoſuit homini deuſ: licet anima & corpuſ cōſociata ſint: tamē cōtraria ſunt & īpugnant inuicem. animi bona: mala ſunt corporiſ. id ē opum fuga: uoluptatū interdictio: doloriſ mortiſq; cōtēptuſ. Item corporiſ bona: mala ſūt animi. hoc ē cupiditaſ & libido. q̄buſ & opeſ appetuntur: & ſuauitaſ uariarū uoluptatū. quibuſ eneruatuſ animuſ extinguit. Ideo neceſſe eſt iuſtū & ſapientē in omnibuſ maliſ eſſe. quoniā malorum uictrix eſt fortitudo. Iniuſtuſ aūt in diuitiiſ: in honore: in poteſtate. Hec enī bona corporalia & terrena ſunt. Illi aūt terrenā uitā agūt. nec aſſeq immortalitatē queūt: qa ſe uoluptatibuſ dediderūt. que ſunt uirtutiſ inimice. Itaq; uita hec tēporaliſ illi eterne debet eſſe ſubiecta: ſicut corpuſ anime. Quiſq̄ſ ergo anime uitā maluerit: uitā corporiſ contemnat neceſſe ē. nec aliter eniti ad ſummum poterit: niſi que ſunt ima deſpexerit. Qui aūt corporiſ uitam fuerit āplexuſ: & cupiditateſ ſuaſ ī terrā deiecerit: illā ſupiorē uitā conſeq nō pōt. Sed q mauult bene uiuere ineternū: male uiuet ad tempuſ. & afficiet omnibuſ moleſtiiſ & laboribuſ q̄diu fuerit ī terra. ut habeat diuinū ac celeſte ſolatiū. & q maluerit bene uiuere ad tēpuſ: male uiuet īeternū. qa dānabit dei ſen/tentia ad penā. qa celeſtibuſ boniſ terrena ꝓpoſuit. Propterea igit coli ſe deuſ expetit & honorari ab homine tamq̄ pater: ut uirtutē & ſapientiam teneat. que ſola immortalitatem parit.

2008 Ministerio de Cultura

Nam qa nulluſ aliuſ preter ipſum donare eam poteſt: qa ſoluſ
poſſidet pietatẽ hõiſ. Qui deũ honorauerit hoc afficiet̃ p̃mio:
ut ſit ineternũ beatuſ. ſitq; apud deũ: & cum deo ſemper.

deſcēdētiſ dei tāq̄ fulgor appareat. qđ Sibilla hiſ uerſibuſ locuta ē. οποταν ελθη πυρ εσται σκοτος εν μεσω νυκτι μελαινη. Id ē cū uenerit igniſ erūt tenebre ī media nocte obſcura. Hec ē nox que a nobiſ ꝓpter aduētū regiſ ac dei noſtri ꝑuigil cele/brat. cuiuſ noctiſ duplex ē rō. q̄ ī ea & uitā tū recipit cū paſſuſ ē. & poſtea orbiſ terre regnū recepturuſ ē. Hic ē eni liberator & iudex & ultor & rex & deuſ. quē noſ xp̄m uocamuſ q̄ ꝑuſq̄ deſcēdat hoc ſignū dabit. Cadet repēte gladiuſ e celo. ut ſciant iuſti ducē ſācte militie deſcēſuꝝ. & deſcēdet comitātibuſ āgeliſ ī mediū terre. & p̄cedet eū flāma īextīguibiliſ. & uirtuſ āgeloꝝ tradet ī manuſ iuſtoꝝ multitudinē illā: que mōtē circūſederit. & cōcidet ab hora tertia uſq; ad ueſperum. et fluet ſāguiſ more torrētiſ. deletiſq; oībuſ copiiſ: ipiuſ ſoluſ effugiet et ꝑibit ab eo uirtuſ ſua. Hic ē aūt q appellatur Antixp̄uſ. ſed ſe ipē xp̄m mētiet. & cōtra ueꝝ dimicabit. & uictuſ effugiet: & bellū ſepe renouabit: & ſepe uicet. donec quarto p̄lio cōfectiſ oībuſ ipiuſ debellatuſ & captuſ: tandē ſceleꝝ ſuoꝝ luet penaſ. ſed & ceteri p̄ncipeſ & tirāni q cōtriuerūt orbē ſimul cū eo: uicti adducēt ad regē. & īcrepabit eoſ & coarguet. Et exprobrabit hiſ facinora ipoꝝ. & dānabit eoſ. ac meritiſ cruciatibuſ tradet. Sic extincta malitia & īpietate cōp̄ſſa: requieſcet orbiſ. q p tot ſecula ſubiectuſ errori ac ſceleri: nefādā ꝑtulit ſeruitutē. Nō colēt ulteriuſ dii manu facti. ſed a tēpliſ & puluinaribuſ ſuiſ detr̄bata ſimulachra igni dabūt. & cū doniſ ſuiſ mirabilibuſ ardebūt. qđ etiā Sibilla cū ꝓphetiſ cōgruenſ: futuꝝ ee p̄dixit. τριψουσι δε ειδωλα βροτοι και πλουτον απαντα. Id eſt cōterēt aūt ſimulachra hoīeſ & diuitiaſ oīſ. Erithrea quoq; idē ſpopōdit. εργα δε χει/ροποιητα θεων συν εκκαυσονται. Id ē opa aūt deoꝝ hūaniſ manibuſ facta exurent.

Ca. xx. Quō apiāt inferi & reſurgēt mortui. Et q iudi/cādi ſūt & q nō. Et qūo hec Sibilla p̄dixerit. Et q̄ rōe aīa cū īmortaliſ ſit patibiliſ ee poſſit ſcđm ſtoicoſ.

POſt hec apient inferi & reſurgēt mortui. de q̄buſ iudiciū magnū ipē idē rex ac deuſ faciet. cui ſūmuſ pater & iudi/cādi & regnādi dabit maximā ptātē: de quo iudicio ac regno apud erithreā Sibillā ſic īuenit̄ in greco eloq̄o. οποτε δε και τολαβη τελος αισιμον ηδε βροτοις αφιξεται δη κρισις αθανατοιο θεοιο ηξει επ ανθρωπους μεγαλη κρισις ηδε και

2008 Ministerio de Cultura

αρχη. Id ẽ Cũ aũt dieſ iſte finẽ fatalẽ accepit. & ad mortaleſ iudiciũ ĩmortaliſ dei uenerit: uẽiet ſup hoĩeſ magnũ iudiciũ & ĩcũ. Deĩde apud aliã ταρταρεον δὲ χαος τοτε δειξει γαῖα χανουσα ηξουσιν δ᾽ἐπι βημα θεου βασιλῆος απαντες. Id eſt. Tartareũ aũt chaoſ tũc oñdet inbianſ terra. Venient autẽ ad tribunal dei regeſ omſ. Et alio loco peneſ eãdem. ουρανον ειλίξω γαιης κευθμωνας ανοιξω και τοτε αναστησω κρους μοιραν αναλύσας και θανατου κεντρον και ὕστε/ ρον εις κρίσιν αξω κρίνων ευσεβεων και δυσσεβεων βίον ανδρων. Id ẽ. Celũ uoluenſ terre latebraſ apiã & tunc leuabo mortuoſ fatũ ſoluenſ & ſtimulũ mortiſ. poſteaq̃ ĩ iudiciũ ducã iudicanſ pioꝝ atq̃ ĩpioꝝ uitã uiroꝝ. Nec tñ uniuerſi tũc a deo iudicabũt. ſed hi tm̃ q ſũt ĩ dei religiõe uerſati. Nã q deum non agnouerũt: qm̃ ſẽtẽtia de hiſ ĩ abſolutionẽ ferri nõ põt: iã iu/ dicati dãnatiq̃ ſũt. ſãctiſ literiſ cõteſtãtibuſ non reſurrecturoſ eẽ ĩpioſ ĩ iudiciũ. Iudicabunt̃ ergo q deũ ſcierũt. & facinora eoꝝ ĩ mala opa cũ boniſ collata põderabunt̃. ut ſi plura & grauia fuerĩt bona iuſtaq̃ dent̃ ad uitã beatã. ſi aũt mala ſupauerint: cõdãnent̃ ad penã. Hic fortaſſe dixerit qſpiã. ſiẽ ĩmortaliſ aĩa: quõ paſſibiliſ ĩducit̃ ad penã ſẽtienſ. Si eĩ ob merita punie t̃. ſẽ/ tiet utiq̃ dolorẽ. atq̃ ita etiã mortẽ. ſi morti nõ ẽ obnoxia nec dolori qdẽ. patibiliſ ergo nõ ẽ. Huic qõni ſiue argumẽto ita a ſtoicis occurrit̃. Aĩaſ qdẽ hoĩm ꝑmãere. nec ĩteruẽtu mortiſ in nihilũ reſolui. ſed eoꝝ q iuſti fuerũt: puraſ & ĩpatibileſ & beataſ ad ſedẽ celeſtẽ uñ illiſ origo ẽ remeare. uel ĩ cãpoſ quoſdã for/ tunatoſ rapi. ubi fruãt̃ miriſ uoluptatibuſ. Impioſ uero qm̃ ſe maliſ cupiditatibuſ ĩqnauerũt: mediã quãdã gerere ĩter ĩmor/ talẽ mortaleq̃ naturã. & habere aliqd ĩbecillitatiſ ex cõtagiõe carniſ: cuiuſ deſideriſ ac libidinibuſ addicte: ĩeluibilẽ quẽdam fucũ trahãt labẽq̃ terrenã. que cũ tpiſ diutñitate peĩtuſ ĩheſe/ rit: eiuſ nature reddi aĩaſ. ut ſi nõ extĩguibileſ ĩ totum qm̃ ex deo ſũt: tñ cruciabileſ fiãt ꝑ corpiſ maculã. que peccatiſ ĩiuſta ſenſũ doloriſ attribuit. quã ſñiam poeta ſic explicauit. Quin & ſupmo cũ luĩe uita reliqt. Nõ tñ omẽ malũ miſeriſ nec fũdituſ omneſ. Corporee excedũt peſteſ: peĩtuſq̃ neceſſe ẽ. Multa diu cõcreta mõiſ ĩoleſcere miriſ. Ergo exercẽt̃ peniſ: ueterũq̃ ma/ loꝝ ſupplicia expẽdũt. Hec ꝑpe mõm uera ſũt. Aĩa enim cum diuortiũ fecit a corpe ẽ ut ait idem poeta. Par leuibuſ uentiſ

2008 Ministerio de Cultura

uolucriq; ſimilia ſopno. qa ſpiritus ē & ipa tenuitate incōphē/ſibiliſ. ſed nobiſ qui ſumuſ corporaleſ: deo aūt cui ſubeſt poſſe omnia cōprehenſibiliſ.

Ca. xxi. De potētia dei que ꝑ merito cuiuſq; pōt & hoīes & āgeloſ punire. De carniſ īmortalitate poſt reſurrectōnē. De differētia igniſ gehēnaliſ & igniſ cōiſ. Et qd ī electiſ qd ī reprobiſ opetur.

PRimū igit̄ dicimuſ tātā eē dei ptātē: ut etiā corpalia cō/phēdat. & quēadmōm uoluerit efficiat. Nā & āgeli deū metuūt qa caſtigari ab eo poſſūt inenarrabili quodā mō. Et demoneſ reformidāt. qa torquent̄ ab eo & puniūt̄. Quid ergo mirꝫ ſi cū ſīt īmortaleſ aīe tñ patibileſ ſit deo? Nā cū ī ſe nihil habeāt ſo/lidū & cōtractabile a ſolidiſ & corpalibuſ: nullā ui pati poſſūt. ſed quia ī ſoliſ ſpiritibuſ uiuūt: a ſolo deo tractabileſ ſūt. cui uirtuſ & ſubſtātia ſpiritaliſ ē. Sed tñ docēt noſ ſcē litere quēad/mōm pēaſ ipi ſūt laturi. Nā qa peccata ī corpibuſ cōtraxerūt: rurſuſ carne induēt. ut ī corpibuſ piaculū ſoluāt. & tñ nō erit caro illa quā deuſ hōi ſupiecerit huic terrene ſimiliſ. ſed īſolu/biliſ ac pmanēſ ī eternū. ut ſufficere poſſit cruciatibuſ & igni ſēpiterno. cuiuſ natura diuerſa ē ab hoc noſtro: quo ad uite ne/ceſſaria utimur. q niſi alicuiuſ materie foīte alat̄ extiguit̄. At ille diuinuſ p ſe ipm ſēp uiuit ac uiget ſine ulliſ alimentiſ. nec admixtū hēt fumū. ſed ē puruſ ac liqduſ & ī aque mōm fluiduſ. nō enī ui aliq̄ ſurſū uerſuſ urget̄ ſicut noſter. quē labeſ terreni corpiſ quo tenet̄ & fumuſ ītermixtuſ exilire cogit. & ad celeſtē naturā cū trepidatōe mobili ſubuolare. Idē igit̄ diuinuſ igniſ una eadēq; ui atq; potētia & cremabit īpioſ & recreabit. & q̄tū ex corpibuſ aſſūet: tm̄ reponet. ac ſibi ipe eternū pabulū ſub/miſtrabit. qđ poete ī uulturē & titiū trāſtulerūt. Ita ſine ullo reuiuiſcētiū corpoꝝ detrimēto: aduret tm̄ ac ſēſu doloriſ afficiet. Sed & iuſtoſ cū iudicauerit deuſ: etiam igni eoſ exaīabit. Tū quoꝝ peccata uel pōdere uel numero ꝑualuerit: pſtringēt̄ ab igni atq; āburēt̄. Quoſ aūt plena iuſtitia & maturitaſ uirtutiſ īcoxerit: ignē illū nō ſētiēt. Habēt eī aliqd ī ſe dei qđ ui flāme repellat ac reiciat. tanta uiſ ē innocentie: ut ab ea igniſ ille refugiat īnoxiuſ. q accipit a deo hāc ptātē: ut īpioſ urat iuſtiſ obtēpet. Nec tñ qſ q̄ putet aīaſ poſt mortē ꝓtinuſ iudicari. Nā omſ in una cōiq; cuſtodia detinentur donec tēpuſ adueniat quo

2008 Ministerio de Cultura

maxiuſ iudex merito℞ faciat examē. Tū quo℞ fuerit ꝓbata iuſtitia: hi ꝑmiū īmortalitatiſ accipiēt. Quo℞ autē peccata et ſcelera detecta: nō reſurgēt. ſed cū ipiſ ī eaſdē tenebraſ recon/ dent ad certa ſupplicia deſtinati.

Ca.xxii. Quod hec a qbuſdā dicūt eſſe poetica. & un̄ ad notitiā uenerit poeta℞. qbuſ de cauſiſ corruperit ueritatē. & lethēū ānē & alia fātaſtica īduxerit.

Figmēta hec eē poeta℞ qdā putāt. ignorāteſ un̄ illa poete acceꝑint. ac negāt hec fieri poſſe. nec mi℞ ita illiſ uideri. aliter eī q̄ reſ habet tradit a poetiſ. q licet ſit multo ātiqoreſ q̄ hiſtorici & oratoreſ & cetera genera ſcꝑto℞: tn̄ qa miſteriū diuini ſacramēti neſciebāt: & ad eoſ mētio reſurrectōiſ future obſcu/ ro℞ ore ꝑuenerat: eā uero temere ac leuiter auditā in modum cōtinētie fabule ꝓdiderūt. Et tn̄ idē teſtati ſūt: nō auctorē ſe certū ſed opīonē ſeq. ut Maro q ait ſit mihi faſ audita loqui. Quāuiſ igit ueritatiſ arcana ī ꝑte corruꝑint: tn̄ ipa reſ eo uerior fuenit ꝙ cū ꝓphetiſ ī ꝑte cōſētiūt. qđ nobiſ ad ꝓbatōnē rei ſatiſ ē. Errori tn̄ eo℞ ſubē rō nulla. Nā cū ꝓphete aſſiduiſ cōcōibuſ ꝑdicarēt iudicatu℞ eē de mortuiſ filiū dei: & hec ānūtiatio nō lateret. qm̄ rectorē celi nō aliū putabāt q̄ Iouē: iudicare apud īferoſ Iouiſ filiū tradiderūt. ſed tn̄ nō Apollinē aut libe℞ aut Mercuriū. q celeſteſ putāt. ſed deū q & mortaliſ fuerit & iuſtuſ uel Minonē uel Eacū uel Rodomātū. Corrupūt igit poetica licētia qđ accepāt. uel opīo ueritatē ꝑ diuerſa ora ſermōeſq; uarioſ diſſipata mutauit. Nā ꝙ pactiſ apud īferoſ mille āniſ: rurſuſ ad uitā reſtitui cecinerūt: Marōe ita dicēte. Haſ omſ ubi mille rotā uoluere ꝑ ānoſ. Lethēū ad fluuiū deuſ euocat ag/ mine magno. Scilicet īmēoreſ ſupa ut cōnexa reuiſāt. Rurſuſ & īcipiēt ī corꝑa uelle reuerti. Hec eoſ rō fefellit. ꝙ reſurgent defūcti nō poſt mille ānoſ mortiſ ſue: ſed ut reſtituti rurſuſ in uita mille āniſ cū deo regnēt. Deuſ eī ueīet ut orbe hoc ab omī labe purgato: rediuiuaſ iuſto℞ aīaſ corꝑibuſ īnouatiſ ad ſēpi/ ternā btītudinē ſuſcitet. Itaq; ꝑter aquā obliuioniſ uera ſunt cetera. quā idcirco fixerūt ne qſ illiſ opponeret. Cū ergo non meminerīt ſe aliqn̄ uixiſſe. Aut q fuerint aut que geſſerint. ſed nihilominuſ tn̄ ueriſimile nō putāt. Et reſ tota uelut licenter & fabuloſe ficta reſpuit. Nobiſ aūt de reſurrectione affirmā/ tibuſ atq; docētibuſ aīaſ ad alterā uitā nō oblitaſ ſui: ſed ī eodē

2008 Ministerio de Cultura

ſenſu.ac figura eẽ rediturãſ:illud oppõit᷑. Toc iã ſecula tranſi/erunt. q̃ſ unq̃ unuſ ab inferiſ reſurrexit.ut exemplo eiuſ fieri poſſe credamuſ? At enĩ reſurrectio fieri nõ põt. dñante adhuc iniuſtitia. Hoc enĩ ſeculo necãt᷑ hoĩeſ ui: ferro: inſidiiſ ueneniſ afficiũt᷑ iiuriiſ: egeſtate:carceribuſ:tormẽtiſ: ꝓſcriptõibuſ. Eo accidit ꝙ iuſtitia iuiſa ẽ: ꝙ omſ q deũ ſeq uolũt: non tm̃ odio habẽt᷑: ſed uexãtur omibuſ cõtũeliſ. & excruciãtur multiplici genere penaꝝ. & ad ĩpioſ cultuſ manufactoꝝ deoꝝ nõ rõe aut ueritate: ſed nefãda corpoꝝ laceratione cogũtur. Num igitur oportet ad hec eadẽ reſurgere: ac reuerti hoĩeſ ad uitam ĩ qua tuti eẽ nõ poſſẽt? Cũ ergo iuſti tã uileſ hẽant᷑: tã facile tollãt᷑: qd putemuſ futuꝝ fuiſſe: ſi qſ ab inferiſ rediẽſ uitã poſt limi/niũ recepiſſet? Auferet᷑ profecto ab oculiſ hoĩm. ne uiſo eo uel audito deoſ uniuerſi relinquerẽt: & ad uniuſ ſe dei cultũ reli/gionẽq; cõuerterẽt. Ergo ſemel fieri reſurrectionẽ neceſſe ẽ.cũ malum fuerit ablatum. qm̃ eoſ q reſurrexerint nec mori iam ulteriuſ nec uiolari ullo mõ faſ ẽ.ut beatã poſſit agere uitam. quorũ morſ reſignata ẽ. Poete uero cũ ſcirẽt hoc ſeculũ maliſ omibuſ redũdare: obliuioniſ amnẽ ĩduxerũt.ne laborũ ac ma/loꝝ mẽoreſ aĩe reuerti ad ſupoſ recuſarẽt. Vnde Virgiliuſ. O pater an ne aliq̃ſ ad celũ hĩc ire putãdũ ẽ? Subliẽſ aĩaſ iterũq; ad tarda reuerti. Corpa: que luciſ miſeriſ tã dira cupido? Igno/rabãt enim quomõ aut qñ id fieri oporteret. Itaq; renaſci eaſ putauerũt. & denuo ad uterũ reuolui atq; ad infantiã regredi. Vñ & Plato de aĩa differenſ ex hoc ait poſſe cognoſci aĩaſ eẽ ĩmortaleſ atq; diuiaſ: ꝙ ĩpueriſ mobilia ſũt ĩgenia: & ad ꝑcipi/ẽdũ facilia. ꝙ ea que diſcãt ita celeriter capiãt uti nõ tũc ꝑmũ diſcere illa uideãtur: ſed recognoſcere atq; reminiſci. in quo uir ſapienſ poetiſ ĩeptiſſĩe credidit.

Ca.xxiii. De reſurrectõe & ꝙ Pictagoraſ & alii philoſo/phi ĩepte locuti ſũt & de anaſtaſi mẽtiẽteſ animaſ ĩ uaria tranſire corpora.

NOn igit᷑ renaſcẽt. qd᷑ fieri nõ poteſt. ſed reſurgẽt. & a deo corpibuſ ĩduẽt᷑. & ꝑoriſ uite factuꝝq; oĩm mẽoreſ erũt & ĩ boniſ celeſtibuſ collocati: ac fruẽteſ iocũditate ĩnumerabiliũ copiaꝝ pñti deo gratiaſ agẽt. ꝙ malũ oẽ deleuerit: ꝙ eoſ ad regnum uitãq; ꝑpetuã ſuſcitarit. Qua de Anaſtaſi philoſophi quoq; dicere aliqd conati ſũt tã corrupte q̃ poete. Nã Pitagoraſ

2008 Ministerio de Cultura

tranſire aīaſ ī noua corpora diſputauit. ſed īepte. ꝙ ex hōibuſ ī pecudeſ & ex pecudibuſ ī hoīeſ & ſeipm̄ ex Euforbio eē rep/atū. Meliuſ Chriſippuſ quē Cicero ait fulcire porticū ſtoicorū: qͥ libriſ quoſ de ꝓuidētia ſcͥpſit cū de īnouatōe mūdi loqueret̄: hec intulit. τουτου δεουτωσ εχον τοσ δηλονωσ ουδεν αδυνατον και ημασ μετα το τελευτησαι παλιν περιοδων τινων ειλημμενων χρονον εν ων νυν εσμεν καταστησεσθαι σχημα. Id ē qđ cū ita ſit apparet nil eē īpoſſibile. & noſ poſt exceſſū noſtrū rurſuſ ſpatiiſ qbuſdā reuolutiſ tēpoꝝ ī hūc ſtatū reſtitui: ī quo nūc eē uidemur. Sed noſ ab humaniſ ad diuina redeamuſ. Sibila iteꝝ dicit. δυσπιστου γαρ χπχν μεροπων γενοσ αλλοταν ηδη κοσμον και θνητων ελθη κρισισ ην θε/οσ αυτοσ ποιησει κρινων ασεβεισ αμα ευσεβεασ τε και τοτε δυσσεβεασ μεν ζπι ζοφον εν πυρι πεμψει οσαι δε ευσεβο/υσι παλιν ζησονσ επι γαιησ πνευμα θεον δοντοσ τιμην αμα και βιον αυ σοισ. Id ē etenī difficile ad credēdū om̄e hoīm genuſ. Sed cū iā mūdi & mortaliū uenerit iudiciū: qđ deuſ ipē faciet iudicanſ pioſ ſimul & īpioſ. tunc demū īpioſ qdē ī ignē et tenebraſ mittet. q aūt pietatē tenēt: iterū uiuēt ī terra. ſpū dei dāte. honorē ſimul & uitā ipſiſ. Quod ſi nō mō ꝓphete ſed etiā uateſ & poete & philoſophi anaſtaſī mortuoꝝ futurā eē cōſē/tiunt: nemo querat a nobiſ queadmodū fieri poſſit. Nec enim diuinoꝝ opū pōt reddi rō. Sed ſi a ꝑncipio deuſ hoīem neſcio quo īenarrabili mō inſtituit: credamuſ ab eodē reſtitui ueterē poſſeq̄ nouū fecit.

Ca. xxiiii. Quod ſcđm uaticinia Sibille poſt iudiciū per mille ānoſ regnabit ī terra filiuſ dei cū electiſ ſuiſ ī ſācta ciuitate quā cōſtituet. Et ꝙ diabolus uīciet̄ mille āniſ. & om̄iſ creatura manſueſcet & ad iocūditatē ſeruiet hōi. & xp̄uſ ab om̄ibuſ colet̄ ut deuſ & dn̄ſ.

NVnc reliq̄ ſubnectā. Veniet igit̄ ſūmi & maxī dei filiuſ. ut uiuoſ ac mortuoſ iudicet. Dicēte Sibilla ſic. πασησ γαρ γαιησ τοτε θνητων συγχυσισ εσται αυτοσ οπαντοκρατωρ οταν ελθη βηματι κριναι ζωντων και νεκυων ψυχασ και κοσμον απαντα Id ē totiuſ enī terre mortaliū confuſio tunc erit. & ipſe oīpotenſ cū uenerit ī ſolio iudicare uiuorum mor/tuorūq; aīaſ & mūdū omnē. Verum ille cū deleuerit iniuſtitiā: iudiciūq; maxīm fecerit: ac iuſtoſ q a ꝑncipio fuerūt ad uitam

2008 Ministerio de Cultura

reſtaurauerit:mille anniſ inter hoíeſ uerſabit̃.eoſq; iuſtiſſimo
imperio reget. quod alibi Sibilla uaticinanſ furenſq; proclamat.
κλῦτε δέ μου μέροπεσ βασίλευσ αιωνιοσ αρχει. Id ẽ au/
dite me hoíeſ rex ſempiternuſ dn̄at. Tũc qui erũt ĩ corporibuſ
uiui nõ morient̃. ſed p̄ eoſdẽ mille annoſ infinitã multitudinẽ
generabunt. & erit ſoboleſ eorum ſancta & deo cara. qui autem
ab inferiſ ſuſcitabunt: hi p̃erũt uiuẽtibuſ uelut iudiceſ. Genteſ
uero nõ extiguent̃ oíno. ſed quedã relinquẽt̃ ĩ uictoriã dei: ut
triũphẽt̃ a iuſtiſ. ac ſubiugẽt̃ ppetue ſeruituti. ſub idẽ tempuſ
etiã p̃ncepſ demonũ q ẽ machinator oĩm maloꝝ: uiciet̃ catenıſ.
& erit ĩ cuſtodia mille ãniſ celeſtiſ imperii. quo iuſtitia ĩ orbe
regnabit. ne qd malũ aduerſuſ populũ dei moliat̃. Poſt cuiuſ
aduẽtũ congregabũt̃ iuſti ex oĩ terra. pactoq; iudicio ciui/
taſ ſcã cõſtituet̃ ĩ medio terre: ĩ qua ipſe conditor deuſ cũ iuſtiſ
domĩantibuſ cõmoret̃. quã ciuitatem Sibilla deſignat cũ dicit.
και πολιν ην εποιησε θεοσ ταυτην εποιησε λαμπροτεραν α
στρων και ηλιου ηδε σεληνησ. Id ẽ urbem quam fecit deuſ
eam clariorem fecit aſtriſ atq; ſole lunaq;. Tunc auferentur a
mũdo tenebre ille qbuſ offũditur atq; obcecabit̃ celũ. & luna
claritudinẽ ſoliſ accipiet. nec minuetur ulteriuſ. ſol aũt ſeptieſ
tãto q̃ nũc ẽ clarior fiet. Terra uero aperiet fecũditatẽ ſuam.
& uberrimaſ frugeſ ſua ſpõte generabit. Rupeſ mõtiũ melle ſu/
dabũt. p riuoſ uina decurrent. & flumina lacte inundabunt.
Mũduſ deniq; ipſe gaudebit. & omniſ reꝝ natura letabit: erepta
& liberata dominio mali: & ĩpietatiſ: & ſceleriſ: & erroriſ. Non
beſtie per hoc tẽpuſ ſãguine alent̃: nõ aueſ preda. ſed quieta &
placida erũt omnia. leoneſ & uituli ad preſepe ſimul ſtabunt.
lupuſ ouẽ non rapiet. Caniſ nõ uenabit̃. Accipitreſ & aquile nõ
nocebũt. Infanſ cũ ſerpẽtibuſ ludet. Deniq; tũc fient illa que
poete aureiſ tẽporibuſ facta eẽ iã Saturno regnãte dixerunt.
quoꝝ error hic exortuſ ẽ. q pphete futuroꝝ pleraq; ſic pferũt
& enũtiãt q̃ſi iã pacta. Viſioneſ eni diuĩo ſpũ offerebãt oculiſ
eorũ. & uidebantur illa in conſpectu ſuo q̃ſi fieri ac terminari.
Que uaticinia eoꝝ cũ paulatim fama uulgaſſet: qm̃ pphani a
ſacramẽto ignorabãt q̃tenuſ dicerent: cõpleta iã eẽ ueteribuſ
ſeculiſ illa omnia putauerunt. que utiq; fieri complerıq; non
poterãt homĩe regnãte. Cũ uero deletiſ religĩoibuſ impiiſ: et
ſcelere cõpſſo: ſubiecta erit deo terra. Cedet & ipſe mari uector

2008 Ministerio de Cultura

nec nautica pinuſ. Mutabit merceſ. omniſ feret oīa telluſ. Non raſtroſ patiet̃ humuſ: nõ uinea falcẽ. Robuſtuſ quoq; iã tauriſ iuga ſoluet orator. Tũc & molli paulatĩ flaueſcet cãpuſ ariſta. Incultiſq; rubenſ pẽdebit ſẽtibuſ uua. Et dure quercuſ ſudabũt roſcida mella. Nec uarioſ diſcet mentiri lana coloreſ. Ipſe ſed ĩ pratiſ arieſ iã ſuaue rubẽti. Murice iã croceo mutabit uellera luto. Spõte ſua ſãdix paſcẽteſ ueſtiet agnoſ. Ipe lacte domum referent diſtĩcta capelle. Vbera nec magnoſ metuẽt armenta leoneſ. Que poeta ſcd̃m Cumee Sibille carmĩa prolocutuſ eſt. Erithrea uero ſic ait. οι δελυκοι σὺμ αρμαισ εσ ουρεσὶμ αμα γεεδομται χορτομ παρδαλὶσ τερὶφοισ αμαβοσκισ ομται αρκτοι σὺμ μοσχοισὶ ομον και πασὶ βροτοισὶ σαρκοβορ οσ τελεωμ φαγεται αχὺρομ παραφατμαὶσ σὺμ βρεφεσὶ τε δρακομτεσ αματορσὶ κοιμισομται. Id ẽ nec lupi cũ agniſ ĩ mõtibuſ dimicabũt. Herbãq; linceſ cum ediſ paſcẽt. Vrſi cum uituliſ ſimul omĩbuſ aĩalibuſ carniuoranſ leo comedet paleaſ ad p̃ſepia. cũ infãtibuſ draconeſ ſine matribuſ dormiẽt. Et alio loco de libertate rerũ. και τοτε δη χαραμ μεγαλημ θεοσ αμδ ρασὶ δωσει και γαρ γη και δεμδρα και ασπετα θρεμματα γαιησ δωσουσὶ καρπομ τομ αληθὶμομ αμθρωποισὶμ οιμου και μελὶτοσ γλὺκερου λευκου τε γαλακτοσ και σὶτου οπε ρεστι βροτοισ καλλὶστομ απαμτωμ. Id ẽ Et tũc gaudium magnũ deuſ dabit hõibuſ. nã & terra & arboreſ & ĩnumerabilia terre pecora dabũt fructũ ueꝝ hõibuſ uini & melliſ dulciſſimi. & cãdidi lactiſ. atq; tritici. qd̕ ẽ hõibuſ optimũ oĩm. Et alia eodẽ modo. ευσεβεωμ δε μομοσ αγὶα χθωμ παμτα ταδοισει μαμα μελὶτοσ αποπετρησ ηδ απο πηγησ και γαλα ταμβρ οσὶησ ρευσει παμτεσσὶ δὶ δαιοισ. Id ẽ pioꝝ aũt ſola ſãcta terra omnia hec feret fluenta melliſ de petra atq; de fonte. et lac immortalitatiſ manabit omnibuſ iuſtiſ. Viuẽt itaq; hoĩeſ tranquilliſſimã uitã & copioſiſſimã. & regnabũt cũ deo pari/ter. & regeſ gẽtiũ uenient cũ doniſ ac muneribuſ: ut adorent et honorificent regẽ magnum. cuiuſ nomen erit preclaꝝ ac uene/rabile uniuerſiſ nationibuſ que ſub celo erunt: et regibuſ qui dominabunt̃ ĩ terra.

Capi. XXV. Quod non reſtãt ex quarũdã ſcripturarum aſſertõe niſi ducẽti ãni uſq; ad rerũ ĩnouationẽ. Et ꝙ finiſ nõ aderit niſi Roma deſtructa.

2008 Ministerio de Cultura

HEc ſūt que a ꝓphetiſ futura dicunt̃. quoꝝ teſtimonia et uerba ponere opuſ nō eē duxi. qm̄ eēt infinitū. nec tantā rerū multitudinē menſura libri capet. tā multiſ uno ſpū ſimilia dicētibuſ. ſimulq; ne faſtidiū legētibuſ fieret: ſi ex omībuſ col/lecta & tranſlata cōgererē. Preterea ut ea ipſa que dicerē nō noſtriſ ſed alieniſ literiſ potiſſimū cōfirmarē. doceremq; nō mō apud noſ: uerū etiā apud eoſ ipſoſ q noſ inſectātur ueritatem cōſignatā teneri: quā recuſāt agnoſcere. Qui aūt hec diligētiuſ uoluerit ſcire: ex ipſo fonte hauriat. & plura q̄ noſ in hiſ libriſ cōplexi ſumuſ admirabilia reperiret. Fortaſſe nunc quiſpiam reqrat quādo iſta que diximuſ ſint futura. Iā ſuperiuſ oſtendi. cōpletiſ ānoꝝ ſex milibuſ mutationē iſtā fieri oportere. Et iā ꝓpinquare illū ſummū cōcluſioniſ extremediem: de ſigniſ que dicta ſūt a ꝓphetiſ licet noſcere. predixerūt enī ſigna quibuſ conſumatio tēporum & expectanda ſit nobiſ in ſinguloſ dieſ & timenda. Quādo tn̄ cōpleat̃ hec ſūma: docent hi q de tēpibuſ ſcripſerūt. colligenteſ ea ex literiſ ſanctiſ. & ex uariiſ hiſtoriiſ. quātuſ ſit numeruſ ānoꝝ ab exordio mūdi. qui licet uarient et aliquantulū numeri eoꝝ ſūma diſſentiat: omniſ tn̄ expectatio nō āpliuſ q̄ ducētoꝝ uidet̃ annoꝝ. etiā reſ ipa declarat lapſū ruināq; reꝝ breui fore: niſi q incolumi urbe roma: nihil iſtiuſ uidet̃ eē metuendum. At uero cū caput illud orbiſ ceciderit & πυρρει eē ceperit. qđ ſibille fore aiunt. qſ dubitet ueniſſe iam finē rebuſ hūaniſ orbiq; terraꝝ? Illa ē ciuitaſ que adhuc ſuſtē/tat oīa. p̄cāduſq; nobiſ & adorāduſ ē deuſ celi. ſi tn̄ ſtatuta eiuſ & placita differri poſſūt. ne citiuſ q̄ putamuſ tyrānuſ ille abo/mināduſ ueniat. q tantū facinuſ moliat̃. ac lumē illud effodiat. cuiuſ interitu mūduſ ipe lapſuruſ ē. Nūc ad cetera exequenda redeamuſ. que deincepſ ſecutura ſūt.

Capitu. xxvi. Quod elapſiſ mille anniſ aurei ſeculi poſt iudiciū ſoluet̃ itē diaboluſ. & cōcitabit gēteſ ut ſanctam expugnent ciuitatē. & obſidebūt eā. Et qūo eā omnino deuſ deſtruet & peniſ eterniſ tradet. electiſ hōibuſ trāſlatiſ ad gloriam angelorum poſt reſurrectionem ſecundam.

DIximuſ paulo ante in pricipio regni ſancti fore: ut a deo princepſ demoniorū uinciat̃. Sed idē cū mille anni regni hoc ē ſeptē millia cepint terminari: ſoluet̃ denuo & e cuſtodia

2008 Ministerio de Cultura

miſſuſ exibit· atq; oīſ gēteſ que tunc erūt ſub ditōe iuſtorum cōcitabit: ut inferāt bellū ſācte ciuitati. Et colliget ex omni orbe terre innumerabiliſ populuſ nationū: & obſedebit & cir/cūdabit ciuitatē.tūc ueiet nouiſſīa ira dei ſup gēteſ.& debella/bit eoſ uſq; ad imū. Ac pmū cōcutiet terrā q̄ ualidiſſime. et a motu eiuſ ſcidēt mōteſ ſirie.& ſubſidēt colleſ ī abruptū & muri oīm ciuitatū cōcidēt.Et ſtatuet deuſ ſolē triduo ne ocadat.& īflāmabit eū. & deſcēdet eſtuſ nimiuſ.& aduſtio magna ſupra pduelleſ & īpioſ populoſ.& ībreſ ſulphuriſ & grādieſ lapidū & gutte igniſ.& liqueſcēt ſpūſ eoꝝ ī calore & corpa cōterēt ī grā/die.& ipi ſe iuicē gladio feriēt.Replebūt mōteſ cadaueribuſ.& cāpi opiēt oſſibuſ.populuſ aūt dei tribuſ illiſ diebuſ ſub cōcauiſ terre occultatuſ erit.donec ira dei aduerſuſ gēteſ & extremum iudiciū termiet. Tūc exibūt iuſti de latebriſ ſuiſ. & īuenient oīa cadaueribuſ atq; oſſibuſ tecta. Sed & genuſ oīe īpioꝝ ra/dicituſ īteribit.nec erit in hoc mūdo ulla natio āpliuſ pter ſolā gētē dei. Tū p ānoſ ſeptē ppeteſ ītacte erūt ſilue.nec excidet de mōtibuſ lignū.ſed arma gētiū cōburēt.& iā nō erit bellū. ſed pax & requieſ ſēpiterna. Cū uero cōpleti fuerint mille āni: renouabit mūduſ a deo. & celū cōplicabit: & terra mutabit. Et trāſformabit deuſ hoieſ ī ſimilitudinē āgeloꝝ. Et erūt cā/didi ſicut nix. & uerſabunt ſēper ī cōſpcū oīpotētiſ.& dño ſuo ſacrificabūt & ſeruiēt ī eternū.Eodē tpe fiet ſecūda illa & pub/lica oīm reſurrectio. etiā in qua excitabūt impii ad cruciatuſ ſēpiternoſ.Hi ſūt q māufacta coluerūt.q dñm mūdi ac parētē uel neſcierūt uel abnegauerūt. ſed et dñſ illoꝝ cū miniſtriſ ſuiſ cōphēdet.ad penāq; dānabit.cū quo pariter oīſ turba īpioꝝ p ſuiſ facinoribuſ in cōſpectu āgelorū atq; iuſtoꝝ ppetuo igni cremabit ī eternū. Hec ē doctrīa ſāctoꝝ pphetaꝝ.quā xpiani ſeqmur.Hec ſapiētia noſtra quam iſti q uel fragilia colūt: uel īanē philoſophiā tuēt:tāq̄ ſtulticiā uanitateq; deridēt.qa noſ defēdere hāc publice atq; aſſerere nō ſolemuſ.deo iubēti ut qeti ac ſilēteſ arcanū eiuſ ī abſcōdito atq; intra noſtrā conſciētiam teneamuſ.Nec aduerſuſ iſtoſ ueri pphanoſ:q non diſcēdi ſed arguēdi atq; illudendi gratia inclemēter deū ac religionē eiuſ īpugnāt:ptinaci cōtentōe certemuſ. Abſcōdi eni tegiq; miſteriū q̄ fideliſſie oportet: maxīe a nobiſ q nomē fidei gerimuſ. Veꝝ illi hāc taciīnitatē noſtrā ueluti cōſciam malā criminant. Vñ

2008 Ministerio de Cultura

etiã q̃sdã execrabiles opiniões de pudicis & inocẽtibus figũt. & libẽter his que finxerit credũt.

Ca.xxvii. Exhortatio ut omſ ꝓperẽt ad ſuſcipiẽdã cũ religiõe ſapiam ꝑ quaſ ad beatiſſimã ꝑuenit eterne uite beatitudinẽ.

Quoniã decurſis ꝓpoſiti opis ſeptẽ ſpatiis: ad metã ꝑuecti ſumus: ſupẽ ut exhortemur omſ ad ſuſcipiẽdã cũ uera religiõe ſapiẽtiam. cuius uis & officiũ ĩ eo uertit: ut cõtẽptis terreſtribus & abiectis erroribus qbus antea tenebamur: fragilibus ſeruiẽtes & fragilia cõcupiſcẽtes: ad eterna celeſtis theſauri p̃mia dirigamur. que ut cape poſſimus: q̃ p̃mũ omittẽde ſunt huius preſẽtis uite illicibiles uoluptates. que aias hoim ꝑniciosiſſima ſuauitate deliniũt. Quãta felicitas exiſtimãda ẽ ſubtractis his labibus terre: ꝓficiſci ad illũ eq̃ſſimũ iudicẽ parẽtẽq; ĩdulgẽtiſſimũ. q ꝑ laboribus reqẽ: ꝓ morte uitã: ꝓ tenebris claritatẽ: pro terrenis ac breuibus bonis eterna & celeſtia largiat̃. q̃ cũ mercede acerbitates ac miſerie q̃s ꝑpetimur ĩ hoc mũdo: faciẽtes opa iuſtitie cõferri & coeq̃ri nullo mõ poſſũt. Proĩde ſi patiẽtes ſi beati eẽ uolumus: cogitãda ac ꝓponẽda nobis ſũt: nõ tm̃ terentiana illa molẽdũ eẽ uſq; ĩ p̃ſtinũ. uapulãdũ. habẽde cõpedes. ſed his multo atrociora: carcer: catene: tormẽta patienda: ſuſtinendi dolores: mors dẽiq; ipa & ſuſcipiẽda ẽ & ferẽda. cũ liqueat cõſciẽtie noſtre nec fragilẽ iſtã uoluptatẽ ſñ pena: nec uirtutẽ ſñ p̃mio fore. Vniuerſo igit̃ oportet opã dare: ut uel ſe q̃ p̃mũ ad rectã uiã dirigãt. uel ſuſceptis opatiſq; uirtutibus: huius uite laboribus patiẽter exactis: cõſolatorẽ deũ hẽre mereãt̃. Pater enĩ noſter ac dñs q cõdidit firmauitq; celũ: q ſolẽ cũ ceteris ſideribus illuxit: q libratã magnitudĩe ſua terrã uallauit mõtibus mare circũdedit: amnibuſq; diſtĩxit. Et qdqd ẽ ĩ hoc ope mũdi cõflauit ac ꝑfecit e nihilo ꝑſpectis erroribus hoĩm ducẽ miſit. q nobis iuſtitie uiã pãderet. Hũc ſeq̃mur omſ: hũc audiamus: huic deuotiſſĩe pareamus. qm̃ ſolus ut ait Lucretius Veridicis hoĩm purgauit pectora dictis. Et finẽ ſtatuit torpedinis atq; timoris. Expoſuitq; bonũ ſũmũ quo tẽdimus omſ. Quid foret atq; uiã mõſtrauit limite ꝑuo. Qua poſſemus ad id recto cõtẽdere curſu. Nec mõſtrauit tm̃ ſed etiã p̃ceſſit. ne qs difficultatis gratia iter uirtutis horreret. Deſerat̃ ſi fieri põt uia ꝑditõis et fraudis: ĩ qua mors uoluptatis illecebris ad opta celat̃. Et q̃to

2008 Ministerio de Cultura

quiſq; ãniſ ad ſenectutẽ uergẽtibuſ apropĩq̃re cernit illũ diẽ: quo ſit ei ex hac uita migrãdũ: cogitet q̃ puruſ abſcedat: q̃ in/nocẽſ ad iudiciũ ueĩat: nõ ut faciũt qdã cecis mẽtibuſ nixi. q iã deficiẽtibuſ corpiſ uiribuſ ĩ hoc admonẽt: iſtãtiſ ultime neceſſi/tatiſ: ut cupidiuſ & ardẽtiuſ hauriẽdiſ libidinibuſ ĩtendãt. Qua ex uoragine liberet ſe qſq; dũ licet. dũ facultaſ adẽ. ſeq; ad deũ tota mẽte cõuertat. ut illũ diẽ ſecuruſ expectet. quo p̃ſenſ dñſq; mũdi deuſ de ſinguloꝝ factiſ cogitationibuſq; iudicabit. Que/cũq; hic expetũt nõ tm̃ negligat ſed effugiat. potioreq; aĩam ſuã iudicet q̃ bona iſta fallacia quoꝝ ĩcerta & caduca poſſeſſio ẽ. Migrãt eĩ quotidie & multo ueločiuſ exeũt q̃ ĩtrauerãt. Et tñ ſi nobiſ uſq; ad ultimũ liceat iſtiſ frui: aliſ certe relĩquenda ſũt. Nihil nobiſcũ ferre poſſumuſ: niſi uitam bñ atq; ĩnocẽter actã. Ille ad deũ copioſuſ. ille opulẽtuſ adueniet. cui aſtabunt cõtinentia miſericordia patiẽtia caritaſ fideſ. Hec eſt hereditaſ noſtra que nec eripi cuiq̃ põt nec trãſferri ad aliũ. Et qſ ẽ qui hec bona parare & acq̃rere ſibi uelit? Veniãt qui eſuriunt. ut celeſti cibo ſaturati ſẽpiternã famẽ ponãt. Veniãt qui ſitiũt ut aquã ſalutarẽ de p̃enni celeſti fõte pleniſſimiſ faucibuſ trahãt. Hoc cibatu atq; potu dei: & ceci uidebũt: & ſurdi audient: & muti loquentur: & claudi ãbulabunt: & mortui reuiuiſcẽt: & ſtulti ſapiẽt: & egroti ualebũt. Quiſqſ enim corruptelaſ terre uirtute calcauerit. Hũc arbiter ille ſũmuſ: & uerax ad lucem uitãq; ꝑpetuã ſuſcitabit. Nemo diuitiſ: nemo faſcibuſ: nemo regia ptãte cõfiſuſ ſit: ĩmortalẽ iſta nõ faciũt. Nã qcũq; rõnẽ hõiſ abiecerit ac p̃ſentia ſecutuſ: ĩ humum ſe ipẽ pſtrauerit tãq̃ deſertor dñi & ĩpatoriſ et patriſ ſui punietẽ. Intẽdamuſ igitur iuſtitie que noſ inſepabiliſ comeſ ad deũ ſola pducet. Et dum ſpũſ hoſ regit artuſ: ĩfatigabili militia deo militemuſ. ſtatõneſ uigiliaſq; celebremuſ. Congrediamur cũ hoſte quem nouimuſ fortiter ut uictoreſ: ac deuicto aduerſario triũphanteſ: p̃miũ uirtutiſ qđ ipẽ pmiſit a deo cõſequamur. Amen.

Diuinaꝝ inſtitutionũ aduerſuſ gẽteſ Lactãtii
Firmiani liber ſeptimuſ atq; ultimuſ explicit.
Et ſequit̃ eiuſdẽ liber de ira dei ad Donatum.

2008 Ministerio de Cultura

Alii uero iram tollunt: gratiam relinquunt deo. naturam enim ſūma uirtute preſtantē: et non maleficā eſſe debere. Ita omneſ philoſophi de ira cōſentiūt. de gratia diſcrepāt. Sed ut ad pro/poſitam materiā per ordinē deſcendat oratio: huiuſmōi fatiēda nobiſ & exequenda partitio eſt. cum diuerſa & repugnantia ſint ira & gratia. Aut ira tribuenda eſt deo: et gratia detrahenda: aut utrumq; pariter detrahendum. Aut ira demenda eſt: et gratia tribuenda: aut neutum detrahendum. Aliud ampliuſ preter hec nihil poteſt capere natura. ut neceſſe ſit in uno iſtorum aliquo uerum quod queritur inueniri. Conſideremuſ ſingula. noſ ut ad latebraſ ueritatiſ: et ratio & ordo deducat.

Capitulum. iii. Quod nulluſ aſſeruit deum iraſci & gratia non moueri.

PRimum illud nemo de deo dixit: unq̄ iraſci eū tātummō: et gratia nō moueri. Eſt enim diſcōueniens deo. ut eiuſmōi poteſtate ſit preditus: qua noceat & obſit. prodeſſe uero ac be/nefacere nequeat. Que igitur ratio: que ſpeſ ſalutiſ hominibuſ propoſita eſt: ſi malorum tantūmodo auctor eſt deuſ? Quod ſi ſit: iam maieſtaſ illa uenerabiliſ nō ad iudiciſ poteſtatē. cui licet ſeruare ac liberare: ſed ad tortoriſ & carnificiſ offitium deducet. Cum autē uideamuſ nō modo mala eſſe in rebuſ hūaniſ: ſed etiā bona. utiq; ſi deuſ non eſt: auctorem eſſe alterū neceſſe eſt. qui cōtraria deo fatiat: et det nobiſ bona. Si ē: quo noīe appellāduſ eſt. Cur nobiſ qui malefacit notior eſt: q̄ ille qui bene? Si autem nihil poteſt eſſe preter deū: abſurdum eſt & uanū putare diuinā poteſtatem: qua nihil ē maiuſ nihil meliuſ nocere poſſe. et ideo nemo extitit qui auderet id dicere. quia nec rationem habet: nec ullo mō pōt credi. Quod qa cōuenit. tranſeamuſ & ueritatē alibi requiramuſ.

Capitulum. iiii. Contra Epicurum diſputat qui negabat deum iraſci: gratificari: et omnia prouidere.

QVod ſequitur de ſchola Epicuri: ſicut iram in deo nō eſſe: ita nec gratiā qdem. Nam cum putaret Epicuruſ alienū eſſe a deo malū facere: quod ex affectu iracūdie plerūq; naſcit̄: ademit ei etiā beneficentiā. quoniā uidebat conſequenſ eſſe: ut ſi habeat iram deuſ: habeat & gratiā. Itaq; ne illi uitiū cōcederet:

2008 Ministerio de Cultura

etiã uirtutiſ fecit expertem. Ex hoc inqͭ beatuſ & incorruptuſ
eſt: quia nihil curat. neq; habet ipẽ negotiũ: neq; alteri exhibet.
Deuſ igitur non eſt: ſi nec mouetur. quod eſt propriũ uiuentiſ:
nec facit aliquid impoſſibile homini. quod eſt proprium dei. ſi
omnino nullam habet uolũtatem: nullum actum: nullã deniq;
adminiſtrationẽ que deo digna ſit. Et que maior: et que dignior
adminiſtratio deo aſſignari poteſt: q̃ mundi gubernatio: q̃ cura
uiuẽtium: maximeq; generiſ hũani. cui omnia terrena ſubiecta
ſunt? Que igitur in deo poteſt eſſe beatitudo: ſi ſemper quietuſ
& immobiliſ torpet? Si precantibuſ ſurduſ? Si colẽtibuſ cecuſ?
Quid tam dignum. tam propriũ deo: q̃ prouidẽtia? Sed ſi nihil
prouidet: amiſit omnem dignitatem. Qui ergo totã uim: totam
deo ſubſtãtiam tollit: quid aliud dicit niſi deum oĩno non eſſe.
Deniq; Marcuſ Tulliuſ a Poſſidonio dictum refert id Epicurũ
ſenſiſſe: nulloſ deoſ eſſe. ſed ea que de diiſ locutuſ ſit: depellende
inuidie cauſa dixiſſe. Itaq; uerbiſ illum deoſ relinquere: re ipſa
tollere. qbuſ nullum motum: nullũ tribuit offitium. Quod ſi ita
eſt: quid deo fallatiuſ? Quod a ſapiente & graui uiro debet eſſe
alienum. Hic uero ſi aliud ſenſit: et aliud locutuſ eſt: quid aliud
appellãduſ eſt q̃ deceptor: bilinguiſ: maluſ. et propterea ſtultuſ?
Sed non erat tam uerſutuſ Epicuruſ: ut fallendi ſtudio iſta lo/
queretur. cum etiam ſcriptiſ ad eternam memoriam conſignaret:
ſed ignorantia ueritatiſ errauit. Inductuſ enim a pͥncipio ueri/
ſimilitudine uniuſ ſententie: neceſſario in ea que ſequebantur
incurrit. Prima enim ſententia fuit. iram in deo non conuenire.
Quod cum illi uerum & inexpugnabile uideretur: non poterat
conſequentia recuſari. quia uno affectu amputato: etiã ceteroſ
affectuſ adimere deo neceſſitaſ ipſa cogebat. Ita qui nõ iraſcit̃:
utiq; nec gratia mouetur. quod eſt ire contrarium. Iam ſic non
ira in eo nec gratia eſt. utiq; nec metuſ: nec letitia: nec meror: nec
miſericordia. Vna eſt enim ratio cũctiſ affectibuſ. una cõmotio:
que in deum cadere nõ poteſt. Quod ſi nulluſ affectuſ in deo ẽ.
quia quidquid afficitur imbecillum eſt: ergo nec cura ulliuſ rei.
nec prouidentia eſt in eo. Hucuſq; peruenit ſapientiſ hominiſ
diſputatio. cetera que ſequũtur obticuit. ſcilicet quia nec cura ſit
in eo nec prouidẽtia. ergo nec cogitationẽ aliquam nec ſenſum
in eo eſſe ullũ. quo efficitur: ut non ſit oĩno. Itaq; cũ gradatim
aſcẽdiſſet. in extremo gradu cõſtitit: qa iam precipitiũ uidebat.

2008 Ministerio de Cultura

Sed quid prodeſt reticuiſſe ac periculū diſſimulaſſe? Neceſſitaſ
illum uel inuitum cadere coegit. Dixit enim quod noluit. quia
argumentum ſic ordinauit: ut ad illud quod euitabat neceſſario
deueniret. Videſ igitͤ quo peruēiat ira ſublata. et deo adempta.
Deniq; autem nulluſ id credit. aut admodum pauci. et quidem
ſcelerati ac mali: qui ſperant peccatiſ ſuiſ impunitatem. Quod ſi
et hoc falſum inuenitͤ: nec iram in deo eē nec gratiā. Veniamuſ
ad illud quod tertio loco poſitum eſt.

Capitulū. v. Contra ſtoicoſ dicenteſ in deo fore gratiam
ſed non iram.

EXiſtimantur ſtoici: et alii nonnulli aliquando meliuſ de
diuinitate ſenſiſſe. qui aiunt gratiam in deo eſſe. iram nō
eſſe. fauorabiliſ ac populariſ oratio: non cadere in deum. Hanc
aīmi puſillitatem. ut ab ullo ſe leſum putet: qui ledi nō poteſt.
ut quieta illa & ſancta maieſtaſ concitetur: perturbetͤ: inſaniat.
quod eſt terrene fragilitatiſ. Iram enim cōmotionem mentiſ eſſe
ac perturbationem. que ſit a deo aliena. Quod ſi hominē quoq;
qui modo ſit ſapienſ & grauiſ: ira non deceat. ſi quidem cum in
animū cuiuſq̃ incidit: uelut ſeua tēpeſtaſ tantoſ excitet fluctuſ:
ut ſtatum mentiſ immutet. ardeſcant oculi. oſ tremat. lingua ti/
tubet. denteſ concrepent. alteriuſ uultum maculet. nunc ſuffuſuſ
rubor. nunc pallor albeſcenſ: quāto magiſ deum nō deceat tam
feda mutatio? Et ſi homo qui habet imperium ac poteſtatē late
noceat: ꝑ iram ſanguinē fūdit: urbeſ ſubuertat: populoſ deleat:
prouinciaſ ad ſolitudinē redigat: quāto magiſ deū. qui habeat
totiuſ generiſ hūani & ipiuſ mundi poteſtatem: perditurū fuiſſe
uniuerſa credibile ſit ſi iraſceretͤ. Abeſſe igitͤ ab eo: tam magnū:
tam ꝑnitioſum malū oportere. Et ſi abſit ab eo ira & cōcitatio:
q̃a & deformiſ & noxia ē. nec cuiq̃ male facit. nihil aliud ſupeſt:
niſi ut ſit leniſ. tranquilluſ. propitiuſ. beneficuſ conſeruator: ita
enim demum & cōmuniſ omniū pater. et optimuſ maximuſ dici
poterit. quod expetit diuīa celeſtiſq; natura. Nam ſi inter hoīeſ
laudabile uidetͤ: prodeſſe potiuſ q̃ nocere. uiuificare q̃ occidere:
ſaluare q̃ perdere: nec immerito innocētia inter uirtuteſ nume/
ratur. et qui hec fecerit: diligitur. prefertur. ornatur. benedictiſ
omnibuſ uotiſq; celebratur. Deniq; ob merita & benefitia deo
ſimillimuſ iudicatur. quāto magiſ ipſum deum patrem diuiniſ

2008 Ministerio de Cultura

perfectiſq; uirtutibuſ precellentem. atq; ab omni terrena labe ſummotum: diuiniſ & celeſtibuſ benefitiiſ omne genuſ hominū promereri. Spetioſe iſta populariterq; dicūtur. et multoſ illiciūt ad credendum. Sed qui hec ſentiūt: ad ueritatem q̄dem propiuſ accedunt. ſed in parte labuntur: naturā rei parū conſiderantes. Nam ſi deuſ nō iraſcitur impiiſ & iniuſtiſ: nec pioſ utiq; iuſtoſq; diligit. Ergo conſtantior eſt error illorum: qui & iram ſimul et grām tollunt. In rebuſ. n. diuerſiſ. aut in utrāq; partem moueri neceſſe eſt: aut in neutram. Itaq; qui bonoſ diligit. et maloſ nō odit: nec bonoſ diligit. quia & diligere bonoſ: ex odio malorum uenit. et maloſ odiſſe: ex bonorum caritate deſcēdit. Nemo eſt q amet uitā ſine odio mortiſ. qui appetat lucem: niſi q tenebraſ fugit. Adeo natura iſta cōnexa ſunt: ut alterum ſine altero fieri nequeat. Si quiſ dominuſ habenſ in familia ſeruoſ: bonum ac malū: non utiq; aut amboſ odit: aut amboſ benefitiiſ & honore proſequitur. quod ſi fatiat: et iniquuſ & ſtultuſ eſt. ſed bonū & alloquitur amice. et ornat. et domui ac familie: ſuiſq; omnibuſ rebuſ preficit. malū uero maledictiſ: uerberibuſ: nuditate: fame: ſiti: cōpedibuſ punit. ut & hic exēplo: ceteriſ ſit ad nō peccādū: et ille ad ꝓmerendū. ut alioſ metuſ coerceat: alioſ honor ꝓuocet. Qui ergo diligit: et odit. qui odit & diligit. Sunt enim q diligi debeant. ſunt qui odio haberi. Et ſicut iſ qui diligit cōfert bona in eoſ quoſ diligit: ita q odit irrogat mala hiſ quoſ odio habet. Quod argumentū quia uerum eſt: diſſolui nullo pacto poteſt. Vana ergo & falſa eſt ſententia eorū: qui alterū detrahūt: non minuſ q̄ illorū qui utrūq; detrahunt. Sed illi ut oſtendimuſ ex parte non errant: ſed id quod meliuſ eſt ex duobuſ retinent. Hi uero quoſ ratio & ueritaſ argumenti huiuſ induxit: falſa omnīo ſuſcepta in maximum errorem cadunt. Non enim ſic oportebat eoſ argumentari: quia deuſ non iraſcitur: ergo nec gratia cōmouetur: ſed ita. quia deuſ gratia mouetur: ergo & iraſcit̄. Si enim certū & indubitatum fuiſſet non iraſci deū: tunc ad illud alterū ueniri eſſet neceſſe. Cum autē magiſ ſit ambiguum de ira pene manifeſtū de gratia. Abſurdum eſt ex īcerto certum uelle ſubuertere: cum ſit promptiuſ de certiſ incerta firmare.

## Capitulum .vi. Quod deuſ iraſcatur.

2008 Ministerio de Cultura

HE ſunt de deo philoſophorum ſententie. aliud preterea nihil quiſq̄ dixit. Quod ſi hec que dicta ſūt falſa eſſe de/prehēdimuſ: unum illud extremum ſupereſt: in quo ſolo poſſit ueritaſ inuēiri. quod a prophetiſ nec ſuſceptum eſt unq̄. nec ali/quando defenſum: conſequenſ eſſe iraſcatur deuſ: quoniā gratia cōmouetur. Hec tuenda nobiſ & aſſerenda ſentētia eſt. In eo. n. ſumma omniſ & cardo religioniſ pietatiſq; uerſat᷑. Neq; honoſ ulluſ deberi pōt deo: ſi nihil preſtat colenti. nec ulluſ metuſ: ſi nō iraſcitur non colenti.

Cap. vii. Quod philoſophi errant. Et ꝙ homineſ ab aliiſ aīantibuſ maxime differūt religione. que hoīſ eſt propria.

CVm ſepe philoſophi per ignorantiam ueritatiſ a ratione deſciuerūt. atq; in erroreſ inciderūt inextricabileſ. id enim ſolet hiſ euenire quod uiatori uiam neſcienti: et non fatienti ſe ignorare: ut uagetur. dum percuuctari obuioſ erubeſcat. Illud tamē nulluſ philoſophuſ aſſeruit unq̄. nō nihil inter hominem ac pecudem intereſſe. nec oīno quiſq̄ modo ſapiēſ: q uel leuiter rationale aīal cū mutiſ & irrationabilibuſ coequauit. qđ fatiunt quidam imperiti: atq; ipſiſ pecudibuſ ſimileſ. qui cum uentri ac uoluptati ſe uelint tradere: aiunt eadem ratione ſe natoſ: qua uniuerſa que ſpirant. quod dici ab homine nefaſ eſt. Quiſ enim tam īdoctuſ ut neſciat? Quiſ tam īprudenſ: ut nō ſentiat ineſſe aliquid in homine diuini? Nondum uenio ad uirtuteſ animi & ingenii. quibuſ hōi manifeſta cognitio eſt. Nonne ipſiuſ corpiſ ſtatuſ & oriſ figura declarat: non eſſe cū mutiſ pecudibuſ eq̄leſ? Illarum natura in humum pabulumq; proſtrata eſt. nec habet quicq̄ cōmune cū celo. quod non intuentur. Homo autē recto ſtatu: ore ſublimi ad cōtemplationem mundi excitatuſ confert cū deo uultum: et rationem ratio cognoſcit. propterea nullū eſt animal ut ait Cicero preter hoīem. quod habeat aliquā notitiā dei. ſoluſ enī ſapientia inſtructuſ eſt. et religionē ſoluſ intelligit. et hec eſt hominiſ atq; mutorum uel precipua uel ſola diſtātia. Nam cetera que uidentur hōi eſſe propria: et ſi nō ſunt talia in mutiſ: tamē ſimilia uideri poſſunt. Propriuſ hōi ſermo eſt. tamē et in illiſ quedam ſimilitudo ſermoniſ. Nam & dinoſcunt᷑. edūt ſonum iurgio ſimilem. et cū ſe ex interuallo uident: gratulandi offitiū uoce declarāt. Nobiſ qdem uoceſ eoꝝ uident᷑ incognite:

2008 Ministerio de Cultura

ſicut illiſ fortaſſe noſtre. ſed ipſiſ qui ſe intelligunt: uerba ſunt. Deniq; in omni affectu: certaſ uoceſ notaſ exprimunt. quibuſ habitum mentiſ oſtendant. Riſuſ quoq; eſt homini propriuſ. et tamẽ uidemuſ in aliiſ aĩalibuſ quedam ſigna letitie. cũ ad luſum geſtiunt: aureſ demulcent. rictum contrahũt. frontem ſerenant. oculoſ in laſciuiam reſoluũt. Quid tam propriũ homini. q̃ ratio & ꝓuidentia futuri? Atqui ſunt aĩalia: que latibuliſ ſuiſ diuerſoſ et plureſ exituſ pandant. ut ſi quod periculũ inciderit: fuga pa/teat obſeſſiſ. quod non facerent: niſi ineſſet illiſ intelligentia & cogitatio. Alia prouident in futurũ. ut ingentem formice farriſ aceruum cõportant. hiemiſ memoreſ: eſtate laborẽ experiũtur. et in medium queſita reponunt. Longũ eſt ſi exequi uelim: que a ſinguliſ generibuſ aĩaliũ fieri ſoleãt hũane ſolertie ſimillima. Quod ſi horum oĩum que aſcribi homini ſolẽt: in multiſ quoq; deprehendit̃ ſimilitudo: apparet ſolam eſſe religionem. cuiuſ in mutiſ uel brutiſ nec ueſtigium aliquod: nec ulla ſuſpitio inuẽiri poteſt. Religióiſ enim eſt propria iuſtitia: que nullũ aliud aĩal attingit. homo enĩ ſoluſ imperat. cetera ſibi cõciliata ſũt. Iuſtitie aũt dei cultuſ aſcribitur. quẽ qui non ſuſcipit: hic a natura hoĩſ alienuſ. uitã pecudum ſub hũana ſpetie uiuit. Cũ uero a ceteriſ animalibuſ hoc pene ſolo differamuſ: ꝙ ſoli oĩum diuinam uim poteſtatẽq; ſentimuſ. in illiſ autem nulluſ ſit intellectuſ dei. certe illud fieri non poteſt: ut ĩ hoc uel muta pluſ ſapiant: uel hũana natura deſipiat. cũ homini ob ſapientiam. et cũcta que ſpirant: et omniſ rerũ natura ſubiecta ſint. Quare ſi ratio: ſi iuſ hominiſ hoc precellit & ſuperat ceteraſ aĩanteſ: ꝙ ſoluſ notitiã dei capit: apparet religionem nullo modo poſſe diſſolui.

Capitulũ. viii. Contra Epicurũ religionem ſubuertẽtem. Et ꝙ religio ſit habenda.

DIſſoluitur autem religio ſi credamuſ Epicuro illa dicenti.
Omniſ enim ꝑ ſe diuina natura neceſſe ẽ immortali euo:
ſumma cũ pace fruatur. ſemota a noſtriſ oculiſ ſeiunctaq; lõge.
Iam priuata dolore omni: priuata periclis: ipſa ſuiſ pollenſ opi/buſ: nil indiga noſtri. Nec bene pro meritiſ capitur. nec tãgitur ira.

Que cũ dicit. utrũ aliquem cultũ deo putat eſſe tribuendum: an euertit oẽm religionẽ? Si enim deuſ nihil unq̃ boni tribuit:

2008 Ministerio de Cultura

ſi colentiſ obſequio nullam gratiam refert: quid tam uanũ tam ſtultũ q̃ templa edificare. rem familiarẽ minuere: ut nihil aſſequamur? At enim naturã excellentem honorari oportet. Quiſ honoſ deberi poteſt nihil curanti & ingrato? An aliqua ratione obſtricti eſſe poſſumuſ ei.q nihil habeat cõmune nobiſcũ? Deuſ inquit Cicero ſi taliſ eſt: ut nulla gratia: nulla hominũ caritate ualeat. Quid enim propitiuſ poteſt nemini.qd contemptiuſ dici potuit in deum? Valeat inquit.id eſt abeat ac recedat: quando prodeſſe nulli poteſt. Quod ſi negotiũ deuſ nec habeat nec exhibet: cur ergo nõ delinquamuſ: quotienſ hoĩum conſcientiam fallere licebit. ac legeſ publicaſ circũſcribere? Vbicũq; nobiſ latendi occaſio arriſerit: auferamuſ aliena: uel ſine cruore uel etiã ſanguine: ſi preter legeſ nihil eſt ampliuſ quo colendũ ſit. Hec dum ſentit Epicuruſ: religionẽ funditus delet. qua ſublata: confuſio ac perturbatio uite ſequetur. Quod ſi religio tolli nõ põt. ut & ſapiẽtiam retineamuſ: qua cõmuniſ uita ſit tutior: quomõ religio ipa ſine metu tueri aut cuſtodiri poteſt? Quod enim nõ metuitur: contemnitur. quod contemnitẽ: utiq; non colitur. Ita fit: ut religio & maieſtaſ. et honor & metuſ conſtent. Metuſ aũt non eſt. ubi nulluſ iraſcitur. Siue igit̃ gratiam deo ſiue iram ſiue utrũq; detraxeriſ: religionẽ tolli neceſſe eſt. ſine qua uita hoĩm ſtultitia: ſcelere immanitate completur. Multum enim refrenat homineſ conſcientia. ſi credamuſ noſ in cõſpectu dei uiuere: ſi nõ tantum que gerimuſ uideri deſuper: ſed etiã que cogitamuſ: aut loquimur: audiri a deo putemuſ. At enim prodeſt id credere ut quidam putant. non ueritatiſ gratia: ſed utilitate. quoniã legeſ conſciẽtiam punire non poſſunt. niſi aliquiſ deſuper terror impediat ad cohibenda peccata. Falſa eſt igitur omniſ religio: et diuinitaſ nulla eſt. ſed a uiriſ prudentibuſ uniuerſa cõfecta ſũt. quo rectiuſ innocẽtiuſq; uiuatur. Magna hec & a materia quã propoſuimuſ aliena queſtio eſt. ſed quia neceſſario incidit: debet q̃uiſ breuiter attingi.

Capitulum. ix. Variaſ opinioneſ de mundi opifitio & gubernatione enumerat.

CVm ſententie philoſophoꝝ prioriſ temporiſ de prouidẽtia conſenſiſſent: nec ulla eſſet dubitatio: qn munduſ a deo & ratione eſſet inſtructuſ. et rõe gereret. Primuſ oĩm Pythagoraſ

2008 Ministerio de Cultura

extitit temporibuſ Socratiſ: qui ſibi diceret non liquere. utrum eſſet aliqua diuinitaſ nec ne. Que diſputatio eiuſ adeo impia: et cõtra ueritatem & religionem iudicata eſt: ut & ip̄m atheniẽſeſ expulerint ſuiſ finibuſ. et libroſ eiuſ in contione qbuſ hec conti/nebantur exuſſerint. De cuiuſ ſententia non eſt opuſ diſputare. quia nihil certi pronuntiauit. Poſt hec Socrateſ & auditor eiuſ Plato. et q de ſchola Platoniſ tanquã riuuli diuerſaſ in parteſ profluxerũt ſtoici & peripathetici: in eadem fuere ſententia qua prioreſ. Poſtea uero Epicuruſ deũ qdem eſſe dixit. qa neceſſe ſit eẽ aliqd in mũdo p̃ſtanſ. et eximiũ & beatũ: prouidentiã tamen nullam. Itaq; mũdum ip̄m nec ratõe ulla: nec arte: nec fabrica inſtructũ: ſed naturã rerũ qbuſdam minutiſ ſeminibuſ & inſeca/bilibuſ conglobatã. Quo qd repugnãtiuſ dici põt non uideo. Et enim ſi ẽ deuſ: utiq; p̄uidenſ eſt ut deuſ. nec aliter ei põt diuĩtaſ attribui: niſi & preterita teneat: et preſentia ſciat: et futura pro/ſpiciat. Cum igit̃ prouidentiam ſuſtulit. etiã deum negauit eſſe. Cum autem deum eſſe profeſſuſ eſt. et prouidentiam ſimul eſſe conceſſit. Alterum enim ſine altero. nec eſſe prorſuſ nec intelligi poteſt. Verũ hiſ poſtea temporibuſ qbuſ iam ph̄ia defloruerat: extitit aliuſ qdam Diagoraſ: qui nullũ eſſe oĩo deum diceret. ob eamq; ſentẽtiam noĩatuſ eſt Atheuſ. Item Cireneuſ Theodoruſ ambo q nihil noui poterãt reperire. omnibuſ iã dictiſ & inuẽtiſ maluerunt contra ueritatem id negare: in quo prioreſ uniuerſi ſine ambiguitate cõſenſerant. hi ſunt qui tot ſeculiſ: tot ingeniiſ aſſertã atq; defenſam prouidentiã calumniati ſunt. Quid ergo? Vtrum ne iſtoſ minutoſ & inerteſ philoſophoſ ratione: an uero ueritate preſtantium uirorũ refellemuſ. an potiuſ utroq;? Sed properandum eſt. ne longiuſ a materia deuagetur oratio.

Capitulũ .x. Quod munduſ dei prouidentia factuſ ſit & gubernetur.

QVi uolunt diuina prouidentia factum eſſe mundum: aut principiiſ inter ſe temere coeũtibuſ dicunt eſſe concretum: aut repente natura extitiſſe. Naturã uero ut Stratio ait habere in ſe uim gignendi & uiuendi: ſed eam nec ſenſum habere ullum nec figuram. ut intelligamuſ oĩa quaſi ſua ſponte eſſe generata: nullo artifice nec auctore. Vtrũq; uanũ & impoſſibile. ſed hoc euenit ignorantibuſ ueritatem: ut quid uiſ potiuſ excogitent q̃

2008 Ministerio de Cultura

id ſentiát quod ratio depoſcat. Primum minuta illa ſemía: quoꝝ
cócurſu totú coiſſe mundú loquūtur. ubi aut unde ſint quero?
Quiſ illa uidit unq̄? Quiſ ſenſit? Quiſ audiuit? An ſoluſ Leu/
cippuſ oculoſ habuit? ſoluſ mentem? Qui profecto ſoluſ omniū
cecuſ & excorſ fuit: qui ea loqueret̄. que nec eger quiſq̄ delirare
nec dormienſ poſſet ſomniare. Quatuor elementiſ conſtare oía
philoſophi uetereſ diſſerebát. Ille uoluit ne alieniſ ueſtigiiſ ui/
deretur inſiſtere: ſed ipſoꝝ elementoꝝ alia uoluit eē primordia:
que nec uideri poſſint nec tangi: nec ulla corporiſ parte ſentiri.
Tam minuta ſunt inq̄t: ut nulla ſit acieſ ferri: tam ſubtiliſ: qua
ſecari ac diuidi poſſint. unde illiſ nomen impoſuit athomorum.
Sed occurrebat ei ꝙ ſi una eſſet omnibuſ eademq́ natura: non
poſſent reſ efficere diuerſaſ: tanta uarietate q̄ta uidemuſ ineſſe
múdo. Dixit ergo leuia eē & aſpera et rotúda & hamata. Quáto
meliuſ fuerat tacere: q̄ in uſuſ tam miſerabileſ tam inaneſ habere
linguam? Et q̄dem uereor ne non minuſ delirare uideatur. qui
hec putet refellenda. Reſpondeamuſ tamē uelut aliqua dicēti.
Si leuia ſunt & rotúda: utiq́ nó poſſunt inuicem ſe app̄hēdere:
ut aliquod corpuſ effitiant. ut ſi quiſ milium uelit í unam co/
augmentationē conſtringere: leuitudo ipſa granorú in maſſam
coire nó ſinat. Aſpera inq̄t & angulata ſút & hamata ut poſſint
coherere. Diuidua ergo & ſecabilia ſunt. Hamoſ enim neceſſe eſt
& āguloſ eminere ut poſſint amputari. ita ꝙ āputari ac diuelli
poteſt. et uideri poterit & teneri. Hec inq̄t perinane irrequietiſ
motibuſ uolitát. et huc atq́ illuc ferunt̄: ſicut pulueriſ minutiaſ
uidemuſ in ſole: cú per feneſtram radioſ ac lumen immiſerit. Ex
hiſ arboreſ & herbe: et frugeſ omneſ oriunt̄. ex hiſ animalia: et
aqua & igniſ et uniuerſa gignútur. et rurſuſ in eadē reſoluunt̄.
Ferri hoc poteſt q̄diu de rebuſ paruiſ agit̄. ex hiſ etiá munduſ
completuſ eſt. Impleuit numerú percepte inſanie. nihil ulteriuſ
adici poſſet: ſed inuenit tamē ille quid adderet. Quoniá omne
inquit ífinitum nec poteſt quicq̄ uacare. neceſſe eſt ergo innu/
merabileſ eſſe múdoſ. Que tanta uiſ fuerat athomorú: ut moleſ
tam ineſtimabileſ ex tam minutiſ conglobarentur. Ac primum
requiro. que ſit iſtoꝝ ſeminú uel ratio uel origo. Si enim ex illiſ
ſunt omnia: ipſa igitur unde eſſe dicemuſ? Que natura tantam
copiam ad effitiendoſ innumerabileſ múdoſ ſubminiſtrauit. Sed
concedá ut impune de múdiſ delirauerit. de hoc loq̄mur in quo

2008 Ministerio de Cultura

ſumuſ: et quem uidemuſ. Ait omnia ex induiduiſ corpuſculiſ fieri. Si hoc ita eſſet: nulla reſ unq̃ ſui generiſ ſemine indigeret. ſine ouiſ aliteſ naſcerent̃: aut oua ſine partu. item cetera uiuẽtia ſine coitu: arboreſ & que gignuntur e terra propria ſemina non haberẽt: que noſ quotidie tractamuſ & ſerimuſ. Cur ex frumẽto ſegeſ naſcitur. et rurſuſ ex ſegete frumentũ? Deniq; ſi athomoꝝ coitio & cõglobatio efficeret oĩa. et in aere uniuerſa cõcreſcerẽt. Si qdem per inane athomi uolitãt: cur ſine terra: ſine radicibuſ: ſine hũore: ſine ſemine: non herba: nõ arbor: nõ frugeſ oriri aut generari poſſunt? Vnde apparet nihil ex athomiſ fieri. quando qdem unaqueq; reſ habet propriã certamq; naturam: ſuũ ſemẽ: ſuam legem: ab exordio datam. Deniq; Lucretiuſ quaſi oblituſ athomoꝝ quoſ aſſerebat. ut redargueret eoſ. qui dicũt ex nihilo fieri omnia: hiſ argumentiſ uſuſ eſt. qui contra ipm ualerẽt. Sic enim dixit. Nam ſi de nihilo fierẽt: ex oĩbuſ rebuſ omne genuſ naſci poſſet. nil ſemine egeret. Item poſtea. Nil igitur fieri de nullo poſſe putandũ eſt ſemĩe: quãdo opuſ eſt rebuſ: quo queq; create aeriſ in terraſ poſſint proferre per auraſ. Quiſ hunc putet habuiſſe cerebrum cũ hec diceret: nec uideret ſibi eſſe cõtraria? Nihil enĩ per athomoſ fieri exinde apparet: ꝙ ſemĩe cuiuſq; rei certũ eſt. niſi forte igniſ & aque naturã ex athomiſ eẽ credemuſ. Quid ꝙ duriſſimi rigoriſ materie: ſi ictu uehemẽtiore collidant̃: igniſ excutit̃? Nã in ferro aut ſilice athomi latẽt. Quiſ ĩcluſit? Aut cur ſua ſponte nõ emicant? Aut quomodo ſemina igniſ in materia frigidiſſima permanere potuerunt? Omitto ſilicem ac ferrum: orbem uitreum plenũ aque. ſi tenueriſ in ſole: de lumine quod ab aqua refulget igniſ accẽditur. etiã in duriſſimo frigore. Num etiã in aqua ignẽ eſſe credendum eſt? Atqui de ſole igniſ ne eſtate qdem accendi põt: ſi cere inalaueriſ. uel ſi uapor leuiſ aliquid attigerit: aut cruſtam marmoriſ: aut laminam paulatim per minutiſſimoſ roreſ aqua concreſcit. Item de alitu terre aut mariſ nebula exiſtit: que aut diſperſa humefacit quidqd texerit aut collecta in arduoſ monteſ in ſublime uento rapta: ſtipatur ĩ nubem. atq; imbroſ maxĩoſ deiicit. Vbi ergo dicamuſ liquoreſ natoſ eſſe? Nũ in uapore? Num in alitu? Nũ in uento? Atqui nihil poteſt conſiſtere: in eo quod nec tangitur nec uidet̃. Quid ergo de aĩalibuſ loquor: in quorũ corporibuſ nihil ſine ratione: ſine ordine: ſine utilitate: ſine ſpetie figurarum uidemuſ? Adeo

2008 Ministerio de Cultura

ut ſolertiſſima & diligẽtiſſima omnium partium membrorumq; deſcriptio: caſũ ac fortunã depellat. Sed putemuſ artuſ & oſſa & neruoſ: et ſanguinẽ de athomiſ poſſe cõcreſcere? Quid ſenſuſ: cogitatio: memoria: ingenium: quibuſ ſeminibuſ coaugmentari poſſunt? Minutiſſimiſ inquit. Sunt ergo alia maiora. Quomõ igitͬ inſecabilia? Deniq; ſi ex inuiſibilibuſ ſint que uidentur. cur igitur nemo uidet? Sed inuiſibilia que ſunt in hoĩe conſideret. ſiue tractabilia. que nemini ſub aſpectu: rõe ueraq; cõſtare quiſ non uidet? Quõ ergo ſine rõne coeuntia poſſunt aliqd efficere rationale? Videmuſ enim nihil eſſe in omni mundo: quod non habeat in ſe maxiam mirabilemq; rõnem. Que quia ſupra hoĩſ ſenſum & ingeniũ eſt: cui rectiuſ q̃ diuine prouidẽtie tribuẽda eſt? An ſi ſimulachrũ hominiſ & ſtatura: ratio & arſ fingit: ipm hoĩem de fruſtiſ temere cõcurrentibuſ fieri putabimuſ? Et quid ſimile ueritatiſ in ficto: cũ ſummum & excellenſ artifitium: nihil aliud niſi umbrã & extrema corporiſ liniamenta poſſit imitari? Num potuit hũana ſolertia dare operi ſuo: aut motũ aliquem: aut ſenſum? Omitto uſum uidẽdi: audiẽdi: odorandi: ceterorũq; membrorum: uel apparentiũ uel latentium mirabileſ utilitateſ. Quiſ artifex potuit aut cor hoĩſ aut uocem: aut ipam fabricare ſapiam? Quiſ q̃ ne igitͬ ſanuſ exiſtimat: qđ homo rõne & cõſilio facere non poſſit: id concurſu athomorum paſſim coherentium perfici potuiſſe. Videſ in que diliramenta inciderunt. cũ uolunt effectionem curamq; rerum deo dare. Concedamuſ tamẽ hiſ. ut ex athomiſ fiant que terrena ſunt. num etiã celeſtia? Deoſ aiũt incorruptoſ. eternoſ. beatoſ eſſe. ſoliſq; dant immunitatem: ne concurſu athomoꝝ contraeſſe uideantur. Si enim deoſ quoq; ex illiſ conſtituiſſet: diſſipabileſ fierent. ſemĩbuſ aliquãdo reſolutiſ: atq; in naturã ſuã reuertentibuſ. Ergo ſi eſt aliquid qđ athomi non effecerint: cur non cetera eodem modo intelligamuſ? Sed quero anteq̃ mũduſ primordia iſta generaret: cur ſibi dii habitaculum non edificauerunt? Videlicet niſi athomi coiſſent celũq; feciſſent. adhuc dii per mediũ in aere penderẽt. Quo igitͬ cõſilio: qua rõe de cõfuſo aceruo ſe athomi congregauerũt: ut ex aliiſ inferiuſ terre cõglobarentur: celũ deſuper tenderetͬ: tanta ſiderũ uarietate: ut nihil unq̃ excogitari poſſit ornatiuſ? Tanta ergo qui uideat & talia: poteſt exiſtimare nullo effecta eſſe cõſilio. nulla prouidentia: nulla rõne diuina. ſed ex athomiſ ſubtilibuſ

2008 Ministerio de Cultura

exiguiſ concreta eſſe tanta miracula. Nonne prodigio ſimile ē: aut naturā eſſe hoīem qui hec diceret: aut extitiſſe q crederent. ut Democritū qui auditor eiuſ fuit. uel Epicurū in quē uanitaſ omniſ de Leucippi fonte profluxit. At enim ſicut alii dicunt. natura mūduſ effectuſ eſt: que ſenſu & figura caret. Hoc uero multo eſt abſurdiuſ: ſi natura mūdum fecit: cōſilio & rōe fecerit neceſſe eſt. Iſ enim facit aliqd. qui aut uoluntatē faciendi habet aut ſcientiam. Si caret ſenſu ac figura: quomō poteſt ab ea fieri. qđ & ſenſum habeat & figuram? Niſi forte quiſ arbitreť. naturā aīalium fabricatam tam ſubtilem a non ſemine formari aīariq; potuiſſe: aut iſtam celi ſpetiem tam prouidēter ad utilitateſ ui/uentium temperatam: neſcio quo caſu. ſine cōditore: ſine artifice ſubito extitiſſe. Si quid inquit ē Criſippuſ quod efficiat: ea que homo licet rōe ſit predituſ facere nō poſſit: id profecto ē maiuſ et fortiuſ & ſapiētiuſ hoīe. homo aūt non poteſt facere celeſtia: ergo illud quod hoc efficiat uel effecerit ſuperat hominem arte: conſilio: prudentia: poteſtate. Quiſ igitur poteſt eſſe niſi deuſ? Natura uero quā ueluti matrem eſſe rerū putant. ſi mentē non habet: nihil efficiat unq̄ nihil molieť. Vbi ení non ē cogitatio: nec motuſ eſt ulluſ nec efficatia. Si autē conſilio utitur ad inci/piendum aliquid: rōe ad diſponēdum: arte ad efficiendū: uirtute ad conſumandum: poteſtate ad regendum & continendum: cur natura potiuſ q̄ deuſ noīetur? Aut ſi concurſuſ athomorum: uel carenſ mēte natura: ea que uidemuſ effecit. quero cur facere celū potuerit: et urbē aut domū non potuerit? Cur mōteſ marmoriſ fecerit: colūnaſ & ſimulachra non fecerit? Atqui non potuerant athomi etiā ad hec efficiēda cōcurrere? Siqdem nullā poſitionē relinquūt. quā non experiant. Nam de natura que mētem nō habeat: nō eſt mirādum: ꝗ hec facere oblita ſit. Quid argo eſt. utiq; deuſ cū inchoaret hoc opuſ mūdi. quo nihil poteſt eſſe nec diſpoſitiuſ ad ordinem. nec aptiuſ ad utilitatem: nec ornatiuſ ad pulcritudinē: nec maiuſ ad molē. que fieri ab hoīe non poterāt: fecit ipe. in qbuſ etiā hoīem ipm: cui particulam de ſua ſapiētia dedit: et inſtruxit eum rōne. quantū fragilitaſ terrena capiebat: ut ipſe ſibi efficeret que in uſuſ ſuoſ eſſent neceſſaria. Si uero in huiuſ mūdi ut ita dixerim republica nulla prouidentia eſt que regat: nulluſ deuſ qui amminiſtret: nec oīno ſenſuſ ulluſ in hac rerū natura pollet. Vnde igitur menſ humana tam ſolerſ: tam

2008 Ministerio de Cultura

intelligenſ orta eſſe credetur? Si enim corpuſ hominiſ ex humo fictú eſt: unde homo nomẽ accepit? Animuſ ergo q ſapit: rector eſt corporiſ. cui membra obſequútur tanq̃ regi & imperatori: qui nec aſpici: nec comprehẽdi poteſt: nó potuit ad hominem niſi a ſapiente natura peruenire. ſed ſicut omne corpuſ menſ & animuſ gubernat: ita et múdum deuſ. Nec enim ueriſimile eſt: ut mìora et humilia regimẽ habeát: maiora & ſumma nó habeát. Deniq; .M. Cicero in tuſculaniſ & in conſolatione aíorum inqt. Nulla in terriſ origo inueniri poteſt. nihil eſt inquit in aímiſ mixtum atq; cócretum. aut quod ex terra natú atq; factú eſſe uideatur. nihil ue humidum: quod aut flabile aut igneú. Hiſ ení naturiſ nihil ineſt quod uim memorie: mentiſ: cogitationiſ habeat: quo ĩ preterita teneat & futura prouideat: et cóplecti poſſit p̃ſentia. que ſola diuina ſnnt. nec enim inueniútur unq̃ unde ad hoíem uenire poſſint niſi a deo. Exceptiſ igit̃ duobuſ tribuſ ue calum/niatoribuſ uaniſ: cú conſtat diuina prouidẽtia mundú regi ſicut et factuſ eſt. nec ſit quiſq̃ qui Diagore Theodoriq; ſententiam: uel Leucippi inane cómentú uel Democriti Epicuriq; leuitatẽ preferre audeat auctoritati. uel illorú ſeptem priorum qui ſunt appellati ſapienteſ: uel Pythagore: uel Socratiſ: uel Platoniſ: ceterorúq; philoſophorú q eſſe prouidentiá iudicauerút. Falſa igit̃ eſt & illa ſententia: qua putant terroriſ ac metuſ gratia reli/gionem a ſapiẽtibuſ inſtitutam: quo ſe hoíeſ imperiti a peccatiſ abſtinerent. Quod ſi uerú ſit: ergo deriſi ab antiquiſ ſapientibuſ ſumuſ. Quod ſi fallendi noſtri atq; adeo totiuſ generiſ humani cauſa cómentati ſunt religionem. ſapienteſ igit̃ non fuerút: quia in ſapiente nó cadit mendaciú. Sed fuerint ſapienteſ. que tanta felicitaſ mentiendi ut nó modo indoctoſ: ſed Platonẽ quoq; ac Socratẽ fallerent & Pythagoram: Zenonẽ: Ariſtotilẽ maxíaꝝ ſectarú principeſ tam facile deluderét. Eſt igit̃ diuía ꝓuidẽtia: ut ſenſerunt hi hoíeſ quoſ noíaui. cuiuſ ui ac poteſtate: oía que uidemuſ & facta ſút et regunt̃. Nec ení tanta rerú magnitudo: tanta diſpoſitio: tanta ĩ ſeruandiſ ordinibuſ tpibuſq; cóſtantia: aut olim potuit ſine ꝓuido artifice oriri. aut cóſtare tot ſeculiſ: ſine incola potenti. aut in perpetuum gubernari ſine perito ac ſine rectore. quod ratio ipa declarat. Quicqd eſt enim qđ habet rónem: róne ſit ortum neceſſe eſt. Ratio aút ſentientiſ ſapiẽtiſq; natura: nihil aliud poteſt eſſe q̃ deuſ. Munduſ aút quoniá róem

2008 Ministerio de Cultura

habet qua & regitur et conſtat. ergo a deo factuſ eſt. Quod ſi ē
conditor rectorq; mūdi deuſ: recte igit̄ ac uere religio cōſtituta
eſt. Auctori enim rerum parentiq; cōi honoſ ueneratioq; debet̄.

Cap. xi. Vtrum uniuſ dei an plurium deoꝝ prouidentia
mūduſ regatur & conſtet.

QVoniā conſtitit de ꝓuidentia: ſequitur ut doceamuſ utrū
ne multoꝝ eſſe credēda ſit. an potiuſ uniuſ. Satiſ ut opior
docuimuſ uel oſtendimuſ in noſtriſ inſtitutōibuſ: deoſ multoſ eē
nō poſſe. q̄ diuīa uiſ ac poteſtaſ ſi diſtribuat̄ in plureſ: diminuit̄
utiq; & mortaliſ ē. Si uero mortaliſ nō eſt: nec minui nec diuidi
pōt. deuſ igit̄ unuſ ē: in quo uiſ & poteſtaſ cōſūmata: nec minui
pōt nec augeri. Si aūt ſunt multi. dum habēt ſinguli poteſtatiſ
aliqd ac numiniſ: ſumma ipa decreſcit. nec poterūt ſinguli hēre
totum: qđ eſt cōmune cū pluribuſ. unicuiq; tātum deerit: q̄tum
ceteri poſſidebunt. Non poſſunt igitur in hoc mūdo multi eſſe
rectoreſ. nec in una domo multi domini. nec in naui una multi
gubernatoreſ. nec in armento aut grege duceſ multi. nec in uno
regimine multi regeſ. Sed nec in celum quidem multi ſoleſ eſſe
potuerūt. ſicut nec aīme plureſ in uno corpore: a deo in unitate
natura uniuerſa conſentit. Quod ſi mundū ſpūſ intuſ alit: totāq;
infuſa per artuſ menſ agitat molem & magno ſe corpore miſcet:
apparet teſtimonio poete unum eſſe mūdi habitatorem deum.
Siqdē corpuſ omne: niſi ab una mente incoli regiq; nō pōt: oēm
igit̄ diuinā poteſtatē neceſſe eſt in una eſſe. cuiuſ nutu & impio
regantur omnia. et ideo tantuſ eſt: ut ab homie nō poſſit aut
uerbiſ enarrari: aut ſenſibuſ extimari. Vnde igitur ad homineſ
opinio multoꝝ deoꝝ perſuaſione peruenit? Nimirū hi omneſ
qui colunt̄ ut dii: hoieſ fuerūt: et iidem primi ac maximi regeſ.
ſed eoſ aut ob uirtutem quia profuerant hoīum generi: diuiniſ
honoribuſ affectoſ eſſe poſt mortē. aut ob benefitia & inuenta,
qbuſ hūanam uitā excoluerāt: immortalē memoriā conſecutoſ
quiſ ignorat? Nec tantum mareſ. ſed & feminaſ. Quod cum ue/
tuſtiſſimi gretie ſcriptoreſ: quoſ illi theologoſ nuncupant: cū etiā
romani grecoſ ſecuti & imitati docēt. quoꝝ p̄cipue Eubemeruſ
ac noſter Enniuſ: q eoꝝ oīm nataleſ: cōiugia: progenieſ: impia:
reſ geſtaſ: obituſ: ſimulachra demōſtrant. Et ſecutuſ eoſ Tulliuſ
tertio de natura deoꝝ libro diſſoluit publicaſ religiōeſ. ſed tamē

2008 Ministerio de Cultura

ueram quã ignorabat: nec ipſe nec aliuſ quiſq̃ potuit inducere. Adeo & ipẽ teſtatuſ eſt falſum qdem apparere: ueritatem tamẽ latere. Vtinam inquit tam facile uera inuenire poſſem. q̃ falſa cõuincere. Quod quidem non diſſimulanter ut achademicuſ: ſed uere atq; ex aĩmi ſentẽtia ꝓclamauit. qa ueritaſ hũaniſ ſenſibuſ erui nõ poteſt. quod aſſequi uoluit hũana prouidentia: id aſſecutuſ eſt ut falſa detegeret. Quidqd enim fictũ & comẽtitium: quia nulla rõne ſubmixtũ eſt: facile diſſoluitur. Vnuſ eſt igit̃ ꝑncepſ & origo reꝝ deuſ: ſicut Plato ĩ thimeo et ſenſit & docuit. cuiuſ maieſtatem tantã eſſe declarat: ut nec mente cõprehendi: nec lingua exprimi poſſit. Idem teſtatur Hermeſ quem Cicero ait in numero deorum apud egyptioſ haberi. eum ſcilicet qui ob uirtutem multarũq; artium ſcientiam Triſmegiſtuſ nominatuſ. et erat non modo Platone: uerum Pythagora: ſeptẽq; illiſ ſapientibuſ longe antiquior. Apud Xenofontem Socrateſ diſputãſ: ait formam dei non oportere conquiri. Et Plato in legũ libriſ. Quid oĩno ſit deuſ non eſſe querẽdum: quia nec inueniri poſſit nec enerrari. Pythagoraſ quoq; unum deum confitetur dicenſ incorporalem eſſe mentem. que per omnẽ rerum naturã diffuſa & intenta: uitalem ſenſum cunctiſ aĩantibuſ tribuat. Antiſteneſ aũt in phiſico unum eſſe naturalem deum dixit. quãuiſ genteſ & urbeſ ſuoſ habeant populareſ. Eadem fere Ariſtotileſ cũ ſuiſ peripatheticiſ. Et Zeno cũ ſuiſ ſtoiciſ. Longũ eſt enĩ ſinguloꝝ ſententiaſ exequi: licet diuerſiſ nõibuſ ſint abuſi: ad unam tamẽ poteſtatem que mũdum regeret concurrerunt. Sed tamẽ ſummũ deum cũ et philoſophi & poete: et ipi deniq; qui deoſ colũt ſepe fateãtur. de cultu tamẽ & honoribuſ eiuſ nemo unq̃ requiſiuit: nemo diſſeruit: ea ſcilicet perſuaſione: qua ſemper beneficũ incorruptum credenteſ. nec iraſci eum cuiq̃ nec ullo cultu indigere arbitrantur. adeo religio eſſe non poteſt: ubi metuſ nulluſ eſt.

## Capitulum .xii. Quod religio ſit. et hominiſ ſit.

Nunc quoniam reſpõdimuſ impie quorũdam deteſtabiliq; prudẽtie uel potiuſ amẽtie: redeamuſ ad ꝓpoſitũ. Diximuſ religione ſublata: nec ſapientiam teneri poſſe nec iuſtitiam. dum diuitatiſ intellectuſ quo differimuſ a beluiſ ĩ hoĩe ſolo reperiat̃ iuſtitia. quam niſi cupiditateſ noſtraſ deuſ qui falli non poteſt

2008 Ministerio de Cultura

coercuerit: ſcelerate ípieq; uiuemuſ. Spectari ergo actuſ noſtroſ adeo non modo ad utilitatem cómuniſ uite attinet: ſed etiá ad ueritatem. quia religione iuſtitiaq; detracta: uel ad ſtultitiam pecudum amiſſa róne deuoluimur. uel ad beſtiarú immanitatē imo uero ampliuſ: ſiquidem beſtie ſui generiſ aímalibuſ parcút. Quid erit homíe truculentiuſ? Quid immitiuſ: ſi dempto metu ſupiore: uim legú aut fallere potuerit: aut contemnere? Timor igit dei ſoluſ eſt: qui cuſtodit hoím inter ſe ſocietatē. per quem uita ipa ſuſtinetur: munitur: gubernatur. Iſ autē timor aufert. ſi fuerit homini perſuaſum: q ire ſit experſ deuſ. quem moueri et indignari nó modo cú iniuſta fiunt cómuniſ utilitaſ: ſed etiá ratio ipa & ueritaſ pſuadet. Rurſuſ nobiſ ad ſupiora redeúdum eſt. ut qa docuimuſ a deo factum eſſe múdum: doceamuſ quare ſit effectuſ.

Capitulú .xiii. Quod omnia tam bona q̃ mala hominiſ gratia facta ſunt.

SI conſideret aliquiſ uniuerſam mundi amminiſtrationem: intelliget profecto q̃ uera ſit ſententia ſtoicorum. qui aiút noſtra cauſa múdum eſſe conſtructú. Omnia enim qbuſ cóſtat queq; generat ex ſe múduſ: ad utilitatem hoíſ accómodata ſút. Homo igni utit ad uſum calefaciendi: et luminiſ: et coquēdoꝝ ciború: ferriq; fabricandi. utitur fontibuſ ad potú: et ad lauacra fluminibuſ: ad agroſ irrigandoſ terminandaſq; regioneſ. Vtitur terra ad percipiēdam frugum ubertatem: collibuſ ad conſerenda uineta: mótibuſ ad uſum arború atq; lignorum. Vtitur mari nó ſolum ad cómercia & copiaſ ex longinquiſ regionibuſ ferendaſ: uerú etiá ad ubertatē omniſ generiſ piſciú. Quod ſi hiſ elementiſ utitur qbuſ eſt proximuſ: non eſt dubium qn & celo. quoniá et celeſtiú rerú officia: ad fertilitatē terre ex qua uiuimuſ tēperata ſunt. Sol irrequietiſ curſibuſ & ſpatiiſ inequalibuſ orbeſ annuoſ cōficit. et aut orienſ diem promit ad laborē: aut occidenſ noctē ſuperducit ad reqem. et tú abceſſu longiuſ ad meridiē: tú acceſſu propiuſ ad ſeptētrionem: hiemiſ & eſtatiſ uiciſſitudineſ facit. ut et hiberniſ húoribuſ ac pruiniſ in ubertatem terra pingueſcat. et eſtiuiſ caloribuſ: ut uel herbide frugeſ maturitate durentur: uel que ſunt in húidiſ incocta & feruefacta miteſcát. Luna quoq; nocturni tēporiſ gubernatrix. et amiſſi ac recepti lumíſ uicibuſ menſtrua ſpatia moderatur. et cecaſ tenebriſ horrentibuſ nocteſ

2008 Ministerio de Cultura

fulgore ſue claritatiſ illuſtrat: ut eſtiua itinera & expeditioneſ
et opera ſine labore ac moleſtia cōfici poſſint. Siquidem nocte
leueſ meliuſ ſtipule: nocte arida prata tondentur. Aſtra etiam
cetera uel ortu uel occaſu ſuo: certiſ ſtatiōibuſ oportunitateſ tē/
porum ſubminiſtrāt. Sed & nauigiiſ quo minuſ errabūdo curſu
per immēſum uagentur regimen prebent: cū ea rite gubernator
obſeruanſ ad portū deſtinati littoriſ peruehat. Ventorū ſpiritu
attrahūt nubeſ. ut ſata ībribuſ irrigent. ut uiteſ fetibuſ: arbuſta
pomiſ exuberent. Et hec per orbem uicibuſ exhibētur. ne deſit
aliquando: quo uita hoīm ſuſtineat. Ut enim ceteraſ aīmanteſ
eadem terra nutrit: et eiuſdem fetu etiam muta paſcūtur. Num
etiā mutorū cauſa deuſ laborauit? Minime. Quia ſunt rationiſ
expertia. Sed intelligimuſ & ipſa et eodem modo ī uſum hoīſ a
deo facta. partim ad ueſtitū: partim ad operiſ auxilia. ut clarū
ſit diuinā prouidentiā rerū & copiarū abundantia hoīm uitam
inſtruere atq; ornare uoluiſſe. ob eāq; cām & aerem uolucribuſ:
et mare piſcibuſ: et terram quadrupedibuſ impleuit. Sed acha/
demici contra ſtoicoſ diſſerenteſ ſolent querere: cur ſi deuſ omnia
hoīm cauſa fecerit: etiam multa contraria et inimica & peſtifera
nobiſ reperiant tam in mari q̄ in terra. Quod ſtoici ueritatē nō
reſpitiēteſ ineptiſſime repulerūt. Aiūt enim multa ī gignētibuſ
& in numero aīalium quorū lateat utilitaſ: ſed etiam proceſſu
temporum inueniri: ſicut iam plura prioribuſ ſeculiſ incognita
neceſſitaſ & uſuſ inuenerit. Que tādem utilitaſ pōt in muribuſ:
in blatiſ in ſerpētibuſ reperiri. que hōi moleſta & pernicioſa ſūt.
An medicina in hiſ aliqua latet? Que ſi eſt: inuēietur aliquādo
nempe aduerſuſ mala. cū id illi querant eſſe oīno malū. Viperā
ferūt exuſtam: ī cinereq; dilapſam: mederi eiuſdē beſtie morſui.
Quāto meliuſ fuerat ea prorſuſ non eſſe: q̄ remediū contra ſe ab
ea ipſa deſiderari. Breuiuſ igit ac ueriuſ reſpōdere potuerunt in
hunc modū. Deuſ cū formaſſet hoīem. ueluti ſimulachrum ſuū:
quod erat opificii ſummū: inſpirauit ei ſapiam ſoli. ut oīa impio
ac ditioni ſue ſubiugaret. omnibuſq; mūdi commodiſ uteretur.
propoſuit tamē ei et bona & mala: quia ſapientiam dedit. cuiuſ
omniſ ratio in diſcernēdiſ maliſ ac boniſ poſita eſt. Non poteſt
enim quiſ q̄ eligere meliora & ſcire quid bonū ſit: niſi ſciat ſimul
reicere ac uitare que mala ſunt. inuicem ſibi alterutrum cōnexa
ſunt. ut ſublato alterutro: utrūq; ſit tolli neceſſe. Propoſitiſ igit

2008 Ministerio de Cultura

boniſ maliſq; .tum demũ opuſ ſuum peragat ſapientia: equidem
bonũ appetit ad utilitatẽ: malum reicit ad ſalutem. Ergo ſicut
bona innumerabilia data ſũt qbuſ frui poſſet. ſic etiã mala que
caueret. Nam ſi malũ nullum ſit periculũ: nihil deniq; qđ ledere
hoiem poſſit. tollitur omniſ materia ſapientie: nec erit homini
neceſſaria. Poſitiſ enim tantũmodo in cõſpectu boniſ: qd opuſ
eſt cogitatione: intellectu: ſcientia: rõne? Quocunq; porrexerit
manũ: id nature aptum & cõmodum ſit. ut ſi quiſ uelit appara/
tiſſimam cenam infantibuſ: qui nõdum ſapiãt apponere: utiq;
id appetent ſinguli. quo unũquẽq; aut impetuſ: aut fameſ: aut
etiam caſuſ attraxerit. et quicqd ſumpſerint: id illiſ erit utile ac
ſalubre. Quid igitur nocebit eoſ ſicuti ſunt permanere: et ſemper
infanteſ: ac neſcioſ eſſe rerum? Si autẽ admiſceaſ uel amara uel
inutilia: uel etiã uenenata: decipiũtur utiq; per ignorantiã boni
ac mali: niſi accedat hiſ ſapientia. per quã habeant malorum re/
iectionem bonorũq; delectum. Videſ ergo magiſ propter mala
opuſ boniſ eẽ ſapiẽtia. que niſi fuiſſent propoſita: rationale aĩal
non eſſemuſ. Quod ſi hec ratio uera eſt quam ſtoici poſuerunt:
diſſoluitur etiã argumentum illud Epicuri. Deuſ inqt aut uult
tollere mala & nõ poteſt: aut poteſt et non uult. aut neq; uult
neq; põt. aut & uult et poteſt. Si uult et non poteſt: imbecilliſ
eſt: quod in deũ non cadit. Si poteſt & non uult: inuiduſ. quod
eque alienũ eſt a deo. Si neq; uult neq; poteſt: et inuiduſ & im/
becilliſ eſt. ideoq; neq; deuſ. Si et uult & poteſt. quod ſolum deo
conuenit. Vnde ergo ſunt mala? Aut cur illa non tollit? Scio
pleroſq; philoſophoꝝ qui prouidentiã defendũt: hoc argumẽto
ꝑturbari ſolere. et inuitoſ pene adigi: ut deũ nihil curare fateant̃.
quod maxime querit Epicuruſ. ſed noſ rõne proſpecta: formi/
doloſum hoc argumẽtum facile diſſoluimuſ. Deuſ enim poteſt
quicquid uelit. et imbecillitaſ uel inuidia in deo nulla ẽ. Poteſt
igitur mala tollere ſed non uult. nec ideo tamẽ inuiduſ. Idcirco
enim non tollit: quia et ſapientiam ſicut & docuit ſimul tribuit.
et pluſ boni ac iocunditatiſ in ſapiã: q̃ in maliſ moleſtie. Sapiã
etiã facit. ut deum cognoſcamuſ: et per eam cognitionẽ: immor/
talitatem aſſequamur. quod eſt ſummũ bonum. Itaq; niſi priuſ
malum agnouerimuſ. nec bonum poterimuſ agnoſcere. Sed hoc
nõ uidit Epicuruſ nec aliuſ quiſq̃. ſi tollant̃ mala: tolli pariter
ſapientiam: nec ulla in homĩe uirtutiſ remanere ueſtigia. cuiuſ

2008 Ministerio de Cultura

ratio ſuſtinenda & ſuperanda malorum acerbitate conſiſtit. Ita propter exiguũ compẽdium ſublatoꝝ malorũ: maximo & uero: et proprio nobiſ bono careremuſ. Cõſtat igiẽ oĩa ꝑpter hominẽ propoſita. tam mala q̃ etiã bona.

Capitulũ .xiiii. Cur deuſ fecerit hominem.

SEquitur ut oſtendam cur fecerit hominem ipm deuſ. ſicut mundũ propter hoiem machinatuſ eſt: ita ipm propter ſe tanq̃ diuini templi ãtiſtitem: ſpectatorẽ operum rerũq; celeſtiũ. Soluſ eſt enĩ qui ſentiẽſ capaxq; rationiſ intelligere poſſit deũ: qui opera eiuſ admirari: uirtutem: poteſtatẽq; perſpicere. Idcirco enim conſilio: mente: prudentia inſtructuſ eſt. Ideo ſoluſ preter ceteraſ animanteſ rectuſ corpore ac ſtatu factuſ eſt: ut ad con/templationẽ parentiſ ſui excitatuſ eſſe uideaẽ. Ideo ſermonem ſoluſ accepit ac linguam cogitationiſ interpretem. ut enarrare maieſtatẽ domini ſui poſſit. Poſtremo idcirco ei cũcta ſubiecta ſũt. ut factori atq; artifici deo eſſet ipſe ſubiectuſ. Si ergo deuſ hoiem ſuũ uoluit eẽ cultorẽ: ideoq; illi tantũ honoriſ attribuit: ut rerũ oĩm dominaretur. utiq; iuſtiſſimũ eſſe deũ uidelicet eũ: qui tanta preſtiterit amare hoiem: qui ſit nobiſcum diuini iuriſ ſocietate cõiunctuſ. Nec enim faſ eſt cultorem dei a dei cultore uiolari. Vnde intelligiẽ religioniſ ac iuſtitie cauſa eſſe hominẽ figuratũ. cuiuſ rei teſtiſ ẽ Mar. Tul. ĩ libriſ de legibuſ ita dicenſ. Sed oĩm que in doctorũ hoium diſputatione uerſanẽ: nihil eſt profecto preſtabiliuſ: q̃ plane intelligi noſ ad iuſtitiã eẽ natoſ. Quod ſi eſt ueriſſimũ: deuſ ergo uult omneſ homĩeſ eſſe iuſtoſ. id eſt deum & hoiem caroſ habere. deum ſcilicet honorare tanq̃ patrem: hoiem diligere uelut fratrem. In hiſ enim duobuſ tota iuſtitia cõſiſtit. Qui ergo aut deum nõ agnoſcit: aut hoĩ nocet: iniuſte & contra naturã ſuã uiuit. et hoc modo irrũpit inſtitutũ legemq; diuinam.

Capitulum .xv. Vnde ad hominem peccata peruenerint.

HIc fortaſſe querat aliquiſ: unde ad homĩem peccata per/uenerint. aut que prauitaſ diuini inſtituti regulã ad peiora detorſerit. ut cũ ſit ad iuſtitiã genituſ: opa tamẽ efficiat iniuſta. Iam ſuperiuſ explanaui ſimul deũ propoſuiſſe bonũ ac malũ: et bonũ qdem diligere: pugnaſ odiſſe. ſed ideo malũ permiſiſſe:

2008 Ministerio de Cultura

ut et bonum emicaret. quod alterum ſine altero ſicut ſepe docui intelligimuſ conſtare nõ poſſe. Deniq; ip̃m mũdum ex duobuſ elemẽtiſ repugnãtibuſ: et inuicem copulatiſ eſſe concretũ: igneo et hũido. nec potuiſſe lucem fieri: niſi & tenebre fuiſſent. q̃a nec ſuperum põt eſſe ſine infero. nec orienſ ſine occidente. nec calidũ ſine frigido. nec molle ſine duro. Sic et noſ ex duobuſ eque re/pugnãtibuſ compacti ſumuſ: aĩma & corpore. quorũ alterũ celo aſcribit̃: q̃a tenue ẽ & intractabile. alterũ terre: q̃a cõprehẽſibile eſt. Alterũ ſolidũ & eternũ eſt. alterũ fragile atq; mortale. Ergo alteri bonũ adheret: alteri malũ. Alteri lux: uita: iuſtitia. alteri tenebre: morſ: iniuſtitia. Hinc extitit in hominibuſ nature ſue deprauatio: ut eſſet neceſſe conſtitui legem: qua poſſent & uitia ꝓhiberi: et uirtutiſ offitia ĩperari. Cum igit̃ ſint ĩ rebuſ hũaniſ bona & mala: quoꝝ rõem declaraui: neceſſe ẽ ad utrãq; partem moueri deũ. et ad grãm: cũ iuſta fieri uidet. et ad iram: cũ cernit iniuſta. Sed occurrit nobiſ Epicuruſ ac dicit. Si eſt in deo letitie affectuſ ad grãm: et odii ad iram: neceſſe ẽ habeat & timorem: et libidinẽ: et cupiditatẽ: ceteroſq; affectuſ q̃ ſunt imbecillitatiſ hũane. Non ẽ neceſſe ut timeat q̃ iraſcit̃. aut mereat q̃ gaudet. Deniq; iracũdi minuſ timidi ſunt. et natura leti minuſ merent. Quid opuſ eſt de hũaniſ affectibuſ dicere. q̃buſ fragilitaſ noſtra ſuccũbit? Conſideremuſ diuinã neceſſitatem. nolo enĩ naturam dicere: q̃a deuſ nunq̃ credit̃ natuſ. Timoriſ affectuſ habet ĩ hoĩe materiã. in deo nõ habet. Homo quia multiſ caſibuſ periculiſq; ſubiectuſ eſt: metuit ne qua uiſ maior exiſtat: que illũ uerberet: ſpoliet: laceret: affligat: ĩteremat. Deuſ aũt in quẽ nec egeſtaſ: nec iniuria: nec dolor: nec morſ cadit: timere nullo pacto põt. q̃a nihil ẽ quod ei uim poſſit inferre. Item libidiniſ ratio ĩ hoĩe mãifeſta eſt. Nam q̃ fragiliſ & mortaliſ eſt affectuſ: neceſſe fuit alterũ ſexum: diuerſumq; cõſtitui. cuiuſ ꝑmixtione ſoboleſ effici poſſet. ad cõtinendã generiſ perpetuitatẽ. Hec autẽ libido ĩ deo locum nõ habet. quia & fragilitaſ: et interituſ ab eo alienuſ eſt. nec ulla eſt apud eũ femĩa: cuiuſ poſſit copulatiõe gaudere. nec ſucceſſione indiget: qui ſemper futuruſ eſt. Eadem de inuidia & cupiditate dici poſſunt. que certiſ mãifeſtiſq; de cauſiſ in hoĩem cadunt: in deũ nullo modo. At uero & gratia: et ira: et miſeratio habẽt in deo materiã. recteq; illiſ utitur ſũma illa & ſingulariſ poteſtaſ ꝓd rerum conſeruationem.

2008 Ministerio de Cultura

Capitulum .xvi. Que materia ſit in deo miſerationiſ: gratie uel ire.

Q Verit quiſpiam que ſit iſta materia. Primum accedẽtibuſ maliſ afflicti hoīeſ ad deum plerũq; confugiũt: mitigant: obſecrant. credenteſ eum poſſe ab hiſ iniuriiſ propulſare. Habet igiť cãm miſerandi. nec enī tam īmitiſ eſt hoīmq; cõtemptor: ut auxiliũ laborãtibuſ deneget. Item plurimi qbuſ pſuaſum ē deo placere iuſtitiã: eũq; q ſit dominuſ ac parenſ oīum uenerant. cũ precibuſ aſſiduiſ ac frequentibuſ uotiſ: dona & ſacrificia offerũt: nomẽ eiuſ laudibuſ pſequunť. iuſtiſ ac boniſ opibuſ demereri eũ laboranteſ. Ergo ē ppter qđ deuſ & poſſit & debeat gratificari. Nam ſi nihil ē tam cõueniens deo: q̃ beneficẽtia. nihil autẽ tam alienum: q̃ ut ſit ingratuſ: neceſſe ē ut officiiſ optimorũ ſancteq; uiuentiũ preſtet aliqd: ac uicem reddat: ne ſubeat ingrati culpã. que ē etiã hoī crimioſa. Contra aũt ſũt alii facinoroſi & nefarii. qui libidinibuſ oīa polluant: cedibuſ uexent: fraudent: rapiant: piurent: nec cõſanguineiſ: nec parẽtibuſ parcãt. legeſ & ipm etiã deum negligãt. habet igiť ira ī deo materiã. Non eſt enī faſ eũ cũ talia fieri uideat nõ moueri. et inſurgere ad ultionẽ ſcelera/ torũ. et peſtiferoſ nocẽteſq; delere: ut boniſ oībuſ cõſulat. Adeo & in ipſa ira ineſt gratificatio. Inania ergo & falſa reperiuntur argumẽta. uel eorũ qui cũ iraſci deũ uolũt: gratificari uolũt. qa ne hoc qdem fieri ſine ira põt. uel eoꝝ qui nullũ aīmi motũ eſſe in deo putant. Et qa ſunt aliqui affectuſ: qui nõ cadũt in deũ. ut libido: timor: auaritia: meror: īuidia. omni pr̃ſuſ affectu eum uacare dixerunt. Hiſ enī uacat. quia uitioꝝ affectuſ ſunt. Eoſ aũt q ſunt uirtutiſ: id ē ira ī maloſ: caritaſ in bonoſ: miſeratio in afflictoſ: quoniã diuīa poteſtate ſunt digna: proprioſ & iuſtoſ et ueroſ habet. Que profecto niſi habeat hũana uita turbabiť. atq; ad tantam confuſionẽ deueniet ſtatuſ rerũ: ut contemptiſ ſuperatiſq; legibuſ ſola regnet audacia. ut nemo deniq; tutuſ eẽ poſſit: niſi qui uiribuſ preualeat. Ita quaſi cõmuni latrocinio terra omniſ depopulabiť. Nunc uero quoniã & mali penam: et boni gratiam: et afflicti opem ſperant. et uirtutibuſ locuſ & ſce/ lera rariora ſunt. At enī plerũq; et ſcelerati felicioreſ ſũt. et boni miſerioreſ. et iuſti ab iniuſtiſ impune uexanť. Conſiderabimuſ poſtea cur iſta fiant. Interim de ira explicemuſ. an ſit aliqua in deo. utrũ nihil curet oīo: nec moueať ad ea que impie gerũtur.

2008 Ministerio de Cultura

Capitulum .xvii. Quod deuſ adminiſtrat mundum. et regit hominum actuſ. et perconſequenſ iraſcatur.

DEuſ inquit Epicuruſ nihil curat: nullã igit̃ habet ptãtem. Curare enĩ neceſſe eſt: eũ qui habet poteſtatẽ: uel ſi habet et non utitur. que tanta eſt cauſa: ut ei non dicã noſtrũ genuſ: ſed etiã mũduſ ipſe ſit uiliſ. Ideo inqt incorruptuſ eſt ac beatuſ. quia ſemper quietuſ. Cur ergo ãminiſtratio tantarũ rerũ ceſſit: ſi hec a deo negãtur que uidemuſ rõne ſumma gubernari? Aut quietuſ eẽ quomodo poteſt. qui uiuit & ſentit? Nam quieſ aut ſomni reſ eſt: aut mortiſ. ſed nec ſomnuſ habet qetem. Nam cũ ſoporati ſumuſ: corpuſ quidem quieſcit: animuſ aũt irrequietuſ agitatur. imagineſ ſibi quaſ cernat effingit: ut naturalem ſuum motũ exerceat uarietate uiſoꝝ auocatq; ſe falſiſ: dum membra ſaturent̃ ac uigorẽ capiãt de quiete. quieſ igit̃ ſempiterna ſoliuſ mortiſ eſt. Si aũt morſ deũ nõ attingit: deuſ igit̃ nunq̃ quietuſ eſt. Dei uero actio que poteſt eſſe niſi mũdi amminiſtratio? Si uero mũdi curam gerit: curat igit̃ hoĩum uitã deuſ. ac ſinguloꝝ actuſ aĩmaduertit. eoſq; ſapienteſ ac bonoſ eſſe deſiderat. hec eſt uoluntaſ dei: hec diuina lex: quã qui ſequitur: qui obſeruat: deo caruſ eſt. Neceſſe eſt igit̃ ut ira moueat̃ aduerſuſ eum: qui hãc eternam diuinamq; legem aut uiolauerit: aut ſpreuerit. Si nocet alicui deuſ iam bonuſ non eſt. Non exiguo fallunt̃ errore: qui cenſuram ſiue hũanam ſiue diuinã acerbitatiſ nomĩe infamãt. putanteſ nocẽtem dici oportere: qui nocenteſ afficit pena. Quod ſi eſt: nocenteſ igitur legeſ habemuſ. que peccantibuſ ſupplicia ſanxerũt: nocẽteſ iudiceſ q ſcelere cõuictoſ pena capitiſ afficiũt. Quod ſi & lex iuſta eſt. que & nocenti tribuit: quod meretur. et iudex integer ac bonuſ dicitur: cũ malefacta uindicat. bonorũ enim ſalutem cuſtodit qui maloſ punit: ergo & deuſ cum maliſ obeſt nocenſ non eſt. Ipſe eſt aũt nocenſ: q aut innocẽti nocet: aut nocenti parcit ut pluribuſ noceat. Libet querere ab hiſ qui deũ faciunt immobilem. Si quiſ habeat rem: domum: familiam: ſeruiq; eiuſ cõtemnenteſ patiẽtiam domini omĩa eiuſ inuaſerint: ipi boniſ eiuſ fruantur: ipoſ familia eiuſ honoret. dominuſ autẽ cõtemnatur: ab omnibuſ derideat̃: relinquatur: utrũ ne ſapienſ eſſe poſſit: qui contumeliaſ non uindicet: ſuiſq; rebuſ eoſ perfrui patiatur in quoſ habeat poteſtatem. Que tanta in quoq̃ poteſt

2008 Ministerio de Cultura

patientia reperiri: ſi tamen patientia noīanda eſt: et non ſtupor
qdem inſenſibiliſ. ſed facile ē ferre cōtemtū. Quid ſi fiāt illa que
a Ciceróe dicunt. Eteni quero ſi quiſ paterfamiliaſ liberiſ ſuiſ a
ſeruo interfectiſ: uxore occiſa: incenſa domo: ſuppliciū de ſeruo
nunq̄ acerrimū ſumpſerit. utrū iſ demenſ: an miſericorſ: an inhu/
manuſ & crudeliſſimuſ eē uideat. Quod ſi eiuſmodi facinoribuſ
ignoſcere crudelitatiſ eſt potiuſ q̄ pietatiſ. non eſt ergo uirtutiſ
in deo ad ea que iniuſte fiūt non cōmoueri. Nam munduſ tanq̄
dei domuſ eſt: et hoīeſ tanq̄ ſerui. qbuſ ſi ludibrio ſit nomē eiuſ:
qualiſ aut quāta patientia eſt: ut honoribuſ ſuiſ cedat. praua &
iniqua fieri uideat & non indignetur. quod propriū et naturale
eſt: ei cui peccata non placeant. Iraſci ergo rōniſ eſt: auferuntur
licentie. quod utiq; iuſte ſapiēterq; fit. Sed ſtoici non uiderunt
eſſe diſcrimen recti & praui: eſſe iram iuſtam & iniuſtam. et qa
medelam rei non inueniebant: uoluerunt eam penituſ excidere.
Peripathetici uero nō excidendā: ſed temperandā eſſe dixerūt.
qbuſ in ſexto libro inſtitutionū ſatiſ reſpondimuſ. Neſciſſe aūt
philoſophoſ que ratio eſſet ire: apparet ex diffinitióibuſ eorum.
quaſ Seneca enumerauit in libriſ quoſ de ira compoſuit. Ira eſt
inqt cupiditaſ ulciſcende iīurie. Alii ut ait Poſſidoniuſ cupiditaſ
puniēdi eiuſ a quo te inique puteſ leſum. Quidā ita diffinierūt.
Ira eſt incitatio aīmi ad nocēdum ei qui aut nocuit: aut nocere
uoluit. Ariſtoteliſ diffinitio non multum a noſtra abeſt. Ait enī
iram eſſe cupiditatem doloriſ reſpondendi. Hec eſt ira de qua
ſuperiuſ diximuſ. que etiā mutiſ ineſt. In homīe uero cohibēda
eſt: ne ad aliqd maxīm proſiliat per furorem. hec in deo eſſe nō
poteſt: quia illeſibiliſ eſt. in hoīe aūt quia fragiliſ eſt: inuenitur.
Inurit enī leſio dolorem. et dolor facit ultioniſ cupiditatē. Vbi
eſt ergo illa ira aduerſuſ delinquētes. que utiq; nō eſt cupiditaſ
ultioniſ: quia non precedit iniuria. Non dico de hiſ q aduerſuſ
legeſ peccant: qbuſ & ſi iudex ſine crimine iraſci pōt: fingamuſ
tamē eum ſedato aīmo eſſe debere: cū ſubiicit pene nocētem. qa
legum ſit miniſter non aīmi aut poteſtatiſ ſue. Sic enim uolunt
qui iram conātur euellere. Sed de hiſ potiſſimum dico qui ſunt
noſtre poteſtatiſ: ut ſerui: liberi: et cōiugeſ & diſcipuli: quoſ cum
delinquere uidemuſ: incitamur ad coercēdum. Neceſſe eſt enim
omni bono ac iuſto diſplicere que praua ſūt: et cui malum diſ/
plicet: mouetur cū id fieri uidet. Ergo ſurgimuſ ad uindictam.

2008 Ministerio de Cultura

non q̈a leſi ſumuſ:ſed ut diſciplina ſeruetur:moreſ corrigātur:
licentia cōprimat᷑. Hec eſt ira iuſta.que ſicut in hoīe neceſſaria
eſt ad prauitatiſ correctionē:ſic utiq; in deo a quo ad hominem
peruenit exemplum. Nam ſicuti noſ poteſtati noſtre ſubiectoſ
coercere debemuſ:ita etiam peccata uniuerſorum deuſ coercere
debet.qđ ut faciat iraſcatur neceſſe eſt:quia naturale eſt bono
ad alteriuſ peccatū moueri & incitari. Ergo diffinire debuerūt.
Ira ē motuſ aīmi ad coercenda peccata inſurgētiſ. Nā diffinitō
Ciceroniſ. Ira eſt libido ulciſcendi:non multum a ſuperioribuſ
diſtat. Iram autem quam poſſumuſ:uel furorem uel iracūdiam
noīare:hec nō in hoīe qdem debet eſſe que tota uitioſa eſt. Ira
uero que ad correctionē uitiorum pertinet:nec hōi adimi debet
nec deo poteſt:quia & utiliſ eſt rebuſ humaniſ & neceſſaria.

Capitulū .xviii. Quod ſine ira peccata nō corrigūtur.

QVid opuſ eſt inqūt ira.cum ſine hoc affectu peccata cor/
rigi poſſunt? Atqui nulluſ eſt qui peccantem poſſit uidere
tranquille. Poſſit fortaſſe qui legibuſ preſidet:quia facinuſ nō
ſub oculiſ eiuſ admittit᷑:moueri aduerſuſ eū qui poteſt innocenſ
inueniri. Cumq; detectū facinuſ in lucem uenerit:iam nō ſua ſed
legum ſententia utitur:pōt concedi ut ſine ira faciat.habet enī
quod ſequatur. Noſ certe cū domi peccat᷑ a noſtriſ ſiue id cerni/
muſ ſiue ſentimuſ:indignari neceſſe ē. Ipſe enī peccati aſpectuſ
indignuſ eſt. Nam q̧ non mouetur oīno:aut probat delicta qđ
ē turpiuſ & iniuſtiuſ:aut moleſtiā caſtigādi fugit:quā ſedatuſ
animuſ & quieta menſ aſpernat᷑ ac renuit niſi ſtimulauerit. Qui
aūt cōmouetur:tamē intempeſtiua lenitate uel ſepiuſ q̄ neceſſe
eſt:uel etiā ſemper ignoſcit.iſ plane & illorū uitā perdit:quorū
audaciā nutrit ad facinora maiora.et ſibi ipſi eternā moleſtiarū
materiam ſubminiſtrat. Vitioſa eſt ergo ī peccatiſ ire ſue cohi/
bitio. Laudatur Archita tarentinuſ.qui cū in agro corrupta eē
omīa cōperiſſet:uillici ſui culpam redarguenſ. Miſerum te inqt
quē iā uerberibuſ necaſſem:niſi iratuſ eſſem. Vnicū hoc exēplū
tēperantie putant:ſed auctoritate ducti non uident q̄ inepta et
locutuſ fuerit & fecerit. Nam ſicut ait Plato nemo prudēſ punit
quia peccatum eſt:ſed ne peccetur. Apparet q̄ malum uir ſapienſ
propoſuerit exemplū. Si enī ſenſerint ſerui dominū ſeuire cū nō

2008 Ministerio de Cultura

iraſcitur ſuum: cum peccare cum iraſcitur: non peccabunt utiq; leuiter ne uerberētur. Sed quātum potuerūt grauiſſime ut ſto/macum cū hiſ incitent. atq; īpune diſcedant. Ego uero laudarē ſi cū fuiſſet iratuſ: dediſſet ire ſue ſpatiū: ut reſidēte ꝑ interuallū tēporiſ aīmi timore: hēret modū caſtigatio. Non ergo ꝓpter ire magnitudinē donanda erat pena: ſed differēda. ne aut peccanti maiorem iuſto dolorem inureret: aut caſtigāti furorem. Nunc uero que tādem equitaſ: aut que ſapiā eſt: ut aliquiſ ob exiguū dolorem puniat: aut maxīm non puniatur? Quod ſi naturam rerum cauſaſq; didiciſſet: nunq̄ tam importunam continentiam profiteretur ut nunq̄ ſeruuſ iratū ſibi fuiſſe dominū gratularet̄. Nam ſicut corpuſ hūanum deuſ multiſ & uariiſ ſenſibuſ ad uſum uite neceſſariiſ īſtruxit: ſic & aīo varioſ attribuit affectuſ: qbuſ uite ratio conſtaret. ut libidinem perdende gratiā ſoboliſ dedit: ſic iram cohibendorū cauſa delictorū. Verū hi q neſciunt fineſ bonorum ac malorū. ſicut libidine utūtur ad corruptelaſ & ad uoluptatem: ſic irā & affectum ad nocēdum. dum hiſ quoſ odio habent iraſcunt̄ etiā paribuſ: aut etiā ſupioribuſ. Hinc quotidie ad maxīa facinora proſiliūt. hinc tragedie ſepe naſcunt̄. Eſt igit̄ laudanduſ Architaſ: ſi cum alicui ciui & pari facienti ſibi iniuriā fuiſſet iratuſ: repreſſiſſet ſe tamen & patientia furoriſ impetum mitigaſſet. Hec ſui cohibitio glorioſa eſt: qua cōpeſcit̄ aliquod imminenſ magnū malum. ſeruorū autem filiorūq; peccata non coercere peccatū eſt. Euadēt enī ad maiuſ malū ꝑ impunitatē: hic nō cohibenda ira: ſed etiā ſi iacet excitanda eſt. Quod aūt de hoīe dicimuſ: id etiā de deo. qui hoīem ſimilem ſui fecit. Omitto de figura dei ſapere: intelligere: prouidere: ꝑſtare. ex oībuſ autē aīalibuſ hō ſoluſ hoc habet. Ergo ad dei ſimilitudinē factuſ ē. Sed ideo procedit in uitiū: quia de terrena fragilitate ꝑmixtuſ: non poteſt id quod a deo ſumpſit incorruptū purumq; ſeruare: niſi ab eodem deo iuſtitie preceptiſ imbuatur.

## Capit. xix. Quod hō ex corpore uitia: et ex aīa uirtuteſ habeat. Et q̄ cū uelit deuſ hoīeſ bonoſ: eoꝝ uitiiſ iraſcatur.

SEd quoniā cōpactuſ ut diximuſ e duobuſ: aīo & corpore in altero uirtuteſ: in altero uitia continent̄: et impugnant inuicem. Animi enim bona que ſunt in continendiſ libidinibuſ:

2008 Ministerio de Cultura

cōtraria ſunt corpori.et corporiſ bona que ſunt in omni genere
uoluptatū:inimica ſunt aīmo. Sed ſi uirtuſ aīmi repugnauerit
uoluptatibuſ:eaſq; cōpreſſerit: erit uere deo ſimiliſ. Vnde ap/
paret animā hominiſ que uirtutē diuinā capit non eē mortalē.
Sed diſcrimē illud eſt.quod cū uirtuſ habeat amaritudinem: et
ſit dulciſ illecebra uoluptatiſ: uincūtur plurimi & abſtrahuntur
ad ſuauitatē. Hi uero qa ſe corpori rebuſq; terrēiſ addixerunt:
premunt in terrā.nec aſſeq poſſunt diuini numiniſ gratiā: qa ſe
uitioꝝ labibuſ inqnauerūt. Qui autem deū ſecuti eiq; parenteſ
corporiſ deſideria cōtēpſerit: & uirtutē preferēteſ uoluptatibuſ:
innocentiā iuſtitiāq; ſeruauerint: hoſ deuſ ut ſui ſimileſ recog/
noſcat. Cū igitur ſanctiſſimam legem poſuerit: uelitq; uniuerſoſ
innocēteſ ac benificoſ eſſe: poteſt ne nō iraſci. cū uidet contēni
legem ſuam: abiici uirtutē: appeti uoluptatē? Quod ſi eſt mūdi
āminiſtrator ſicut eſſe debet: non utiq; contēnit id quod eſt in
omni mūdo uel maxīm. Si ē prouiduſ ut oportet: deuſ cōſulit
utiq; generi humano: quo ſit uita noſtra et copioſior melior &
tutior. Si eſt pater ac deuſ uniuerſorū: certe et uirtutibuſ hoīm
delectatur & uitiiſ commouetur. ergo & iuſtoſ diligit et impioſ
odit. Odio inqt opuſ nō eſt. ſemel enī ſtatuit boniſ premium &
maliſ penam. Quod ſi aliqſ iuſte innocēterq; uiuat: et idem nec
colat nec curet oīno: ut Ariſtoteleſ ceteriq; philoſophorū: cedet
ne huic impune? Quod cum legi dei obtemperauerit: ipm tamē
ſpreuerit. et aliquid propter quod deuſ poſſit iraſci tanq̄ fiducia
integritatiſ aduerſuſ eum rebellanti.ſi huic poteſt iraſci propeer
ſuperbiam: cur non magiſ peccatori qui legem cum ipſo pariter
latore contempſerit? Iudex peccatiſ ueniam dare nō poteſt: qa
eſt legiſ ſue ipe diſceptator & iudex. quā cū poneret nō ademit
ſibi omnē poteſtatem: ſed habet ignoſcendi licentiam.

Capitulum .xx. Quod malorum felicitaſ ire dei non
contradicat. Et ꝙ ſit deuſ patientiſſimuſ.

SI poteſt igitur iraſci: cur ergo inquiet aliquiſ & qui peccāt
ſepe feliceſ ſunt: et q pie uiuunt ſepe miſeri? Quia fugitiui
& abdicati libere uiuunt. et qui ſub diſciplina patriſ aut domini
ſunt ſtrictiuſ & frugaliuſ. Virtuſ enim per mala et probatur &
conſtat. uitia per uoluptatem: nec tamen ille qui peccat ſperare

2008 Ministerio de Cultura

debet perpetuam impunitatem: qa nulla eſt perpetua felicitaſ:
ſed ſcilicet ultima ſemp expectanda dieſ homini ē: dicitq; beatuſ
ante obitum nemo ſupremaq; funera debet. ut ait poeta non in/
ſuauiſ exituſ eſt qui arguit felicitatem. et nemo iudicium poteſt
nec uiuuſ effugere nec mortuuſ. Habet enī poteſtatem & uiuoſ
precipitare de ſūmo: et mortuoſ eterniſ afficere cruciatibuſ. Imo
inqt ſi iraſcit̄ deuſ: ſtatim debuit uindicare. et pro merito quenq;
punire. At enī ſi id faceret nemo ſupereſſet. Nulluſ ē enī q nihil
peccet. et multa ſunt que ad peccandū irritent. Etaſ: uiolētia:
egeſtaſ: occaſio: premium. Adeo ſubiecta eſt peccato fragilitaſ
carniſ qua induti ſumuſ: ut niſi huic neceſſitati deuſ parceret:
nimiū fortaſſe pauci uiuerent. propter hanc cām patientiſſimuſ
eſt: et iram ſuam continet. Nam quia perfecta eſt in eo uirtuſ:
neceſſe eſt patientiā quoq; eiuſ eſſe perfectam. que & ipa uirtuſ
eſt. Quam multi ex peccatoribuſ iuſti poſteriuſ effecti ſunt: ex
maliſ boni: ex improbiſ continenteſ. Quam multi in prima etate
turpeſ: et omniū iudicio damnati: poſtmodum tamē laudabileſ
extiterūt. quod utiq; non fieret: ſi omne peccatū pena ſequeret̄.
leges publice manifeſtoſ reoſ damnant. ſed plurimi ſunt quorū
peccata occultant̄: plurimi qui delatorem cōprimūt. aut p̄cibuſ
aut premio. plurimi q iudicia eludunt per gratiā: uel potentiā.
Quod ſi eoſ omneſ qui hūanam penam effugiunt: cenſura diuīa
damnaret: eſſet hō aut raruſ aut nulluſ in terra. Deniq; uel una
illa cauſa delendi generiſ hūani iuſta eſſe potuiſſet. ꝙ homineſ
contēpto deo uiuo: terreniſ fragilibuſq; figmētiſ honorē diuinū
tanq̄ celeſtibuſ deferūt. adorāteſ opera hūaniſ digitiſ laborata.
Cūq; illoſ deuſ artifex ore ſublimi ſtatu recto figuratoſ: ad cō/
templationē celi & notitiam dei excitauerit: curuare ſe ad terrā
maluerūt pecudum modo. hūiliſ enī & curuuſ et pronuſ eſt qui
ab aſpectu celi deiq; patriſ auerſuſ terrā quā calcare debuerat:
id eſt de terra ficta & formata ueneratur. In tāta igit̄ impietate
hoīum. tantiſq; peccatiſ id aſſeqtur patientia dei: ut ſe ipi hoīeſ
damnāteſ: uite prioriſ erroribuſ corrigant. Deniq; & boni ſunt
iuſtiq; multi: et abiectiſ terreniſ cultibuſ maieſtatem dei ſingu/
lariſ cognoſcunt. Sed cū maxima & utiliſſima ſit dei patientia:
tamen q̄uiſſero noxioſ punit. nec patitur longiuſ procedere: cū
eoſ inemendabileſ eſſe peruiderit.

Capit. xxi. Si deuſ iraſcitur: cur hoīem iraſci prohibuit.

2008 Ministerio de Cultura

SVpeſt una & extrema queſtio. Nā dixerit fortaſſe qſpiā adeo non iraſci deum: ut & in preceptiſ hoīem iraſci uetet. Poſſem dicere ꝙ ira hominiſ refrenāda fuerit: quia iniuſte ſepe iraſcitur. et preſentem habet motum quia temporaliſ eſt. Itaqꝫ ne fierent ea que faciunt per irā: et hūileſ & mediocreſ et magni regeſ tēperari debuit furor eiuſ & cōprimi: ne mentiſ impoſſibile aliquod inexpiabile facinuſ admitteret. Deuſ autem & non ad preſenſ iraſcitur. et quia eternuſ eſt: perfecteqꝫ uirtutiſ. et nunꝗ niſi merito iraſcitur. Sed tamē non ita reſ ſe habet. Nam ſi oīo prohiberet iraſci: ipē quodāmodo reprehēſor opificii ſui fuiſſet. quia in principio iram iecori hominiſ indidiſſet. ſiqdem creditur cauſā huiuſ cōmotioniſ in humore felliſ contineri. Non igitur in totum prohibet iraſci. quia hiſ affectuſ neceſſario datuſ eſt. et prohibet ī ira permanere. Ira enim mortalium debet eſſe mor/taliſ. nam ſi maneat: confirmantur inimicitie ad perniciem ſem/piternam. Deniqꝫ rurſuſ cum iraſci qdem: ſed tamen non peccare precepit. non utiqꝫ euellit irā radicituſ: ſed tēperauit. ut in omni caſtigatione modum ac iuſtitiam teneremuſ. Qui ergo iraſci nō iubet: ipſe utiqꝫ iraſcitur. q placari celeriuſ precipit: eſt utiqꝫ ipſe placabiliſ. Ea enim precepit que ſunt iuſta. et rebuſ utilia com/munibuſ. Sed quia dixeram nō eſſe iram dei temporalem. ſicut hominiſ qui preſentanea commotōne ferueſcit: nec facile regere ſe pōt propter fragilitatem. intelligere debemuſ. quia ſit eternuſ deuſ: iram quoqꝫ eiuſ in eternum manere. ſed rurſum qa uirtute ſit maxima predituſ: in poteſtate habere iram ſuam. nec ab ea regi: ſed ipſum illam quemadmodum uelit moderari. quod utiqꝫ non repugnat ſuperiori. Nam ſi prorſuſ immortaliſ fuiſſet ira eiuſ: non eſſet ſatiſfactioni aut gratie poſt delictum locuſ. cum ipſe homineſ ante ſoliſ occaſum reconciliari iubeat. ſed ira diuīa in eternum manet aduerſuſ eoſ qui peccant in eternum. Itaqꝫ deuſ non thure: non hoſtia: non precioſiſ muneribuſ. que omnia ſunt corruptibilia: ſed morū emendatione placatur. et q peccare deſinit: iram dei mortalē facit. Idcirco enī nō ad preſenſ noxiū quenqꝫ punit. ut habeat homo reſipiſcendi ſui facultatem.

Capitulum .xxii. Epiloguſ & inductio auctoritatum Sibille erithree ad iram dei probandam.

2008 Ministerio de Cultura

HEc habui que de ira dei dicerẽ Donate cariſſime: ut ſcireſ quẽadmodum refellereſ eoſ qui deum faciũt immobilem. Reſtat ut more Cicerõiſ utamur epilogo. ad ꝑorandũ ſicut ille ĩ tuſculaniſ de morte diſſererẽ fecit. Ita noſ in hoc ope teſtimoĩa diuina: qbuſ credi poſſit adhibere debemuſ. ut illoꝝ perſuaſionẽ reuicamuſ. q ſine ira deũ ee credẽteſ diſſoluũt oẽm religionẽ. ſine qua ut oſtẽdimuſ. aut immãitate beluiſ: aut ſtulticia pecudibuſ adeqmur. In ſola eni religiõe. id ẽ in dei ſũmi notiõe: ſapĩa eſt. Prophete uniuerſi diuino ſpũ repleti: nihil aliud q̃ de gratia dei erga iuſtoſ: et de ira eiuſ aduerſuſ ĩpioſ loquũt. quoꝝ teſtimoĩa nobiſ qdem ſatiſ ſunt. uerũ hiſ quoniã non credũt: iſti q ſapĩam capilliſ & habitu iactant. rõe quoq; et argumẽtiſ fuerãt a nobiſ refellẽdi. Sic.n. ꝑpoſtere agit. ut hũana diuiniſ tribuãt aucto/ritatẽ: cũ potiuſ hũaniſ diuina debuerint. Que nũc ſane omitta/muſ. ne nihil apud iſtoſ agamuſ. et ĩ infinitũ materia procedat. Ea igit queramuſ teſtimoĩa. quibuſ illi poſſint aut credere: aut certe nõ repugnare. Sibyllaſ plurimi & maximi auctoreſ tradi/derunt grecorũ: Ariſtoricuſ: et Apollodoruſ: Erithreuſ: noſtroꝝ Varro & Feneſtella. Hi õneſ precipuã & nobilẽ preter ceteraſ. erithreã fuiſſe cõmẽorant. Apollodoruſ qdẽ ut de ciui ac popu/lari ſua gloriat. Feneſtella uero etiã legatoſ erithreoſ a ſenatu eſſe miſſoſ refert. ut huiuſ Sibylle carmĩa romã deportarent. et ea cõſuleſ Curio & Octauianuſ in capitolio qđ tũc erat curãte Quinto Catulo reſtitutũ: ponenda curarẽt. Apud hanc de ſũmo & conditore rerum deo huiuſmodi uerſuſ reperiunt. αφθαρτοσ κτιστησ αιωνιοσ αιθερα ναι ωντοισ ακακοισ ακακον προ/φερων πολυ μειζονα μισθον τοισ δε κακοισ αδικοισ τε χολον και θυμον εγειρων. Id eſt. incorruptibiliſ & conditor eternuſ in aere habitãſ. boniſ bonũ ꝑferenſ. iuſtiſ multo maiorẽ mercedem. iniuſtiſ autẽ & maliſ iram et furorẽ excitanſ. Rurſuſ alio loco enumeranſ. qbuſ maxĩe facinoribuſ incitetur deuſ hec intulit. φευγε δε λατρειασ ανομιονσ θεω ζωντι λατρευε μοιχειασ τε φυλασσε και αρσενοσ ακριτον ευνην ιδιαν γε/νεαν παιδων τρεφε μηδε φονευε και γαρ αθανατοσ κεχο/λωσεται οσ κεν αμαρτη. Id ẽ. fuge ſceleratas religiõeſ. et uiuo deo ſerui. ab adulterio te abſtine. et maſculi permixtiõe praua. propriã generationẽ crea. et ne occidaſ. Hiſ eni deuſ immortaliſ iraſcitur qui hec agunt. Indignatur ergo aduerſuſ peccatoreſ.

2008 Ministerio de Cultura

Capitulum .xxiii. Auctoritatibuſ aliarũ Sibillarum iram dei probat.

VErum qa plureſ ſut oſtẽdi Sibylle a doctiſſimiſ autoribuſ fuiſſe tradunt: uniuſ teſtimoniũ ſatiſ nõ ſit ad cõfirmandã ſicut intendimuſ ueritatẽ. Cumee qdem uolumía: qbuſ romãoꝝ facta conſcripta ſunt: in arcaniſ habent. Ceterarum tamen fere oíum libelli. quo minuſ in uſu ſunt: omnibuſ non uetantur. Ex qbuſ alia denuntianſ uniuerſiſ gentibuſ iram dei ob impietatem hominum hoc modo exorſa eſt. ερχομενησ οργησ μεγαλησ επικοσμον απαθη εσχατον εισ αιωνα θεου μηνυματα φερω πασι προφητευσασα κατα πολιν ανθρωποισι. Id ẽ. Venient ire magne ſuper mundũ. dei pronũtiationeſ enarranſ. omnibuſ hóibuſ in urbibuſ prophetanſ. Alia quoq; per indig/natione dei aduerſuſ iuſtoſ: cathacliſmũ priore ſeculo factũ eẽ dixit. ut malitia generiſ hũani extingueret. εξου μηνισαντοσ επουρανιοιο και ανθρωποισιν απασι γην καλυψε θαλασσα αυταισι πολεεσσι και κατακλυσμοιο ραγεντοσ. Ex quo iraſcente celeſti deo: ipſaſ ciuitateſ cum hóibuſ cunctiſ & terram: mare: cooperuit diluuio rupto. Simili mõ deflagrationẽ poſtea futuram uaticinata eſt. qua rurſuſ impietaſ hominũ deleatur. και ποτε την οργην θεου ουκετι πραυνοντα αλλ εξεμβρι/θοντα και εξολλυοντα γενναν ανθρωπων αμα πασαν υπερ/πρησμον. Vnde apud Naſonem de Ioue ita dicit. Eſſe quoq; in fatiſ reminiſcit affore tempuſ. Quo mare quo telluſ: corrup/taq; regia celi. Ardeat & mũdi moleſ operoſa laboret. Quod tũc fiat neceſſe eſt: cũ honor & cultuſ dei ſũmi apud hóieſ interierit. Eadem tamẽ placari eũ penitentia factorũ. et ſui emendatione cõteſtanſ hec addidit. αλλ ελεει μεταθεσθε βροτοι δημιδε/προσ οργην παντοιην αγαγητε θεον μεγαν. Omneſ ergo homineſ tranſferte uoſ. neq; ad iram ducite deum magnũ. Item paulo poſt. ουκολεσει πανσει δεπαλιν χολον ην παρ ραπαντεσ ευσεβειην περι θυμω ενι φρεσιν ασκησητε. Neq; pdet. ire aũt parcet: cum omneſ pietatem ex mente percipiatiſ. Deinde alia Sibylla: celeſtium terrenorumq; genitorem diligi oportere de/nuntiat: ne ad perdẽdoſ hóieſ indignatio eiuſ inſurgat. μηποτε θυμωθεισ θεοσ αφθιτοσ εξαπολεσει παν γενοσ ανθρωπων βιοτον και φυλημα ραιδεσ δεισ τεργειν γενετηρα θεον σο/φον εοντα. Ne forte iratuſ icorruptibiliſ deuſ óne genuſ hoím

2008 Ministerio de Cultura

perdat.uitam tribuenſ improbam. Oportet enim genitorem deū amari: qui plenuſ eſt & ſapienſ. Ex hiſ apparet uanaſ eſſe rōeſ philoſophorū qui deū putāt ſine ira. et inter ceteraſ laudeſ eiuſ in id ponunt: quod eſt contra ipſam maieſtatem. Regnum hoc imperiūq; terrenū niſi metuſ cuſtodiat ſoluitur. Aufer iram regi. non modo nemo peribit: ſed etiā de faſtigio precipitabitur. imo uero cuilibet hūili eripe hūc affectum. Quiſ eum nō ſpoliabit? Quiſ nō deridebit? Quiſ nō afficiet iniuria? Ita nec indumēta: nec ſedem: nec uictum poterit habere: aliiſ quidq̄d habuerit de/ripientibuſ. nedum putemuſ celeſtiſ imperii maieſtatem ſine ira & metu poſſe cōſiſtere. Apollo Mileſiuſ de iudeorum religione cōſultuſ reſpōſo hoc indidit. ιδε θεον βασïληα και γενητηρα προπαντωνα τρεμεται γαια και ουρανος ιδε θαλασσα ταρταρεοι τεμύχοι και δαιμονες αποφριττουσï. Regē autem & genitorem ante omnia quem terra cōtremiſcat. celumq; et mare & latebre tartaree et demoneſ abhorreſcunt. Si tā leniſ eſt q̃ philoſophi uolūt: quomō ad nutū eiuſ nō modo demoneſ & miniſtri tandem poteſtatiſ: ſed etiā celū & terrā et rerū natura omniſ cōtremeſcat. Si enī nulluſ alteri ſeruit niſi coactuſ: omne igitur imperium metu conſtat. metuſ autē per iram. nam ſi non moueat̄ quiſ aduerſuſ parere nolentem: nec cogi poterit ad ob/ſequium. Cōſulat unuſqſq; affectuſ ſuoſ. iam intelliget neminē eſſe ſine ira & caſtigatione imperio ſubiugari. Vbi ergo ira non fuerit: imperium quoq; nō erit. Deuſ aūt habet imperium: ergo et iram que conſtat: imperium habeat neceſſe eſt.

Capitulum. xxiiii. Concludit deū amandum: uerendum: honorificandū & metuendū.

QVapropter nemo uaniloquētia philoſophorū inductuſ: ad contemptum ſe dei erudiat. quod eſt maximum nefaſ. Debemuſ hūc omneſ & amare ꝙ pater eſt: et uereri ꝙ dominuſ: et honorificare ꝙ beneficuſ: et metuere ꝙ ſeueruſ: utraq; ꝑſona ĩ eo uenerabiliſ. Quiſ ſalua pietate nō diligat aīe ſue parentē? Aut quiſ impune contemnat eū: qui rerū dominator habeat in omneſ ueram & eternam poteſtatem? Si patrem cōſidereſ: ortū nobiſ ad lucem qua fruimur ſubminiſtrat. per illū uiuimuſ. per illū in hoſpitium huiuſ mūdi intrauimuſ. Si deū cogiteſ. ille noſ ĩnumerabilibuſ copiiſ alit: ille ſuſtētat: in huiuſ domo hitamuſ:

2008 Ministerio de Cultura

huiuſ familia ſumuſ: et ſi minuſ obſequenſ q̃ decebat: minuſq; q̃ officioſa domini & parentiſ immortalia merita poſcebãt: tamẽ plurimũ proficit ad ueniã conſequẽdam. ſi cultũ eiuſ notionẽq; teneamuſ. ſi abiectiſ hũilibuſ terreniſq; tã rebuſ q̃ boniſ celeſtia. & diuina ſempiterna meditemur. Quod ut facere poſſimuſ deuſ nobiſ ſequẽduſ eſt: deuſ adoranduſ. quoniã in eo ẽ materia rerũ: et ratio uirtutũ: et fonſ bonoꝝ. Quid enĩ deo aut potẽtia maiuſ eſt. aut rõne perfectiuſ. aut claritate luculentiuſ? Qui quoniam noſ ad ſapiãm genuit: ad iuſtitiam procreauit. nõ eſt faſ hoĩem relicto deo: ſenſuſ ac uite datore terreniſ fragilibuſq; famulari. aut querendiſ tp̃alibuſ boniſ inherentẽ: ab innocentia & pietate diſcedere. Non faciũt beatũ uitioſe ac mortifere uoluptateſ. nõ opulẽtia libidinũ incitatrix: nõ inaniſ ãbitio: nõ caduci hõreſ. quibuſ illaqueatuſ aĩmuſ hũanuſ: et corpori mancipatuſ eterna morte damnatur: ſed ſola innocẽtia: ſola iuſtitia. cuiuſ legitima et digna merceſ eſt immortalitaſ. quam ſtatuit a principio deuſ ſanctiſ: et ĩcorruptiſ mẽtibuſ. que ſe a uitiiſ et ab omni labe ter/rena integraſ inuiolataſq; conſeruant. Huiuſ premii celeſtiſ ac ſempiterni participeſ eẽ non poſſunt. qui fraudibuſ: rapiniſ: cir/cũſcriptionibuſ conſcientiã ſuam polluerũt. quiq; iniuriiſ hoĩm nefariiſ commiſſiſ indelebileſ ſibi maculam immiſerunt. Proinde uniuerſoſ oportet qui ſapienteſ: qui boniſ eſ merito dici uolunt: fragilia contemnere: terrena calcare: hũilia deſpicere: ut poſſint cum deo beatiſſima neceſſitudine copulari. Auferatur impietaſ diſcordie: diſſenſioneſq; turbulente ac peſtifere ſopiantur. q̄buſ humane ſocietateſ & publici federiſ diuina cõiunctio irrũpitur: dirimitur: diſſipatᷣ. Quãtum poſſumuſ boni ac benefici eẽ medi/temur: ſi quid nobiſ operũ: ſi q̄d ſuppetit copiarũ: non uoluptati uniuſ: ſed multoꝝ ſaluti impartiatᷣ. Voluptaſ enĩ tam mortaliſ eſt q̃ corpuſ. cui exhibet miniſteriũ. Iuſtitia uero & beneficentia tam immortaleſ q̃ menſ & aĩa. que boniſ operibuſ ſimilitudinem dei aſſequitur. Sit nobiſ deuſ non in templiſ: ſed in corde noſtro cõſecratuſ. Deſtructibilia ſunt omnia que manu fiũt. mũdemuſ hoc templũ quod nõ fumo: nõ puluere: ſed maliſ cogitatiõibuſ ſordidatur. quod non cereiſ ardentibuſ: ſed claritate ac luce ſapiẽ illuminatᷣ. In quo ſi ſemp̄ deũ crediderimuſ eſſe preſentem: eiuſ diuinitatiſ potẽtia ita uiuemuſ: ut & propitiũ ſemp̄ habeamuſ et nunq̃ uereamur iratum.

2008 Ministerio de Cultura

DEdit enim homini artifex ille noſter ac parenſ deuſ ſenſū
atq; rationē.ut ex eo appareret noſ ab eo eſſe generatoſ.
quia ipſe intelligentia: ipſe ſenſuſ ac ratio ē. Ceteriſ animātibuſ
quoniam rationalem iſtam uitam non attribuit.quemadmodū
tamen uita earum tutior eſſet ante preuidit. Omneſ enī ſuiſ ex
ſe pellibuſ texit.quo faciliuſ poſſent uim pruinarum ac frigora
ſuſtinere. Singuliſ autē generibuſ ad propulſādoſ īpetuſ exter/
noſ ſua ꝓpria munimenta cōſtituit. ut aut naturalibuſ teliſ re/
pugnēt fortioribuſ: aut que ſūt ībecilliora ſubtrahāt ſe periculiſ
pernicitate fugiēdi: aut que ſimul et uiribuſ et celeritate īdigēt
aſtu ſe protegāt. aut latibuliſ ſepiāt. Itaq; alia eoꝝ uel plumiſ
leuibuſ ī ſublime ſuſpēſa ſunt: uel ſuffulta unguliſ uel inſtructa
cornibuſ: qbuſdā in ore arma ſūt denteſ: aut in pedibuſ adunci
ungueſ. nulliq; munimentum ad tutelam ſui deeſt. Si qua uero
in predā maioribuſ cedūt ne tamē ſtirpſ eorū funditus interiret.
aut ī ea ſunt religata regione ubi maiora eſſe non poſſunt. aut
acceperunt uberē generandi fecunditatē: ut et beſtiiſ que ſang/
uine alantur uictuſ ſuppeteret ex illiſ. et illatam tamen cladem
ad conſeruationem generiſ multitudo ipſa ſuperaret. hominem
autem ratione conceſſa et uirtute ſentiendi: atq; eloquēdi data
eorum que ceteriſ animalibuſ attributa ſunt: fecit expertem. qa
ſapiētia reddere poterat que illi nature cōditio denegaſſet: ſta/
tuit nudum et inermē: quia et ingenio poterat armari & ratiōe
ueſtiri. Ea uero ipſa que mutiſ data: et homini denegata ſunt.
ꝙ mirabiliter hōi ad pulchritudinē faciant: exprimi nō poteſt.
Nā ſi hōi ferinoſ dēteſ: aut cornua: aut ūgueſ aut ungulaſ: aut
caudā: aut uarii coloriſ piloſ addidiſſet: qſ nō ſentiat ꝙ tpe aīal
eēt futurū: ſicut muta ſi nuda et inermia fingerētur? Quibuſ ſi
detrahaſ uel naturalē ſui corporiſ ueſtē: uel ea qbuſ ex ſe armā/
tur: nec ſpecioſa poterunt eē nec tuta: ut mirabiliter ſi utilitatē
cogiteſ: inſtructa. ſi ſpeciē ornata uideantur. Adeo miro modo
cōſentit utilitaſ cum decore. hominem uero: quoniam eternum
animal atq; immortale fingebat. nō forinſecuſ ut cetera: ſed in/
teriuſ armauit. nec munimētū eiuſ in corpore ſed in aīo poſuit.
quoniam ſuperuacuū fuit cū illi quod erat maximū tribuiſſet:
corporalibuſ eū tegere munimentiſ: cū preſertim pulchritudinē
humani corporiſ impedirent.

2008 Ministerio de Cultura

Capitul.iii. Contra epicuroſ diſputat qui opera nature dānabant.et precipue ꝙ homo ceteriſ animantibuſ imbe/cillior oriatur.

VNde ego philoſophorū qui Epicurū ſequūtur: amētiam ſoleo mirari.qui nature opera reprehenderūt.ut oſtendāt nulla prouidentia inſtructum eē.ac regi mundum:ſed originē rerū inſecabilibuſ ac ſolidiſ corporibuſ aſſignāt.quoꝝ fortuitiſ cōcurſiōibuſ:uniuerſa naſcant et nata ſint. Preterea que ad ipm mundum uitio dant. ī quo ridicule inſaniūt: id ſumo qđ ad rem de qua nunc agimuſ pertinet. Queruntur hoīem nimiſ imbecillū et fragilem naſci: q̄ cetera animalia naſcuntur. que ut ſunt edita ex utero: protinuſ ī pedeſ ſuoſ erigi: et geſtire diſcurſibuſ: ſtatiq; aeri tolerando idonea eſſe: q̄ in lucem naturalibuſ indumentiſ munita proceſſerint. hominem contra: nudum et inermē: tanq̄ ex naufragio in huiuſ uite miſeriaſ proici et expelli. qui neq; mouere ſe loco ubi effuſuſ ē poſſit: ne alimentū lactiſ appetere: nec iniuriam temporiſ ferre. Itaq; naturā nō matrem eſſe hūani generiſ: ſed nouercā. que cū mutiſ tam liberaliter geſſerit. hoīem uero ſic effuderit: ut inopſ et infirmuſ: et omni auxilio indigēſ: nihil aliud poſſit q̄ fragilitatiſ ſue conditionem: ploratu ac fle/tibuſ ominari. ſcilicet cui tantum in uita reſtet tranſire malorū. Que cū dicūt uehementer ſapere credūtur. ꝓpterea ꝙ unuſqſq; inconſiderate ſue conditioni ingratuſ eſt. Ego uero illoſ nunq̄ magiſ deſipere contendo: q̄ cū hoc loquūtur. Conſideranſ enim conditionem rerum: intelligo nihil fieri aliter debuiſſe: ut non dicam potuiſſe. quia deuſ poteſt oīa. ſed neceſſe eſt: ꝙ illa proui/dētiſſima maieſtaſ id effecerit. quod erat meliuſ & rectiuſ. Libet igitur interrogare iſtoſ diuinorum operū reprehenſoreſ: quid in hoīe deeſſe: qa imbecillior naſcitur credāt. Num idcirco minuſ educētur hoīeſ: num minuſ ad ſummum robur etatiſ ꝑuehant: num imbecillitaſ: aut incrementū impediat: aut ſalutē. quoniā que deſunt ratio dependit? At hoīſ inquiunt educatio maximiſ laboribuſ conſtat: pecudū ſcilicet conditio melior. ꝙ he omneſ cum fetum ediderint: non niſi paſtuſ ſui curam gerunt: ex quo efficitur ut uberibuſ ſua ſponte diſtentiſ alimentum lactiſ feti/buſ miniſtretur. et id cogente natura ſine ſolicitudne appetant. Quid aueſ quarum ratio diuerſa eſt. nonne maximoſ ſuſcipiunt in educando laboreſ: ut interdum aliquid humane intelligētie

2008 Ministerio de Cultura

habere uideantur? Nidoſ enim aut luto edificāt: aut uirgultiſ et frondibuſ conſtruunt: et ciborum experteſ incubant ouiſ. et quoniam fetuſ de ſuiſ corporibuſ alere non datum eſt: ciboſ cō/uehūt. et totoſ dieſ in huiuſmodi diſcurſatione cōſumūt. noctibuſ uero defendunt: fouent: protegūt. Quid āpliuſ facere hoīeſ poſſunt. niſi hoc ſolum fortaſſe: ꝙ non expellunt adultoſ: ſed perpetua neceſſitudine ac uinculo caritatiſ adiunctoſ habent? Quid ꝙ auium fetuſ multo fragilior eſt q̄ hominiſ? Quia non matrimonio corpore ipſum animal edunt: ſed id quod materni corporiſ fetu & calore tepefactum animal efficiat. quod tamen cum ſpiritu fuerit animatum. Id uero implume ac tenerum non modo uolandi ſed ambulandi quoq; uſu caret. Non ergo inep/tiſſimuſ ſi qſ putet male cum uolucribuſ egiſſe naturam. primū ꝙ biſ naſcūtur. deinde ꝙ tam infirme ut ſint queſitiſ per laborē cibiſ a parētibuſ nutriēde. Sed illi fortiora eligunt. imbecilliora pretereunt. Quero igitur ab hiſ qui conditionem pecudum ſue preferunt: qd eligant ſi deuſ hiſ deferat optionem. utrū malint humanam ſapientiam cum imbecillitate: an pecudum firmitatē cum illorum natura. Scilicet nō tam pecudeſ ſunt ut nō malint uel fragiliorem multo q̄ nunc eſt dūmodo humanā: q̄ illam ir/rationabilem firmitatē. Sed uidelicet prudenteſ uiri: neq; hōiſ rationem uolūt cum fragilitate: neq; mutorum firmitatē ſine ratione. Quod nihil eſt tā repugnāſ: tāq; contrariū: q̄ unūqđq; animal aut ratio inſtruat neceſſe eſt: aut conditio nature. Si naturalibuſ munimentiſ inſtruatur. ſuperuacua ratio eſt. Quid enī excogitabit: quid faciet: aut qd molietur? Aut ī quo lumē illud īgenii oſtēdet: cū ea que poſſūt eē rōniſ: ultro natura cō/cedat? Si autem ratione ſit preditum: quid opuſ erit ſepimentiſ corporiſ: cum ſemel cōceſſa ratio nature munuſ poſſit implere? Que quidem tantum ualet ad ornandum tuendumq; hominem: ut nihil potuerit maiuſ ac meliuſ a deo dari. Deniq; cum et cor/poriſ non magni homo: et exiguarum uirium: et ualitudiniſ ſit infirme. tamen quoniā id quod eſt maiuſ accepit. et inſtructior eſt ceteriſ animalibuſ et ornatior. Nam cū fragiliſ imbecilluſq; naſcatur: tamen et a mutiſ omnibuſ tutuſ eſt: et ea oīa que fir/miora naſcunē. etiam ſi uim celi fortiter patiūtur: ab hoīe tamē tuta eſſe non poſſunt. Ita fit ut pluſ homini conferat ratio: q̄ natura mutiſ. quoniā in illiſ nec magnitudo uiriū: neq; firmitaſ

2008 Ministerio de Cultura

corporiſ efficere poteſt: quo minuſ aut opprimant̃ a nobiſ: aut noſtre ſubiecta ſint poteſtati. Poteſt ne igitur aliqſ cũ uideat etiam boueſ: uaccaſ cũ immaniſſimiſ corporibuſ ſeruire homini: queri de opifice rerum deo. ꝙ modicaſ uireſ. ꝙ paruum corpuſ acceperit: nec beneficia ĩ ſe diuina pro merito eſtimat. quod eſt ĩgrati: aut ut ueriuſ loquãur ĩſani? Plato ut hoſ credo ĩgratoſ refelleret nature gratiaſ egit: ꝙ hõ natuſ eſſet. Quanto meliuſ et ſaniuſ qui ſenſit conditionem hominiſ eſſe meliorem: q̃ iſti q ſe pecudeſ natoſ eẽ maluerũt. Quoſ ſi deuſ in ea forte cõuerterit aĩalia quorũ ſortẽ preferunt ſue: iã profecto cupiant remigrare magniſq; clamoribuſ conditionem priſtinam flagitent: quia nõ eſt tanti robur ac firmitaſ corporiſ ut offitio ligue careaſ: aut auium per aerem libera diſcurſatio: ut manibuſ indigiaſ. Pluſ enĩ manuſ preſtãt q̃ leuitaſ uſuſq; pennarũ. pluſ lingua q̃ totiuſ corporiſ fortitudo. Que igit̃ amentia eſt ea preferre. que ſi data ſint accipe detrecteſ.

Capit. iiii. Contra epicuroſ cõquerenteſ hoĩeſ morbiſ et immature morti ſubiectoſ.

Idem querũtur hõem morbiſ et immature morti eẽ ſubiectũ. Indignantur uidelicet nõ deoſ ſe eẽ natoſ. Minime inquiũt: ſed ex hoc oſtendimuſ hominem nulla prouidentia eſſe factum quod aliter fieri debuit. Quid ſi oſtendero id ipſum magna rõe prouiſũ eſſe: ut morbiſ uexari poſſet. et uita ſua ĩ medio curſuſ ſui ſpatio rumperetur. Cum enim deuſ animal quod fecerat ſua ſponte ad mortem tranſire cognouiſſet: ut mortem ipſam que ẽ diſſolutio nature capere poſſit: dedit ei fragilitatem. que morti aditum ad diſſoluendum animal inueniret. Nam ſi eiuſ roboriſ fieret: ut ad eum morbuſ et egritudo adire non poſſet: ne morſ quidem poſſet. quoniam morſ ſequela morborum ẽ. Immatura uero morſ quomodo abeſſet ab eo. cui eſſet conſtituta natura? Nempe nullum hominem mori uolunt. niſi cũ centeſimũ etatiſ compleuerit annum. Quomodo illiſ in tanta repugnantia rerũ ratio poterit conſtare? Vt enim ante annoſ centum mori qſq; non poſſit: aliquid illi roboriſ quod ſit immortale tribuendum eſt. Quo cõceſſo. neceſſe eſt conditionẽ mortiſ excludi. Id autẽ ipſum cuiuſmodi poteſt eſſe. quod hominem contra morboſ et ictuſ extraneoſ: ſolidum atq; inexpugnabilem faciat? Cũ enĩ cõſtet ex oſſibuſ et neruiſ: et uiſceribuſ et ſanguine. quid horum

2008 Ministerio de Cultura

poteſt eẽ tam firmum: ut fragilitatem repellat ac mortem? Vt igitur homo indiſſolubiliſ ſit ante illud tempuſ: quod illi putãt oportuiſſe cõſtitui· ex qua ei materia corpuſ attribuãt? Fragilia ſunt omnia que uideri ac tangi poſſunt. Supereſt ut aliquid ex celo petant. quoniam in terra nihil eſt quod non ſit infirmum. Cum ergo ſic hõ formãduſ eẽt a deo ut mortaliſ eſſet: aliquãdo reſ ipſa exigebat: ut terreno et fragili corpore fingeret̃. Neceſſe eſt igitur ut mortem recipiat quandolibet. quoniam corporaliſ eſt. Corpuſ enim quodlibet ſolubile atq; mortale ẽ. Stultiſſimi ergo q̃ de morte immatura queruntur. quoniã nature conditio locũ illi facit. Ita conſequẽſ erit. ut morbiſ quoq; ſubiectuſ ſit. Neque enĩ patit̃ natura: ut abeſſe poſſit infirmitaſ ab eo cor/pore: quod aliquando ſoluendum eſt. Sed putemuſ fieri poſſe quemadmodum uolunt: ut homo non ea conditione naſcatur. q̃ morbo morti ue ſubiectuſ ſit: niſi peracto etatiſ ſue ſpacio: ad ultimã proceſſerit ſenectutẽ. Nõ igitur uidẽt ſi ita ſit cõſtitutũ quid ſequatur. hõi utiq; certo tempore mori nullo modo poſſe. ſed ſi prohiberi ab altero uictu poteſt: mori poterit. Reſ igitur exigit. ut homini qui ante certum diem mori non poteſt: ciboꝝ alimentiſ quia ſubtrahi poſſunt opuſ non ſit. ſi opuſ cibo non erit: iam non homo ille ſed deuſ fiet. Ergo ut ſuperiuſ dixi: qui de fragilitate hominiſ queruntur: id potiſſimum queruntur: q̃d nõ ĩmortaleſ ſẽpiterniq; ſint nati. Nemo niſi ſenex mori debet. Atqui mortalitaſ non poteſt cũ immortalite coniungi. Si enim mortaliſ ẽ in ſenectute. ĩmortaliſ eẽ ĩ adoleſcentia nõ põt. Nec eſt ab eo cõditio mortiſ aliena: qui quandoq; morituruſ eſt. nec ulla ĩmortalitaſ ẽ: cui ſit terminuſ cõſtitutuſ. Ita fit ut et ĩmor/talitaſ excluſa in perpetuum: et ad tempuſ recepta mortalitaſ: hominem conſtituat in ea conditione: ut ſit in qualibet etate mortaliſ. Quadrat igit̃ neceſſitaſ undiq;. nec debuiſſe aliter: nec faſ fuiſſe. ſed iſti rõem ſequẽtiũ non uidẽt: q̃a ſemel errauerũt in ipſa ſumma. Excluſa enĩ de rebuſ humaniſ diuina prouidentia: neceſſario ſequebatur: ut omnia ſua ſponte ſint nata. Hinc in/uenerunt illaſ minutorum ſeminum plagaſ. et cõcurſioneſ for/tuitaſ: quia rerum originem non uidebant. In quaſ ſe anguſtiaſ cum conieciſſent: iam cogebat eoſ neceſſitaſ exiſtimare animaſ cũ corporibuſ naſci. et itẽ cum corporibuſ extingui. Aſſũpſerãt enim nihil fieri mente diuina. quod ipſum non aliter probare

2008 Ministerio de Cultura

poterāt:q̄ ſi oſtēderant eē aliqua in qbuſ uideretur prouidētie
ratio claudicare. Reprebenderūt igitur ea: in quibuſ uel maxíe
diuinitatem ſuā debuerint cogitare. prouidētia mirabiliter ex/
preſſit. ut illa que retuli de morbiſ et ímatura morte cū debue/
rint cogitare. biſ aſſumptiſ que necaſſario ſequerent. Sequūtur
autē illa que dixi. ſi morbū nō reciperet: neq; tectiſ neq; ueſti/
buſ indigeret. Quid ení uentoſ: aut imbreſ: aut frigora metueret
quorum uiſ in eo eſt: ut morboſ afferant? Idcirco enim accepit
ſapientiā: ut aduerſuſ nocentia fragilitatē ſuā muniat. Seqtur
neceſſe eſt. ut quoniam retinende rationiſ cauſa morboſ capit:
etiam mortem ſemper accipiat. qa biſ ad quem morſ non uenit:
firmuſ ſit neceſſe ē. Infirmitaſ autē babet í ſe mortiſ cōditionē.
Firmitaſ uero ubi fuerit: nec ſenectuſ locum poteſt babere. nec
morſ que ſeqt ſenectutē. Preterea ſi morſ certe conſtituta eſſet
etati: fieret bō íſolentiſſimuſ. et būanitate omni careret. Nam
fere iura oīa bumāitatiſ. qbuſ inter noſ coberemuſ ex metu et
cōſciētia fragilitatiſ oriūt. Deniq; ībecilliora et timidiora queq;
aīalia congregant. ut quoniā uiribuſ: tueri ſe nequeūt: multi/
tudíe tueāt. Fortiora uero ſolitudineſ appetūt. quoniā robore
uiribuſq; cōfidūt. Hō quoq; ſi eodē modo baberet ad ꝓpulſāda
pericula ſuppetēſ robur: nec ulliuſ alteriuſ auxilio ídigeret que
ſocietaſ eſſet: que ue ratio: que bumanitaſ? Aut qd eēt deteriuſ
bomine: quid efferatiuſ: quid immaniuſ? Sed quoniā ībecilliſ
eſt. nec per ſe poteſt ſine bomine uiuere: ſocietatem appetit. ut
uita communiuſ et ornatior fiat et tutior. Vide igitur omnem
bominiſ rationē í eo maxime ſtare: ꝙ nuduſ fragiliſq; naſcatur.
ꝙ morbiſ afficiatur. ꝙ ímatura morte mulctatur. Que ſi bomini
detrabātur: rationē quoq; ac ſapientiam detrabi neceſſe ē. Sed
nimiſ diu de rebuſ apertiſ diſputo: cum ſit liquidum: nibil ſine
prouidētia nec factū eē unq̄: nec fieri potuiſſe. De cuiuſ opibuſ
uniuerſiſ ſi nunc libeat diſputare per ordinem. infinita materia
ē. Sed ego de uno corpore boīſ tātū íſtitui dicere: ut í eo diuíe
prouidentie poteſtatem quanta fuerit oſtendam. biſ dumtaxat
in rebuſ: que ſūt cōprebenſibileſ et aperte. Nā illa que ſūt aíme
nec ſubiici oculiſ: nec conprebendi queunt. Nunc de ipſo uaſe
bominiſ loquimur quod uidemuſ.

## Capitulum. v. De differentia creationiſ animalium brutorum et bominiſ ſcđm corpuſ.

2008 Ministerio de Cultura

IN principio cũ deuſ fingeret animalia: noluit ea ĩ rotũdam
forme ſpeciẽ conglobare atq; colligere. ut et moueri ad am/
bulandum: et flectere ſe in quamlibet partem facile poſſent: ſed
ex ipſa corporiſ ſumma produxit caput. Item produxit mẽbra
quedã lõgiuſ: que uocantur pedeſ. ut alterniſ motibuſ ſolo fixa
ꝓducerẽt animal: quo mẽſ tuliſſet. aut quo petẽdi cibi neceſſi/
taſ prouocaſſet. Ex ipſo autem uaſculo corporiſ quatuor fecit
extantia. bina poſteriuſ: que ſunt in omnibuſ pedeſ: Item bina
capiti et collo proxima: que uarioſ animãtibuſ uſuſ prebent. In
pecudibuſ ſũt poſterioreſ pedeſ. ac ſimileſ feriſ. In homine autẽ
manuſ. que nõ ad ambulandum: ſed ad faciẽdum reparandumq;
ſunt nate. Eſt et tertium genuſ: in quo priora illa neq; pedeſ:
neq; manuſ ſũt: ſed ale. in quibuſ penne per ordinẽ fixe uolãdi
exhibẽt uſum. Ita una fictio diuerſaſ ſpecieſ et uſuſ habet. Atq;
ut ipſã corporiſ craſſitudinẽ firmiter cõprehenderet: maioribuſ
& breuibuſ oſſibuſ inuicem colligatiſ: quaſi carinam compegit
quã noſ dicimuſ ſpinam. Eamq; noluit ex uno perpetuoq; oſſe
formare: ne gradiẽdi: flectẽdiq; ſe facultatẽ animal nõ haberet.
Ex eiuſ parte quaſi media: coſtaſ. id ẽ. tranſuerſa & plana oſſa
porrexit in diuerſum. quibuſ clemẽter curuatiſ: et in ſe uelut in
circulũ pene conductiſ: interna uiſcera contegantur. ut ea que
mollia et minuſ ualida fieri opuſ erat: illiuſ ſolide cratiſ ãplexu
poſſent eſſe munita. In ſumma uero conſtructioniſ eiuſ: quam
ſimilẽ nauiſ carine diximuſ: caput collocauit. ĩ quo eſſet regnũ
totiuſ animantiſ. Datumq; illi hoc nomen eſt. Vt quidẽ Varro
ad Ciceronem ſcribit. ꝙ hinc capiãt initium ſenſuſ ac nerui. Ea
uero que diximuſ de corpore uel ambulandi: uel faciendi: uel
uolãdi cãeẽ producta: neq; nimiũ lõgi ꝓpter celerẽ mobilitatẽ:
neq; nimium breuibuſ ꝓpter firmitatẽ: ſed et paucaſ et magniſ
oſſibuſ cõſtare uoluit. Aut enĩ bina ſũt: ut ĩ hoĩe. aut q̃terna: ut
in q̃drupede. que tamẽ nõ fecit ſolida: ne in gradiendo pigritia
et grauitaſ retardaret: ſed cauata et ad uigorẽ corporiſ conſer/
uandum medulliſ intrinſecuſ plena. eaq; rurſuſ non equaliter
porrecta finiuit: ſed ſũmaſ eoꝝ parteſ craſſioribuſ nodiſ cõglo/
bauit. ut et ſubſtringi neruiſ faciliuſ et uerti tutiuſ poſſẽt. unde
ſint uertibula noĩata. Eoſ nodoſ firmiter ſolidatoſ leui quodã
operculo texit quod dicitur cartilago. ſcilicet ut ſine attritu: et
ſine ſenſu doloriſ aliquo flecterentur. eoſdem tamen nõ in unũ

2008 Ministerio de Cultura

modū informauit. Alioſ enī fecit ſimpliceſ et in orbem rotūdoſ. in biſ dumtaxat articulis: in quibuſ moueri membra in omneſ parteſ oportebat ut ī ſcapuliſ. quoniā manuſ utrūlibet agitari et cōtorqueri neceſſariū ē. Alioſ autē latoſ et equaleſ et in unā partem rotundoſ. et in biſ utiq; locis ubi tantummodo curuari membra in omneſ parteſ oportebat. ut in genibuſ: et in cubitis: & in manibuſ ipſiſ. Nam ſicut manuſ ex eo loco: unde oriūtur ubiq; uerſuſ moueri ſpetioſum ſimul et utile fuit: ſic profecto ſi boc idē etiā cubitiſ accideret et ſuperuacuuſ eēt eiuſmodi motuſ et turpiſ. Iam enim manuſ amiſſa dingnitate quā nunc habet: mobilitate nimia promuſcidiſ ſimiliſ mirabiliter uideret. eſſetq; bomo plane anguimanuſ. Quod genuſ ī illa īmaniſſima belua mirabiliter effectū eſt. Deuſ enim qui prouidentiā & poteſtatē ſuam multarū rerū mirabili uarietate uoluit oſtendere: quoniā caput eiuſ animaliſ nō tam longe porrexerat: ut terram poſſet ore cōtingere. quod erat futurum borribile atq; tetrum. et quia oſ ipſum profuſiſ dentibuſ ſic armauerat: ut etiā ſi contingeret paſcendi tamen facultatē denteſ adimerēt. Produxit inter eoſ a ſumma frōte molle ac flexibile membrum quo prendere: quo tenere quodlibet poſſet. ut rationē uictuſ capiendi uel dētium prominenſ mangnitudo: uel ceruicis breuitaſ non impediret.

Capitu. vi. Contra Epicurum qui ex athomiſ fortuito cōcurrentibuſ compactū fabricatūq; bominē diſputauit.

NOn poſſum boc loco teneri quo minuſ Epicuri ſtultitiam coarguā. Illiuſ enim ſunt omnia que delirat Lucretiuſ. Qui ut oſtēderet animalia nō artifitio aliquo diuine mētiſ: ſed ut ſolet fortuito eē nata. dixit in principio mundi aliaſ q̄ſdam innumerabileſ animātes miranda ſpetie & mangnitudine fuiſſe nataſ. ſed eaſ permanere non potuiſſe: ꝗ illaſ aut ſumendi cibi facultaſ: aut coeundi: generandiq; ratio defeciſſet. Videlicet ut et athomiſ ſuiſ locū faceret. diuinā ꝓuidentiā uoluit excludere. Sed cum uideret in omnibuſ que ſpirant: mirabilem prouidentie ineſſe rationem: quod malum uanitatiſ erat dicere fuiſſe aīalia prodigioſa ī quibuſ ratio ceſſaſſet. Quoniam igitur omnia que uidemuſ cū ratione nata ſunt. id enim ipſum naſci efficere niſi ratio non poteſt. manifeſtum eſt nibil omnino rationiſ experſ

2008 Ministerio de Cultura

potuiſſe generari. At enĩ prouiſũ eſt in ſingulis qbuſq; fingẽdiſ:
quatinuſ et miniſterio membrorum ad neceſſaria uite uteretur.
et q̃tenuſ adiugatiſ corporibuſ elata ſoboleſ: uniuerſaſ generatĩ
conſeruaret animanteſ. Nam ſi perituſ architectuſ cũ magnum
aliquod edifitium facere conſtituit: primo omniũ cogitat que
ſumma perfecti edifitii futura ſit. et ante emetiatur quem locũ
leue ponduſ expectet: ubi mangni operiſ ſtatura ſit moleſ: que
columnarum interualla: qui aut ubi aquarũ cadentiũ decurſuſ
et exituſ et receptacula. Hoc inq̃ priuſ preuidet. ut quecũq; ſũt
perfecto operi iã neceſſaria: cũ ipſiſ fundamentiſ pariter ordiat̃.
Cum deũ qſq̃ putet ĩ machinãdiſ aĩalibuſ non ante prouidiſſe:
que ad uiuendũ neceſſaria eſſent: q̃ ipſam uitã daret. Que utiq;
cõſtare nõ poſſet. niſi priuſ effecta eſſent qbuſ cõſtat. Videbat
igitur Epicuruſ in corporibuſ animaliũ diuine rationiſ ſolertiã.
ſed ut efficeret quod ãte imprudenter aſſumpſerat. adiecit aliud
deliramentum ſuperiori congruenſ. Dixit enim neq; oculoſ ad
uidẽdum eẽ natoſ. neq; aureſ ad audiendũ: neq; pedeſ ad ambu/
landũ. quoniã membra hec priuſ nata ſunt: q̃ eſſet uſuſ uidẽdi:
et audiẽdi: et ãbulandi. ſed hoꝝ omnia offitia ex natiſ extitiſſe.
Vereor ne huiuſmodi portenta et ridicula refutare. nõ minuſ
ineptum eſſe uideatur. Sed libet ineptire: quoniam cum inepto
agimuſ. ne ſe ille nimiſ argutũ putet. Quid aiſ Epicure? Non
ſunt ad uidendum oculi nati? Cur igitur uident? Poſtea inquit
uſuſ eoꝝ apparuit. Videndi ergo cauſa nati ſunt. ſiquidem nihil
poſſunt aliud q̃ uidere. Itẽ membra cetera cuiuſ rei cauſa nata
ſũt. ipſe uſuſ oſtẽdit. Qui utiq; nullo modo poſſet exiſtere: niſi
eſſent membra omnia tam ordinata: tam prouidenter effecta:
ut uſum poſſẽt habere. Quid ſi enim dicaſ aueſ nõ ad uolãdum
eſſe nataſ. neq; feraſ ad ſeuiendum: neq; piſceſ ad natãdum: neq;
homineſ ad ſapiendum. cum appareat ei nature offitioq; ſeruire
animanteſ. ad qđ eſt queq; generata? Sed uidelicet qui ſummã
ueritatiſ amiſit. ſemper erret neceſſe eſt. Si enĩ non prouidentia:
ſed fortuitiſ athomorum cõcurſionibuſ naſcuntur omnia: cur
nunq̃ fortuito accidit ſic coire illa principia: ut efficerẽt animal
eiuſmodi quod naribuſ potiuſ audiret. aut odoraretur oculiſ:
auribuſ cerneret. Si ei primordia nullũ gẽuſ poſitioniſ expertũ
relinquũt: oportuit eiuſmodi quotidie mõſtra generari. ĩ qbuſ
et mẽbrorum ordo prepoſteruſ: & uſuſ lõge diuerſuſ exiſteret.

2008 Ministerio de Cultura

Cum uero uniuerſa genera et uniuerſa quoq; mēbra: legeſ ſuaſ et ordineſ et uſuſ ſibi attributoſ tueantur: manifeſtum ē nihil fortuito eē factum. quoniā diuine rationiſ diſpoſitio ſeruatur. Verū aliaſ refellemuſ Epicurū. nūc de prouidentia ut cepimuſ diſſeramuſ.

Ca. VII. De dei prouidentia circa uniuerſalem hominiſ fabricam.

DEuſ igitur ſolidamenta corporiſ. que oſſa dicūtur: nodata et adiūcta inuicē neruiſ alligauit atq; cōſtrixit. Quibuſ menſ ſi excurrere aut reſiſtere uelit: tanq̄ retinaculiſ uteretur. et quidem nullo labore nulloq; conatu: ſed minimo nutu totiuſ corporiſ molem temperaret ac flecteret. Hec autem uiſceribuſ operuit. ut quecunq; locum decebat: ut que ſolida oſſa cōcluſa tegerentur. Item uiſceribuſ ipſiſ uenaſ admiſcuit: quaſi riuoſ per corpuſ omne diuiſoſ. ꝑ que diſcurrēſ humor et ſāguiſ: uniuerſa mēbra ſuciſ uitalibuſ irrigaret. et ea uiſcera formata ī eū modū: q̄ unicuiq; generi ac loco aptuſ fuit: ſuperiecta pelle contexit. Quam uel ſola pulchritudine decorauit: uel ſetiſ adoperuit: uel ſquamiſ muniuit: uel plumiſ inſignibuſ adornauit. Illud uero commentum dei mirabile. quod una diſpoſitio & unuſ habituſ: innumerabileſ animantiū perferat uarietateſ. Nam ī omnibuſ fere que ſpirant. eadem ſerieſ et ordo membrorum eſt. Primum enī caput & huic annexa ceruix. Item collo pectuſ adiunctū. et ex eo prominenteſ armi. Adherenſ pectori uenter. Itē uētri ſubnexa genitalia. Vltīo loco femora pedeſq;. Nec ſolū mēbra ſuū tenorem. ac ſitū in omnibuſ ſeruāt: ſed etiam parteſ mēbroꝝ. Nam in uno capite ipſo certam ſedem poſſedent aureſ. certam oculi. nareſ item. oſ quoq; et in eo denteſ et lingua. Que omnia cū ſint eadē in omnibuſ aīantibuſ: tamen infinita & multiplex diuerſitaſ figuratorum eſt. q̄ ea que dixi aut productiora: aut contractiora liniamentiſ uarie differentibuſ comprehenſa ſunt. Quid illud: nonne diuinū. qđ in tanta uiuentium multitudine: unumquodq; animal in ſui genere et ſpecie pulcherrimum eſt? Vt ſi qd uiciſſim de altero in alterum trāſferatur: nihil impe/ditiuſ ad utilitatem: nihil deformiuſ ad aſpectum uideri neceſſe ſit. Vt ſi eliphanto ceruicē prolixā tribuaſ: aut camello breuē: uel ſi ſerpentibuſ pedeſ aut piloſ addaſ. in qbuſ porrecti eq̄liter: corpiſ lōgitudo nihil aliud exhibeat: niſi maculiſ terga diſticti:

2008 Ministerio de Cultura

et ſquamaꝝ leuitate ſuffulti: í lubricoſ tractuſ ſinnoſi flexibuſ laberentur. In quadrupedibuſ autem idem opifex contextum ſpine: a ſummo capite deductum. longiuſ extra corpuſ eduxit et acuminauit in caudam. ut obſcene corporiſ parteſ: uel ꝓpter feditatem tegerentur: uel propter teneritudinem munirentur. ut animalia quedam minuta et nocentia: motu eiuſ arcerentur a corpore. Quod membrum ſi detrahaſ. imperfectum fit animal ac debile. Vbi autẽ rõ et manuſ eſt. tamen nõ eſt id neceſſariũ q̃ indumentũ pilorum. Adeo in ſuo quoq; genere aptiſſime cõ/gruunt. ut neq; nudo quadrupede: neq; hoíe tecto excogitari quicq̃ turpiuſ poſſit. Cum tamen ipſa nuditaſ hominiſ mire ad pulchritudinẽ ualeat. nõ tamen etiã capiti congruebat. Texit ergo illud pilo. Et quia in ſummo futurum erat. quaſi ſummũ edifitii culmen ornauit. Qui ornatuſ nõ eſt in orbem coactuſ: aut in figuram pilei tereſ factuſ. ne quibuſdam partibuſ nudiſ eẽt informiſ: ſed alibi infuſuſ: alibi retractuſ: pro cuiuſ libet loci decẽtia. Fronſ ergo uallata per circuitũ: et a timporibuſ effuſi ante aureſ capilli: et earũ ſumme parteſ in corone modũ cincte: et occipitium omne contectũ: ſpeciẽ miri decoriſ oſtentat. Iam barbe ratio incredibile eſt: q̃tũ conferat ad dinoſcendã corpoꝝ maturitatẽ. uel ad differẽtiam ſexuſ: uel ad decorem uirilitatiſ ac roboriſ. ut uideať omnino nõ cõſtructa fuiſſe totiuſ corpiſ ratio: ſi quicq̃ aliter eſſet effectum.

Capitu. viii. De forma hominiſ et omnium membrorum habitudine. ſed ſpecialiter de auribuſ et oculiſ.

NVnc rationem totiuſ hominiſ oſtendam. ſingulorumq; mẽbroꝝ: que í corpore aperta aut operta ſunt: utilitateſ & habituſ explicabo. Cum igitur ſtatuiſſet deuſ ex omnibuſ ani/malibuſ ſolum hominẽ facere celeſtem. cetera uniuerſa terrena. Hunc ad celi cõtemplationẽ rigidum erexit bipedẽq; cõſtituit. ſcilicet ut eadẽ ſpectaret unde illi origo eſt. Illa uero depreſſit ad terram. ut qa nulla hiſ immortalitatiſ expectatio eſt: toto corpore í humum ꝓiecta: uentri pabuloq; ſeruirent. Hominiſ itaq; ſoliuſ recta ratio: et ſublimiſ ſtatuſ: et uultuſ deo patri communiſ ac proximuſ: originem ſuã fictoremq; teſtatur. Eiuſ prope diuina menſ. quia non tantum animantium que ſunt in

2008 Ministerio de Cultura

terra: ſed etiam ſui corporiſ ē ſortita dominatum: in ſūmo capite collocata: tanq̃ ī arce ſublimiſ ſpeculatur omnia et contuetur. Hanc eiuſ aulam non obductam porrectamq; formauit, ut in mutiſ animalibuſ: ſed orbi et globo ſimilem. ꝙ orbiſ rotunditaſ perfecte rationiſ ē ac figure. Eo igit̃ menſ et igniſ ille diuinuſ tanq̃ celo tegitur. Cuiuſ cum ſummum faſtigium naturali ueſte texiſſet: priorem partem que dicitur facieſ: neceſſariiſ membrorū miniſteriiſ et inſtruxit pariter et ornauit. Ac primum oculorū orbeſ concauiſ foraminibuſ concluſit. a quo foratu frontem no/minatam Varro exiſtimauit. et eoſ neq; minuſ neq; ampliuſ: q̃ duoſ eſſe uoluit. ꝙ ad ſpeciem nulluſ eſt perfectior numeruſ q̃ duorum ſicut et aureſ duaſ. quarū duplicataſ īcredibile ē q̃tam pulchritudinē preferat. ꝙ tū parſ utraq; ſimilitudine ornata ē: tum ut uenietēſ altrinſecuſ uoceſ faciliuſ colligantur. Nam et forma ipſa mirādū in modum ficta. ꝙ earum foramina uoluit eſſe nuda: et inobſepta. quod et minuſ decorum et minuſ utile fuiſſet. quoniam ſimplicium cauernaꝝ anguſtiaſ preteruolare uox poſſet: niſi perceptā per cauoſ ſinuſ: et repercuſſu retētam foramina ipſa cōueherent. illiſ ſimilia uaſculiſ: quibuſ impoſitiſ ſolent anguſtiora uaſa compleri. Eaſ igitur aureſ q̄buſ ē īductū nomē a uocibuſ hauriēdiſ. Vnde Virgiliuſ. Vocēq; hiſ auribuſ hauſi. q̄a uocē ipſam greci ακουη uocāt ab auditu ꝑ īmutationē litere. aureſ uelut audeſ ſunt nominate. Noluit deuſ artifex mollibuſ pelliculiſ informare. que pulchritudinem demerent: pendulaſ atq; flectenteſ: neq; duriſ ac ſolidiſ oſſibuſ. ne ad uſum īhabileſ eſſent: immobileſ ac rigenteſ: ſed ꝙ eſſet horum mediū excogitauit. ut eaſ cartilago mollior alligaret. et habent aptā ſimul et flexibilem firmitatem. In hiſ audiendi tantum offitiū conſtitutū eſt. ſicut in oculiſ uidendi. Quoꝝ ꝓcipue inexplica/bilis eſt: ac mira ſubtilitaſ. quia eoꝝ orbeſ geminaꝝ ſimilitudinē preferēteſ. ab ea parte qua uidendū fuit: mēbraniſ perlucētibuſ texit. ut imagineſ reꝝ contrapoſitaꝝ tanq̃ ī ſpeculo refulgēteſ: ad ſenſum intimum penetrarent. Per eaſ igit̃ membranaſ: ſēſuſ ille q̄ dicitur menſ ea que ſūt foriſ tranſpicit. ne forte exiſtimeſ: aut imaginum incurſione noſ cernere: ut philoſophi dixerunt. quoniam uidendi offitium ī eo debet eſſe quod uidet: non in eo qđ uidetur: aut intentione aeriſ cum acie: aut effuſione radioꝝ. quoniā ſi ita eēt: radiū quē oculiſ aduertimuſ: uideremuſ donec

2008 Ministerio de Cultura

intentuſ aer cum acie: aut effuſi radii: ad id quod uidendū eſſet peruenirent. Cum autem uideamuſ eodem momento temporiſ. plerumq; uero aliud agenteſ: nihilominuſ tamen uniuerſa que contra ſunt poſita intueamur. Veriuſ et manifeſtiuſ eſt mentē eē. que per oculoſ ea que ſūt oppoſita tranſpiciat: q̃ p feneſtraſ lucente uitro: aut ſpeculari lapide obductaſ. Et idcirco menſ & uoluntaſ ex oculiſ ſepe dinoſcitur. Quod quidem ut refelleret Lucretiuſ. ineptiſſimo uſuſ eſt argumento. Si enim menſ inquit per oculoſ uidet: erutiſ et effoſſiſ oculiſ magiſ uideret. quoniam euulſe cū poſtibuſ foreſ: pluſ inferūt luminiſ: q̃ ſi fuerit obducte. Nimirū ipſi. uel potiuſ Epicuro q eum docuit. effoſſi oculi erāt. ne uiderēt effuſoſ orbeſ: et ruptaſ oculorum fibraſ: et fluentē p uenaſ ſāguinē: & creſcenteſ ex uulneribuſ carneſ: & obductaſ ad ultimū cicatriceſ nihil poſſe lucis admittere. Niſi forte auribuſ oculoſ ſimileſ naſci uolebat. ut non tam oculiſ q̃ foraminibuſ cerneremuſ. quo nihil ad ſpeciem fediuſ: ad uſum inutiliuſ fieri poteſt. Quantulū enim uidere poſſemuſ. ſi menſ ab intimiſ penetralibuſ capitiſ: per exiguaſ cauernarum rimulaſ attenderet. ut ſi quiſ uellet tranſpicere per cicutam. nō pluſ profecto cernat: q̃ cicute ipſiuſ capacitaſ cōprehendat. Itaq; ad uidendum mēbriſ potiuſ ī orbē cōglobatiſ opuſ fuit: ut uiſuſ ī latum ſpergeretur. et que in priori facie adhererēt. ut libere poſſint omnia cōtueri. Ergo ineffabiliſ diuine prouidentie uirtuſ: fecit duoſ ſimillimoſ orbeſ. eoſq; ita deuinxit. ut non in totum conuerti: ſed moueri tamen ac flecti cum modo poſſent. Orbeſ autem ipſoſ: humoriſ puri ac liquore plenoſ eē uoluit. in quorū media parte: ſcintille luminū cōcluſe tenerentur. quaſ pupillaſ nuncupamuſ. in qbuſ puriſ ac ſubtilibuſ cernēdi ſēſuſ ac ratio cōtinetur. Per eoſ igit̄ orbeſ ſeipſam menſ intendit ut uideat. miraq; ratione in unum miſcetur: et coniungitur amborum luminum uiſuſ.

## Cap. ix. Contra eoſ qui ſenſuſ falſoſ eſſe contendunt.

Libet hoc loco illorū reprehēdere uanitatē. qui dum uolūt oſtendere ſenſuſ falſoſ eſſe: multa colligūt in quibuſ oculi fallant. inter que illud etiā qđ furioſiſ et ebriiſ omnia duplicia uideantur. Quaſi uero eiuſ erroriſ obſcura ſit cauſa. Ideo enī fit. quia duo ſunt oculi. Sed quomodo id fiat accipe. Viſuſ oculorū

2008 Ministerio de Cultura

intentione animi conſtat. Itaq; quoniam menſ ut ſupra dictũ eſt: oculiſ tanq̃ feneſtriſ utitur. nõ tantũ hoc ebriuſ aut inſaniſ accidit: ſed etiam ſaniſ & ſobriiſ. Nam ſi aliquid nimiſ propiuſ admoueaſ. duplex uidebitur. Certum eſt enim interuallum ac ſpatiũ. quo acieſ oculorũ coit. Item ſi retrorſum auoceſ animũ: quaſi ad cogitandum: et intentionem mentiſ relaxeſ. cum acieſ oculi utriuſq; deducatur: tunc ſinguli uidere incipiunt ſepatim. Si autẽ rurſuſ ĩtẽderiſ: aciẽq; direxeriſ: coit ĩ unũ qdqd duplex uidebatur. Quid ergo mirum: ſi menſ ueneno ac potentia uini diſſoluta: dirigere ſe nõ poteſt ad uidendum: ſicut ne pedeſ qdẽ ad ambulandum: neruiſ ſtupeſcentibuſ debileſ. aut ſi uiſ furoriſ in cerebrum ſeuienſ: cõcordiam diſiungit oculorum? Quod adeo uerum ẽ: ut luſciſ hominibuſ: ſi aut inſani aut ebrii fiant: nullo modo poſſit accedere: ut aliquid duplex uideãt. Quare ſi ratio apparet cur oculi falluntur: manifeſtũ eſt non eſſe falſoſ ſẽſuſ. qui aut non falluntur: ſi ſunt puri et integri. aut ſi falluntur: menſ tamen non fallitur. que illorum nouit errorem.

Capi. x. Ad oculorum fabricam redit et omniũ mẽbrorũ habitudinẽ. ſed ſpecialiter que uſq; ad uentrem per cutem apparẽt.

SEd noſ ad dei opa reuertamur. Vt igĩ oculi munitioreſ eẽnt ab iniuria: eoſ aliorũ tegminibuſ occuluit. ũde oculoſ dictoſ eſſe Varroni placet. Nam et ipẽ palpebre qbuſ mobilitaſ ineſt: palpitatio uocabulum tribuit: piliſ in ordine ſtantibuſ uallate: ſeptum oculiſ decentiſſimum prebent. Quarum motuſ aſſiduuſ: incõprehenſibili celeritate concurrenſ: et uidendi tenorem non impedit et reficit obtutũ. Acieſ enim. id eſt mẽbrana illa plucẽſ: quã ſiccari et obareſcere non oportet: niſi humore aſſiduo terſa pure niteat obſoleſcit. Quid ipſa ſuperciliorũ faſtigia piliſ breuibuſ adornata? Nõne quaſi aggeribuſ & munimẽtum oculiſ: ne quid ſuperne incidat: et ſpeciem ſimul preſtãt? Ex quorum confinio naſuſ exorieẽſ: et ueluti equali porrectuſ iugo: urtãq; aciem ſimul & diſcernit et munit. Inferiuſ quoq; genarum non indecenſ tumor. in ſimilitudinẽ colliũ leuiter exurgẽſ: ab omni parte oculoſ efficit tutioreſ. prouiſumq; eſt ab artifice: ſummo: ut ſi qſ forte uehementior ictuſ extiterit: eminentibuſ repellatĩ. Naſi uero parſ ſupior uſq; ad mediũ ſolida formata ẽ. Inferior

2008 Ministerio de Cultura

autem cartilagine adheret mollita. ut ad uſum digitorũ poſſit
eẽ tractabilis. In hoc autem quamuis ſimplici membro. tria ſũt
officia cõſtituta. Vnum ducendi ſpiritus. Alterꝝ capiendi odoris.
Tertiũ ut per eius cauernas. purgamenta ceribri defluãt. Quas
ipas deus: q̃ mirabili q̃ diuina ratione molitus ẽ: ut tamẽ hiatus
ipſe naſi: oris ſpeciem nõ deformaret. quod erat plane futurum:
ſi ſimplex foramen pateret. At id uelut pariete ꝑ mediũ ducto
ĩterſepſit atq; diuiſit. fecitq; ipſa duplicitate pulcherrimum. Ex
quo ĩtelligimus quantũ dualis numerus: una et ſimplici cõpage
ſolidatus: ad rerũ ualeat perfectionem. Nam cũ ſit corpus unũ:
tamen totum ex ſimplicibus membris conſtare nõ poterat: niſi
ut eſſent partes uel dextre uel ſiniſtre. Itaq; ut pedes duo. et item
manus: nõ tantum ad utilitatẽ aliquã: uſuſq; uel gradiendi uel
faciendi ualent: ſed & habitum decoremq; admirabilem cõferũt.
ſic in capite qđ totius diuini operis quaſi culmen eſt: et auditus
in duas aures: et uiſus in duas acies: et odoratio in duas nares: a
ſummo artifice diuiſa eſt. quia cerebꝝ in quo ſentiendi ratio eſt.
q̃uis ſit unum: tamen in duas partes membrana interueniente
diſcretum eſt. ſed et cor quod ſapientie domicilium uidetur. licet
ſit unum: duos tamen intrinſecus ſinus habet quibus fontes uiui
ſanguinis continentur: ſepto intercedente diuiſi. ut ſicut in ipſo
mudo: ſũma rerũ uel de ſimplici duplex: uel de duplici ſimplex:
et gubernat et cõtinet totũ: ita in corpore de duobus uniuerſa
cõpacta indiſſociabilem pretenderẽt unitatem. Oris quoq; ſpẽs
et ritus ex tranſuerſo patefactus: q̃ utilis: q̃ decẽs ſit enarrari nõ
poteſt. cuius uſus in duobus conſtat officiis. ſumendi uictus. et
eloquẽdi. Lingua intus incluſa. que uocẽ motibus ſuis: in uerba
diſtendit. et eſt interpres animi. Nec tamen ſola poteſt per ſe
eloquendi munus implere: niſi acumen ſuum palato illiſerit: niſi
uita uel offenſione dentium: uel compreſſione labiorum. dentes
tamen plus conferunt ad loquendum. Nam et infantes non ãte
incipiunt fari: q̃ dentes habuerint. et ſenes ammiſſis dentibus: ita
balbutiunt: ut ad infantiam reuoluti: denuo eſſe audiantẽ. Sed
hec ad hominem ſolum ꝑtinent: aut ad aues. ĩ q̃bus acuminata:
et uibrata certis motibus lingua: ĩnumerabiles cõcinit flexiones.
& ſonoꝝ uarios modos exꝓmit. Habet preterea & aliud officiũ:
quo in omnibus: ſed tamen ſolum in mutis utitur. ꝙ contritos
et cõmolitos dẽtibus cibos colligit. et cõglobatos ui ſua deꝓmit:

2008 Ministerio de Cultura

et traſmittit ad uentrẽ. Itaq; Varro a ligãdo cibo putat lingue nomen impoſitum. Beſtiaſ etiam potu adiuuat. portenta enim cauataq; hauriunt aquam. eamq; cóprehenſam lingue ſinu: ne tarditate ac mora defluat: ad palatú celeri mobilitate cóplodit. Hec itaq; palati concauo: tanq̃ teſtudine regitur. eãq; dentium ſeptiſ deuſ quaſi muro circumuallauit. denteſ autẽ ipſoſ. ne nudi ac reſtricti: magiſ horrori q̃ ornamento eẽnt gingiuiſ mollibuſ: que a gignẽdiſ dẽtibuſ nominant̃. ac deinde labioꝝ tegmíbuſ honeſtauit. Quorum durícieſ ſicut in molari lapide maior eſt & aſperior: q̃ in ceteriſ oſſibuſ: ut ad conterendoſ ciboſ pabulumq; ſufficerent. Labra ipſa que quaſi antea coherebant: q̃ decenter íteridit. quorú ſuperiuſ ſub ipſa medietate auriú: lacuna q̃dam leui quaſi ualle ſignauit. íferiuſ honeſtatiſ gratia foraſ molliter explicauit. Nam quod attinet ad ſaporem capiendum. fallitur quiſquiſ hunc ſenſú palato ineſſe arbitratur. Lingua eſt enim qua ſaporeſ ſentiuntur. nec tamẽ tota. Nam parteſ eiuſ que ſút ab utroq; latere teneriores. ſaporẽ ſubtiliſſimiſ ſenſibuſ trahunt. Et cum neq; ex cibo quicq̃: neq; ex potione minuatur: tamen ínenarrabili modo penetrat ad ſenſum ſapor. eadem ratione: qua nihil de quacunq; materia odoriſ decrepit. Cetera q̃ decora ſint. uix exprimi poteſt. Deductum demẽter a geniſ mentum. et ita inferiuſ concluſum: ut acumen eiuſ extremum ſignare uideatur: leuiter impreſſa diuiſio. Rigidum ac tereſ collum. ſcapule uelut mollibuſ iugiſ: a ceruice dimiſſe. ualida et ſubſtricta neruiſ ad fortitudinem brachia inſigniſ toriſ extentum. lacertorum ingẽſ robur utiliſ ac decenſ flexura cubitoꝝ. Quid dicam de manibuſ rationiſ. ac ſapiẽtie miniſtriſ? Quaſ ſolertiſſimuſ artifex: plano ac modice concauo ſinu fictaſ: ut ſi quid tenendú ſit: apte poſſit inſidere. in digitoſ terminauit in ꝗbuſ difficile ẽ expedire: utrú ne ſpẽſ an utilitaſ maior ſit. Nã et numeruſ ꝑfectuſ ac plenuſ: et ordo: ac graduſ decẽtiſſimuſ: et articulorú parium curuatura flexibiliſ: et forma unguiú rotúda concauiſ tegmibuſ digitorú: faſtidia cóprehendenſ atq; firmãſ: ne mollitudo carniſ í tenẽdo cederet: magnú prebet ornatum. Illud uero ad uſum miriſ modiſ habile: ꝙ unuſ a ceteriſ ſeperatuſ: cú ipſa manu orit̃: et in diuerſú maturiuſ fundit̃. qui ſe uelut obuiú ceteriſ prebenſ: omnẽ tenẽdi faciendiq; rationẽ: uel ſoluſ: uel precipue poſſidet: tanq̃ rector omnium atq; moderator. Vnde etiam polliciſ nomen accepit. ꝙ

2008 Ministerio de Cultura

ui et poteſtate ĩter ceteroſ polleat. Duoſ q̃dẽ articuloſ extãteſ habet. non ut alii trinoſ: ſed unuſ ad manuſ carnẽ nectit pulcri/tudiniſ gracia. Si enĩ fuiſſet tribuſ articuliſ: et ipe diſcretuſ feda et ĩdecora ſpecieſ ademiſſet manibuſ honeſtatẽ. Nam pectoriſ latitudo ſublimiſ. et expoſita oculiſ: mirabilẽ pre ſe fert habituſ ſui dignitatẽ. Cuiuſ hec cã eſt. ꝙ uidet̃ hominẽ ſolũ deuſ: ueluti ſupinum formaſſe. Nam fere nullum animal iacere in tergum poteſt. mutaſ autem animãteſ: q̃ſi alterno lateri iacenteſ ſuxiſſe atq; terram comprehendiſſe. Idcirco illud anguſtũ pectuſ: et ab aſpectu remotum: et ad terram uerſuſ abiectum. hominiſ autẽ patenſ et rectum: quia plenũ rationiſ a celo datum: humile aut indecẽſ eẽ nõ debuit. Pupille quoq; leuiter eminẽteſ: et fuſioni/buſ ac paruiſ orbibuſ coronate: non nihil addunt uenuſtatiſ feminiſ ad alẽdoſ fetuſ. date manibuſ ad ſolum decuſ. ne informe pectuſ: et q̃ſi mulctile uideret̃. Huic ſubdita eſt planicieſ uẽtriſ. quam mediam fere umbilicuſ: nõ indecenti nota ſignat. ad hoc factuſ: ut per eum fetuſ dum eſt in utero nutriatur.

### Ca. xi. De uiſceribuſ et ĩteſtiniſ uſq; ad mẽbra genitalia.

SEquitur neceſſario: ut de interniſ quoq; uiſceribuſ dicere incipiã. quibuſ nõ pulchritudo: q̃a ſunt abdita: ſed utilitaſ incredibiliſ attributa eſt. quoniam opuſ fuerat: ut terrenum hoc corpuſ ſuco aliquo de cibiſ ac potibuſ aleretur: ſicut terra ipſa imbribuſ ac pruiniſ. Prouidentiſſimuſ artifex: in medio eiuſ re/ceptaculum cibiſ fecit. q̃buſ concoctiſ et liquefactiſ: uitaleſ ſucuſ membriſ omnibuſ diſpartiret. Sed cum homo conſtet ex corꝑe atq; aĩa: illud q̃d ſupra dixi receptaculum: ſoli corpori preſtet alimentũ. aĩe uero aliam ſedem dedit. Fecit enĩ genuſ quoddã uiſcerum molle atq; rarum: quod pulmonẽ uocamuſ. eumq; nõ ĩ uteri modum finxit: ne effũderetur ſimul ſpirituſ. aut inflaret ſimul. Ideoq; plenũ quidẽ uiſcuſ efficit: ſed inflabile atq; aeriſ capax: ut paulatim ſpiritũ reciperet: dum uitaliſ uentuſ per illã ſpargitur raritatem. et eundem rurſuſ paulatim redderet: dum ſe ex illo explicat. Ipſa enim uiciſſitudo et ſpirandi reſpirandiq; tractuſ: uitam ſuſtentat in corpore. Quoniam ergo duo ſunt in homine receptacula. unum aeriſ: quod alit animã. alterꝝ ciboꝝ. quod alit corpuſ: duaſ eſſe per collum fiſtulaſ neceſſe eſt: abalẽ

2008 Ministerio de Cultura

ac ſpiritalem. quarum ſuperior ab ore ad uentrem ferat: inferior a naribuſ ad pulmonem. Quarum ratio et natura diuerſa eſt. Ille enim qui eſt ab ore tranſituſ molliſ effectuſ eſt. et qui ſemꝑ clauſuſ cohereat ſibi: ſicut oſ ipm̄. quoniã potuſ et cibuſ dimota et patefacta gula quia corporaleſ ſunt: ſpatiũ ſibi tranſmeandi faciũt. Spirituſ contra: qui eſt incorporaliſ ac tenuiſ. qa ſpatiũ ſibi facere nõ poterat: accepit uiã patentẽ. que uocat̃ gurgulio. Iſ cõſtat ex oſſibuſ flexuoſiſ ac mollibuſ: quaſi ex anuliſ ĩ acute modum inuicem compactiſ & coherentibuſ: patetq; ſemper hic tranſituſ. Nullã enim requiẽ meandi habere ſpirituſ põt: quia iſ qui ſemper cõmeat: demiſſa utiliter de cerebro membri portione cui ima nomẽ eſt: uelut occurſu quodã refrenatur: ne aut tene/ritudinem domicilii cũ impetu ueniens: attracta peſtilenti aura corrũpat. aut tota nocẽdi uiolẽtia: interniſ receptaculiſ ꝑferat. Ideoq; etiã nareſ breuiter ſũt aperte: que idcirco ſic nominãtur: quia per eaſ uel odor uel ſpirituſ nare non deſinit. Tamen hec fiſtula ſpiritaliſ non tantũ ad nareſ: uerũ quoq; ad oſ iter patet in extremiſ palati regionibuſ. ubi ſe colleſ fauciũ ſpectãteſ unã tollere incipiunt in tumorẽ. Cuiuſ rei cauſa et ratio nõ obſcura eſt. Loquendi enim facultatem nõ haberemuſ: ſi ſicut gule iter ad oſ tantum: ita gurgulio ad nareſ tantũ pateret. Aperuit igit̃ uiã uoci diuina ſolertia ex illa fiſtula ſpiritali: ut poſſet lĩgua miniſterio ſuo fungi: et uociſ ipſiuſ inoffenſũ tenorem: pulſibuſ ſuiſ in uerba concidere. Qui meatuſ ſi aliquo modo interceptuſ ſit. mutum faciat neceſſe eſt. Errat enim profecto quiſquiſ aliã cauſã putat: cur homineſ muti ſint. Non enim uulgo ut credit̃ uinctam gerunt linguam: ſed hi uocalem illũ ſpiritũ per nareſ quaſi mugienteſ profundũt: ꝙ uoci tranſituſ ad oſ: aut nulluſ omnino eſt: aut non ſic patenſ: ut plenam uocẽ poſſit emittere. Quod plerumq; natura fit. aliquãdo etiam caſu fit uel accidit: ut morbo aliquo: hic adituſ obſeptuſ uocem nõ tranſmittat ad linguã: faciatq; de loquẽtibuſ mutoſ. Quod cũ acciderit: auditũ quoq; obſtrui neceſſe eſt. ut quia uocem emittere nõ poteſt: ne admittere quidem poſſit. Loquendi ergo cauſa. patefactuſ eſt hic meatuſ. Illud quoq; preſtat. ut in lauacriſ celebrandiſ: quia nareſ calorem ferre non poſſunt: aer feruenſ ore ducatur. Item ſi forte ſpiramẽta nariũ frigoriſ pituita precluſerit: per oſ aurã trahere poſſũſ. ne obſtructa meãdi facultate: ſpirituſ ſtrãgulet̃.

2008 Ministerio de Cultura

Cibi uero in aluum recepti: et cum potuſ humore permixti: cum iam calore percocti fuerint: eorum ſucuſ inenarrabili modo per mēbra diffuſuſ: irrigat uniuerſū corpuſ & uegetat. Inteſtinorū quoq; multiplice ſpire: ac lōgitudo in ſe cōuoluta: et uno tamē ſubſtricta uinculo: q̃ mirificū dei opuſ eſt. Nam ubi maceratoſ ex ſe ciboſ aluuſ emiſerit: paulatim per illoſ internoꝝ āfractuſ extrudunt. ut quidquid ipſiſ ineſt ſuci: quo corpuſ alitur: mēbriſ omnibuſ diuidatur. Et tamē ne qui forte obhereant: ac reſiſtāt qđ fieri poterat propter ipſorum uoluminū flexioneſ in ſe ſepe redeūteſ. et fieri ſine pernicie nō poterat. Oppleuit ea ītrinſicuſ craſſiore ſuco: ut purgamenta illa uentriſ: ad exituſ ſuoſ faciliuſ per lubricum niterent. Illa quoq; ratio ſubtiliſſima eſt: ꝙ ueſica cuiuſ uſum uolucreſ non habent: cum ſit ab inteſtiniſ ſeperata: nec ullam habeat fiſtulam: qua ex illiſ urinam trahat: complet̄ tamen & humore diſtenditur. Id quomodo fiat non eſt difficile peruidere. Inteſtinoꝝ enim parteſ. que ab aluo cibum potumq; ſuſcipiunt patentioreſ ſunt: q̃ cetere ſpire & multo tenuioreſ. He ueſicam circumplectuntur et cōtinent. Ad quaſ parteſ cū potuſ & cibuſ mixta peruenerint: fimuſ quidē craſſiuſ fit et trāſmeat. humor autē omniſ per illā teneritudinem percolatur. cūq; ueſica cuiuſ eque tenuiſ ſubtiliſq; membrana eſt: abſorbet & colligit: ut foraſ qua natura exitum patefecit emittat.

Capitu. xii. De membriſ conceptioniſ & ipſiuſ conceptuſ phiſica ratione.

DE utero quoq; et cōceptione quoniā de interniſ loqmur: dici neceſſe ē. ne quid preteriſſe uideamur. Que q̃q̃ inopto latent: ſenſuſ tamē atq; intelligentiam latere non poſſūt. Vena in maribuſ que ſemina cōtinet: duplex ē paulo interior: q̃ illud humoriſ obſceni receptaculū. Sicut enim reneſ duo ſunt: itemq; teſteſ: et uene ſeminaleſ due. in una tamen conpage coherenteſ: qđ uidemuſ in corporibuſ animalium: cum interfecta patefiūt. Sed illa dexterior maſculinū cōtinet ſemē. ſiniſterior femininū. Et ideo in toto corpe parſ dextera maſculina eſt. ſiniſtra uero feminina. Ipſum ſemē quidem aiunt ex omni corpore ad uenā genitalem confluere. ibiq; concreſcere. Sed hoc humana menſ. quomodo fiat nō pōt cōprehēdere. Itē ui feminiſ uteruſ ī duaſ ſe diuidit parteſ. que ī diuerſū diffuſe ac reflexe: circumplicant̄

2008 Ministerio de Cultura

ſicut arietiſ cornua. Que parſ in dexterã retorquet: maſculina ẽ. que ĩ ſiniſtrã feminina. Conceptũ igitur Varro & Ariſtoteleſ ſic fieri arbitrantur. Aiunt non tantum maribuſ ineſſe ſemen: uerum etiam feminiſ. et inde plerũq; matribuſ ſimileſ procreari. ſed earum ſemen ſanguine eſſe purgatũ. Quod ſi recte cũ uirili mixtũ ſit. utraq; cõcreta: et ſimul coagulata informari. Et ꝑmũ quidẽ cor hominiſ cõfingi. ꝙ ĩ eo ſit et uita hominiſ et ſapiẽtia. Deniq; totum opuſ quadrageſimo die cõſumari. Ex abortio/nibuſ hec fortaſſe collecta ſunt. In auium tamen fetibuſ ꝑmũ oculoſ fingi dubium non eſt. quod in ouiſ ſepe deprehendimuſ. Vnde fieri nõ poſſe arbitror. qn̄ fictio a capite ſumat exordiũ. Similitudineſ autem in corporibuſ filiorum ſic fieri putãt. Cum ſemina inter ſe permixta coaleſcunt. ſi uirile ſuperauerit: patri ſimilem. pro uirile ſiue marẽ ſeu feminã. ſi muliebre preualuerit: progeniem cuiuſq; ſexuſ ad imaginem reſpondere maternam. Id autem preualet e duobuſ. quod fuerit uberiuſ. Alterum enim quodãmodo amplectit̃ ac includit. Hinc plerũq; fieri. ut uniuſ tantũ liniamẽta pretendat. Si uero equa fuerit ex pari ſemẽte permixtio: figuraſ quoq; miſceri. ut ſoboleſ illa communiſ: aut neutrum referre uideatur: quia totum ex altero non habet. aut utrũq;: quia partem de ſinguliſ imitata eſt. Nam in corporibuſ aĩalium uidemuſ. aut confundi parentum coloreſ: ac fieri tertiũ neutri generatiuũ ſimile: aut utriuſq; ſic ex ꝑmi: ut diſcoloribuſ membriſ per omne corpuſ concorſ mixtura uarietur. Diſpareſ quoq; nature hoc modo fieri putantur. cum forte in leuã uteri partem: maſculine ſtirpiſ ſemen inciderit: marem quidem gigni opinatio eſt. ſed quia ſit in feminina parte cõceptuſ: aliquid in ſe habere femineum ſupra quã decuſ uirile ponatur: uel formã inſignem: uel nimium cãdorem: uel corporiſ leuitatẽ: uel artuſ delicatoſ: uel ſtaturam breuem: uel uocem gracilem: uel animũ imbecillum: uel ex hiſ plura. Item ſi partem in dexteram ſemẽ feminini ſexuſ influxerit: feminam quidẽ procreari. ſed quoniã in maſculina parte concepta ſit: habere in ſe aliquid uirilitatiſ: ultra q̃ ſexuſ ratio permittat. aut ualida membra: aut uultum Idecorem: aut uocem robuſtam: aut animum audacem: aut ex hiſ plura. Si uero maſculinum in dexterã. femininũ in ſiniſtrã peruenerit: utroſq; fetuſ recte prouenire: ut et feminiſ per õnia nature ſue decuſ conſtet: et maribuſ tam mente q̃ corpe robur

2008 Ministerio de Cultura

uirile ſeruetur. Illud uero ipſum: q̃ mirabile cõſtitutum dei. q̃d
ad conſeruationem generũ ſinguloꝝ duos ſexus maris ac femine
machinatus eſt. q̄bus inter ſe per uoluptates illecebras copulatis:
ſucceſſiua ſoboles pareretur: ne omne genus uiuentium cõditio
mortalitatis extingueret. Sed plus roboris maribus attributũ ē.
quo facilius ad pacientiã iugi maritalis femine cogerentur. Vir
itaq; nõiatus eſt: ꝗ maior ĩ eo uis eſt q̃ in femina. et hinc uirtus
nomen accepit. Item mulier ut Varro interpretatur. a mollicie
immutata & detracta litera uelut molier. Cui ſuſcepto fetu. cũ
partus appropinquare iã cepit: turgeſcẽtes iam mãme dulcibus
ſucis diſtenduntur. et ad nutrimenta naſcentis: fontibus lactis
fecũdum pectus exuberat. Nec enim decebat aliud q̃ ut ſapiẽs
aĩal a corde alimoniã duceret. Idq; ipſum ſolertiſſime cõparatũ
eſt: ut candens ac pinguis humor: teneritudinem noui corporis
irrigaret: donec ad capiẽdos fortiores cibos: et dẽtibus inſtruat̃:
et uiribus roboretur. Sed redeamus ad propoſitũ: ut cetera que
ſuperſũt breuiter explicemus.

Capitulũ. xiii. Contra illos qui per uoluptatem mẽbris
genitalibus abutuntur et ſubditorum membrorũ forma.

POteram nunc ego ipſorum quoq; genitalium membrorũ
mirificã rationem tibi exponere: niſi me pudor ab huius/
modi ſermone reuocaret. Itaq; a nobis indumento uerecundie.
que ſũt pudenda uelentur. Quod ad hanc rẽ attinet queri: ſatis
eſt homines impios ac profanos ſummum nefas admittere. qui
diuinum et admirabile dei opus: ad propagandam ſucceſſionem
ĩexcogitabili ratione prouiſũ: et ad affectus: uel ad turpiſſimos
queſtus: uel ad obſcene libidinis pudenda opera conuertunt: ut
iã nihil aliud re ſanctiſſima petãt: q̃ inanẽ & ſterilẽ uoluptatẽ.
Que reliqui corporis partes nõ carent ratione ac pulchritudine.
Conglobata in nates caro q̃ ſedendi offitio apta. et eadẽ firmior
q̃ in ceteris membris: ne premente corporis mole oſſibus cederet.
Item femininum deducta et latioribus toris: ualida longitudo:
quo facilius onus corporis ſuſtineret. quam paulatim deficientẽ
in anguſtum genua determinant: quorum decẽtes nodi flexurã
pedibus ad gradiendum: ſedendumq; aptiſſimam prebent. Item
crura non equali modo ducta: ne indecẽs habitudo deformaret
pedes: ſed teretibus ſuris clementer extantibus ſenſimq; tenuatis:

2008 Ministerio de Cultura

et firma ſūt et ornata. In plantiſ uero eadem quidem: ſed tamē lōge diſpar q̄ in manibuſ ratio eſt. Que quoniam totiuſ operiſ quaſi fundamenta ſunt: mirificuſ eaſ artifex nō rotūda ſpecie: ne homo ſtare nō poſſet. aut aliiſ ad ſtādum pedibuſ indigeret ſicut q̄drupedeſ: ſed poſtēriores longioreſq; formauit: ut ſtabile corpuſ efficerent plantae ſua. unde illiſ inditū nomen eſt. digiti eque totidem quod in manibuſ: ſpeciem magiſ q̄ uſum maiorem preferenteſ. ideoq; & iūcti et breuiſ et gradatim cōpoſiti. Quoꝝ qui eſt maximuſ. quoniam illum ſicut ī manu diſcerni a ceteriſ opuſ nō erat: ita in ordinē redactuſ eſt: ut tamen ab aliiſ magnitudine: ac modico īteruallo diſtare uideat̄. Hec eorū ſpecioſa germanitaſ. nō leui adiumento nixum pedū firmat. Concitari enim ad curſum nō poſſumuſ: niſi digitiſ in humū preſſiſ: ſoloq; nitētibuſ impetū ſaltūq; capiamuſ. Explicaſſe uideor omnia. quorū ratio intelligi poteſt. Nunc ad ea uenio. que uel dubia uel obſcura ſūt.

Ca. xiiii. Quod de multiſ que ſūt ī corpe rō ſcire nequit.

MVlta eſſe conſtat ī corpore. quoꝝ uim rationēq; pſpicere nemo niſi q fecit poteſt. An aliqſ enarrare ſe putat poſſe: quid utilitatiſ: q̄d effectuſ habeat tenuiſ mēbrana illa plucenſ: q̄ circūnectitur aluuſ ac tegitur. Quid renū gemina ſimilitudo? Quoſ ait Varro ita dictoſ: q̄ſi riui ab hiſ obſceni hūoriſ oriant̄. quod eſt lōge ſecuſ: quia ſpine altrinſecuſ ſupini coherent. et ſūt ab inteſtiniſ ſepati. Quid ſplen? Quid iecur? Que uiſcera quaſi ex cōturbato ſāguine uident̄ eſſe cōcreta. Quid felliſ amariſſimū liquor? Quid globuſ cordiſ? Niſi forte illiſ credendū putabimuſ qui affectum iracundie in felle conſtitutum putant: pauoriſ in corde: leticie in ſplene. Ipſiuſ autem iecoriſ officium uolunt eē: ut ciboſ in aluo coquat āplexu et calefactu ſuo. quidā libidīeſ rerum uenerearum in iecore cōtineri arbitrantur. Primum iſta perſpicere acumen humani ſenſuſ non poteſt: quia horū officia in operto latent nec uſuſ ſuoſ patefacta demonſtrant. Nam ſi ita eēt: fortaſſe placidiora queq; aīalia uel nihil felliſ omnino: uel minuſ haberent: q̄ fere timidiora pluſ cordiſ: laſciuiora pluſ ſpleniſ habuiſſent. Sicuti igit̄ noſ ſētimuſ: audire auribuſ: oculiſ cernere: naribuſ odorare: ita profecto ſētiremuſ noſ felle iraſci: iecore cupere: ſplene gaudere. Cū autē unde affectuſ iſti ueniāt:

2008 Ministerio de Cultura

minime ſentiamuſ fieri poteſt: ut aliūde ueniāt: et aliud uiſcera illa q̄ ſuſpicamur efficiāt. Nec tamē conuincere poſſumuſ falſa illoſ qui hec diſputant dicere. Sed omnia que ad motuſ animi animeq; pertineant: tam obſcure alteq; rationiſ eſſe arbitror: ut ſupra hominē ſit ea liquido ꝑuidere. Id tamē certū et īdubitatū eſſe debet: reſ tot. tanta uiſcerum genera: unum et idem habere officium: ut animam contineant in corpore. Sed quid proprie ſinguliſ neruiſ ſit iniūctum: quiſ ſcire niſi artifex poteſt: cui ſoli opuſ ſuū notū eſt.

Capitulum.xv. De obſcura uociſ ratione.

DE uoce autē quā rationem reddere poſſumuſ? Grāmatici quidem ac philoſophi uocem eſſe diffiniunt: aerem ſpiritu uerberatum. Vnde uerba ſunt nuncupata. quod perſpicue falſū eſt. Non enī uox extra oſ gignit̄. ſed ītra. Et ideo uériſimilior eſt illa ſententia: ſtipatum ſpiritum cū obſtantia faucium fuerit illiſū: ſonū uociſ exprimere. ueluti cum in patentē cicutā labroq; ſubiectam dimittimuſ ſpiritum: et iſ cicute concauo repercuſſuſ: ac reuolutuſ a fōdo: dū deſcendentē occurſu ſuo reddit: ad exitū nitenſ ſonū gignit. et in uocalem ſpiritum reſilienſ per ſe uētuſ aīatur. Quod quidem an uerum ſit deuſ artifex uiderit. Videt̄ enim non ab ore: ſed ab intimo pectore uox oriri. Deniq; & ore clauſo: ex naribuſ emittit̄ ſonuſ q̄liſ poteſt. Preterea ex maxīo ſpiritu quo anhellamuſ: uox nō efficitur. et leui et nō coartato ſpiritu quotienſ uolumuſ efficitur. Non eſt igitur comprehenſū: quomodo fiat aut q̄d ſit. Nec me nunc in achademie ſententiā delabi puteſ. quia non omnia ſunt incomprehenſibilia. Vt enī fatendū eſt multa neſciri. que uoluit deuſ intelligentiā hominiſ excedere. ſic tamen multa eſſe que poſſint: et ſenſibuſ percipi: et ratione comprehendi. Sed erit nobiſ cōtra philoſophoſ integra diſputatio. Conficiamuſ igitur ſpatium. quo nunc decurrimuſ.

Capitu.xvi. Vbi ſit mentiſ ſedeſ. et qua ratione corpori coniūgatur.

MEntiſ quoq; rationem incomprehenſibilem eſſe qſ neſciat: niſi qui omnino illam non habet. cum ipſa menſ quo loco ſit. aut cuiuſmodi neſciat. Varia ergo a philoſophiſ de natura eiuſ ac loco diſputata ſūt. Ac ego nō diſſimulabo: q̄d ipſe ſentiā.

2008 Ministerio de Cultura

non quia ſic eſſe affirmē: quod eſt inſipientiſ in re dubia facere: ſed ut expoſita rei dificultate intelligaſ: quanta ſit diuinorum operū magnitudo. Quidā ſedē mentiſ in pectore eſſe uoluerūt. qđ ſi ita eſt: quāto tandem miraculo dignū eē rem in obſcuro: ac tenebroſo habitaculo ſitam: ui tāta rationiſ atq; intelligētie luce uerſari: tum ꝙ ad eā ſenſuſ ex omni corpiſ parte cōueniūt: ut qualibet regione membrorū preſenſ eſſe uideatur. Alii ſedē eiuſ in cerebro eſſe dixerunt. Et ſane argumentiſ probabilibuſ uſi ſūt. oportuiſſe ſalicet ꝙ totiuſ corpiſ regimē haberet potiuſ in ſummo tanq̄ in arce habitare: nec quicq̄ eē ſublimiuſ: q̄ id qđ uniuerſū ratione moderetur. ſicut ipſe mūdi dominuſ et rector in ſūmo eſt. Deinde ꝙ ſenſuſ omniſ: id eſt audiendi: et uidendi: et odorandi miniſtra membra ī capite ſūt locata. quoꝝ omniū uie nō ad pectuſ: ſed ad cerebrum ferant. Alioquin neceſſe noſ eſſet tardiuſ ſentire: donec ſentiendi facultaſ longo itinere per collum ad pectuſ uſq; deſcenderet. Hi uero aut non multū aut fortaſſe non errant. Videtur enim mēſ que dominatum corpiſ tenet ī ſummo capite conſtituta: tanq̄ in celo deuſ: ſed q̄ in aliq̄ ſit cogitatione commeare ad pectuſ: et quaſi ad ſecretum aliqđ penetrale ſecedere: ut conſilio tanq̄ ex theſauro recōdito: eliciat ac proferat. Ideoq; cū intenti ad cogitandū ſumuſ: et cum menſ occupata in altū ſe abdiderit: neq; audire que circūſonant: neq; uidere que obſtāt ſolemuſ. Id uero ſiue ita eſt. admirandū pro/fecto eſt quomodo id fiat: cum ad pectuſ ex cerebro nullū iter pateat: ſiue aut non. nec tamen nihilominuſ admirandum eſt: ꝙ diuina neſcio qua ratione fiat: ut ita eſſe uideatur. An poteſt aliquiſ non admirari: ꝙ ſenſuſ ille uiuuſ atq; celeſtiſ: qui menſ uel animuſ nuncupatur. tante mobilitatiſ eſt: ut ne tum quidem cū ſopituſ eſt cōquieſcat. tante celeritatiſ: ut uno tēporiſ pūcto: celum omne colluſtret ſi uelit: maria peruolet: terraſ et urbeſ peragret. Omnia deniq; que libuerit. q̄uiſ longe lateq; ſubmota ſint: in conſpectu ſibi ipē conſtituat. Et miratur aliqſ: ſi diuina menſ dei per uniuerſaſ mundi parteſ intenta diſcurrit: et omnia regit: omnia moderatur: ubiq; preſenſ: ubiq; diffuſa: cum tanta ſit uiſ ac poteſtaſ mētiſ humane īter mortale corpuſ incluſe: ut ne ſeptiſ qđem grauiſ huiuſ ac pigri corpiſ. cui illigata ē: coerceri nullo pacto poſſit. quo minuſ ſibi liberam uagandi facultatem quietiſ impatienſ largiatur. Siue igitur in capite menſ habitat

2008 Ministerio de Cultura

ſiue in pectore: poteſt ne aliqſ cõprehendere: que uiſ rationiſ efficiat. ut ſẽſuſ ille cõprehenſibiliſ: aut ĩ medulla cerebri hereat: aut in illo ſanguine bipartito qui eſt incluſuſ in corde. ac non ex eo ipſo colligat quanta ſit dei poteſtaſ: ꝙ animuſ ſe ipſũ nõ uidet: aut qualiſ: aut ubi ſit. nec ſi uideat tamẽ perſpicere poſſit: quo pacto rei corporali: reſ incorporaliſ adiuncta ſit. Siue etiã mẽtiſ locuſ nulluſ ẽ: ſed ꝑ totũ corpuſ ſparſa diſcurrit. et qđ etiã fieri pót. et a Xenocrate Platoniſ diſcipulo diſputatũ ẽ. Siqdẽ ſenſuſ in qualibet parte corporiſ preſto eſt: nec quid ſit menſ: nec q̃liſ ĩtelligi poteſt. cum ſit natura tã ſubtiliſ ac tenuiſ: ut ſolidiſ uiſceribuſ infuſa: uiuo et quaſi ardenti ſenſu membriſ omnibuſ miſceatur. Illud autem caue: ne unq̃ ſimile ueri putaueriſ. quod Ariſtoxenuſ dixit: mentẽ omnino nullam eſſe: ſed q̃ſi armoniã in fidibuſ: ex conſtructione corporiſ et compagibuſ uiſcerum: uim ſentiendi exiſtere. Muſici enĩ intentionẽ contẽtũq; neruoꝝ in ĩtegroſ modoſ: ſine ulla offẽſiõe cõſonantiũ armoniã uocãt. Volunt igitur animum ſimili ratione conſtare in hominem: q̃ concorſ modulatio cõſtat in fidibuſ. ſcilicet ut ſingularũ corpiſ partium firma coniunctio. membrorumq; omnium conſentienſ in unum: uigor motũ illum ſenſibilem faciat animũq; continet. ſicut ſunt nerui bene intenti ad conſpirantem ſonum. Et ſicuti in fidibuſ cum aliquid aut ĩterceptum: aut relaxatũ eſt: omniſ canendi ratio turbatur et ſoluitur. ita in corpore cum parſ aliq̃ membroꝝ duxerit uitiũ: deſtrui uniuerſa. corruptiſq; omnibuſ atq; turbatiſ: occidere ſenſum. eamq mortem uocari. Verum ille ſi quicq̃ mentiſ habuiſſet: non armoniam de fidibuſ ad hominẽ tranſtuliſſet. Non enim canere ſua fideſ ſponte poſſunt: ut ſit ulla in hiſ comparatio ac ſimilitudo uiuentiſ. animuſ autem ſua ſponte et cogitat et mouetᷣ. Quod ſi qſ in nobiſ armonie ſimile ictu moueretᷣ externo: ſicut nerui manibuſ. q ſine tractu artificiſ pulſuq; digitoꝝ: muti atq; ĩerteſ iacẽt. Sed nimirũ pulſãduſ ille manu fuit: ut aliquando ſentiret quia menſ eiuſ ex mẽbriſ male compacta torpebat.

Capitulũ xvii. Quod anima ſit eterna et quid ſit ſcđm philoſophorum uariaſ opiniones.

SVpereſt de anima dicere. q̃q̃ percipi ratio eiuſ et natura nõ poſſit. Nec ideo tamẽ ĩmortalẽ eẽ animã nõ ĩtelligimuſ.

2008 Ministerio de Cultura

quoniam quicqd uiget moueturq; per ſe ſemper: nec uideri aut
tangi poteſt: eternū ſit neceſſe eſt. Quid autē ſit anima nōdum
inter philoſophoſ conuenit. nec unq̄ fortaſſe conueniet. Et alii
ſanguinem eſſe dixerunt. alii ignem. alii uentū: unde anima uel
animuſ nomē accepit. qđ grece uētuſ αγωμωσ dicit. nec illorū
tamen quiſq̄ dixiſſe aliqd uidatur. Nō enim ſi anima ſāguine:
aut per uulnuſ effuſo: aut febrium calore conſumpto uidetur
extingui: continuo in materia ſanguiniſ anime ratio ponenda
eſt: ueluti ſi ueniant in queſtionem. lumen quo utimur quid ſit.
et reſpondeat oleum eſſe: quoniam conſumpto illo: lumen ex/
tinguitur: cū ſint utiq; diuerſa. ſed alterū ſit alteriuſ alimētum.
Videtur ergo anima ſimiliſ eſſe lumini. que nō ipſa ſit ſanguiſ:
ſed humore ſanguiniſ alitur. ut lumen oleo. Qui autem ignem
putauerunt: hoc uſi ſunt argumneto. ꝗ preſente anima corpuſ
caleat: recedēte frigeſcat. Sed igniſ et ſēſu indiget. et ui et tactu
comburit. Anima uero et ſenſu aucta eſt. et uideri non poteſt &
non adurit. Vnde apparet animam neſcio quid eſſe deo ſimilē.
At illi qui uentū putant. hoc fallunť: ꝗ ex aere ſpiritū ducēteſ
uiuere uideatur. Varro itaq; diffinit. Anima eſt aer conceptuſ
ore. deferuefactuſ in pulmone. tepefactuſ in corde. diffuſuſ in
corpuſ. Hec apertiſſime falſa ſunt. neq; enim tā obſcurā nobiſ
huiuſmodi dico eſſe rationem: ut ne hoc quidem intelligamuſ:
quid uero eſſe non poſſit. An ſi mihi quiſ dixerit eneum eſſe celū
aut uitreū. ut Empedocleſ ait aerē glaciatū. ſtatim ne aſſentiar:
quia celum ex qua materia ſit ignorem. Sicut enim hoc neſcio:
ita illud ſcio. Anima ergo nō eſt aer ore conceptuſ. quia multo
priuſ gignit aīa: q̄ concipi aer ore poſſit. Non enim poſt partū
inſinuatur in corpuſ. ut quibuſdam philoſophiſ uidetur: ſed poſt
conceptū protinuſ cum fetū ī utero neceſſitaſ diuina formauit.
qa adeo uiuit intra uiſcera genitricíſ: ut et incremento augeať.
et crebriſ pulſibuſ geſtiat emicare. Deniq; abortum fieri neceſſe
eſt: ſi fuerit animal intuſ extinctum. Cetere diffinitioniſ parteſ
eo ſpectant: ut illiſ nouē mēſibuſ qbuſ in utero fuimuſ: mortui
eſſe uideamur. Nulla ergo ex hiſ tribuſ uera ſententia eſt. Nec
tamē in tantū falſoſ eſſe dicendū eſt. q hec ſenſerunt: ut omnino
nihil dixerīt. Nā et ſāguine ſimul et calore et ſpiritu uiuimuſ.
Sed cū cōſtet aīa in corpe hiſ omnibuſ adunatiſ nō expſſerunt
ꝓprie quid eſſet: quia tam non poteſt exprimi q̄ uideri.

2008 Ministerio de Cultura

Capitulum. X viii. Vtrum animuſ et anima ſint idem.

SEquitur alia et ipa inextricabiliſ queſtio. idem ne ſit aía et animuſ. an uero aliud ſit illud quo uiuimuſ. aliud autē quo ſentimuſ et ſapimuſ. Non deſūt argumēta in utrāq; partē. Qui enim unū eſſe dicunt hanc rationē ſequuntur. ꝙ neq; uiui ſine ſenſu poſſit: nec ſentiri ſine uita. ideoq; eē nō poſſe diuerſū: id qđ non poteſt ſeperari. ſed qdquid eſt: illud et uidēdi officiū et ſentiendi habere rationē. idcirco animū et animā indifferēter appellant duo Epicurei poete. Qui autem dicunt eſſe diuerſa: ſic argumentantur. ex eo poſſe intelligi aliud eſſe mētem aliud eſſe animam. quia incolumi anima menſ poſſit extingui. quod accidere ſoleat inſaniſ. Itē ꝙ aía morte ſopiatur: animuſ ſōno. et quidem ſic: ut non tantū quid fiat. aut ubi ſit ignoret: ſed etiā rerum falſarum contemplatione fallatur. Quod quomodo ipm fiat: non poteſt puideri. cur fiat: poteſt. Nam requieſcere nullo pacto poſſumuſ: niſi mēſ uiſionū imaginibuſ occupata teneat᷑. Latet autem menſ oppreſſa ſomno: tanq̄ igniſ obducto cinere ſopituſ: quem ſi paululum commoueriſ: rurſuſ ardeſcit. & quaſi euigilat. Auocat᷑ ergo ſimulachriſ: donec mēbra ſopore irrigata uegetentur. Corpuſ enī uigilāte ſenſu. licet iaceat īmobile: tamē non ē quietū. qa flagrat in eo ſenſuſ et uibrat ut flāma. et artuſ omneſ ad ſe aſtrictoſ tenet. Sed poſtq̄ menſ ad contemplandaſ imagineſ: ab intentione traducta ē. tunc demum corpuſ omne reſoluitur in quietem. Traducitur autem menſ cogitatiōe ceca: cum cogētibuſ tenebriſ ſecū tantūmodo eſſe ceperit. dum ītenta eſt in ea de quibuſ cogitat: repente ſomnuſ obrepit. et in ſpecieſ ꝓximaſ ſēſum ipa cogitatio declinat. Sic ea que ſibi āte oculoſ poſuerat: uidere quoq; incipit. deīde ꝓcedit ulteriuſ. et ſibi auo/camēta inuenit: ne ſaluberrimam quietem corporiſ interrūpat. Nā ut menſ per diē ueriſ uiſionibuſ auocat᷑: ne obdormiat. ita falſiſ ne excitet᷑. Nā ſi nullaſ imagineſ cernat: aut uigilare illā neceſſe ē: aut ꝑpetua morte ſopiri. Dormiendi ergo cā tributa ē a deo ratio ſomniandi. et qdem in cōmune uniuerſiſ aīantibuſ. ſed illud homini percipue: ꝙ cū ea ratione deuſ quietiſ cā daret: facultatem ſibi reliquit docendi hominem futura per ſomnium. Nam et hiſtorie ſepe teſtantur extitiſſe ſomnia. quorū preſenſ et admirabiliſ fuerit euentuſ. et reſponſa uatum noſtrorum ex

2008 Ministerio de Cultura

parte ſomnii conſtiterūt. Quare neq; ſēper uera ſunt. neq; ſēper falſa. Virgilio teſte. qui duaſ parteſ uoluit eſſe ſomniorum. Sed que falſa ſunt dormiendi cauſa uidentur: que uera immittūtur a deo ut imminenſ bonū aut malū: hac reuelatione diſcamuſ.

## Capitulum. xix. De origine anime & an ſit.

ILlud quoq; ī queſtionem uenire poteſt. utrum ne anima ex patre: an potiuſ ex matre: an uero ex utroq; generetur. Sed ego id modo iure ab ancipiti uendico. Nihil enim ex hiſ tribuſ uerum eſt. qa neq; ex utroq;: neq; ex alterutro feruntur anime. Corpuſ enim ex corporibuſ naſci poteſt: quoniā conferť aliqd ex utroq;. de animiſ anima nō poteſt: quia ex re tenui & incōprehenſibili nihil poteſt decidere. Itaq; ſerendarum animarum ratio. uni ac ſoli deo ſubiacet. Deniq; celeſti ſumuſ omneſ ſemine oriundi. omnibuſ idem ille pater eſt ut ait Lucretiuſ. Nam de mortalibuſ non poteſt quicq̄. niſi mortale generari. Nec putari pater debet. qui tranſfudiſſe: aut inſpiraſſe animā de ſua nullo modo ſentit. nec ſi ſentiat: quādo tamē: aut quomodo id fiat: habeat animo cōprehenſum. Ex quo apparet non a parētibuſ dari animaſ: ſed ab uno eodemq; omnium deo patre. qui legem rationēq; naſcendi tenet ſoluſ. ſiquidē ſoluſ efficit. Nam terreni parentiſ nihil eſt niſi ut humorem corporiſ: in quo eſt materia naſcendi cum ſenſu uoluptatiſ emittat uel recipiat. et citra hoc etiā opuſ humoriſ iſtiuſ homo reſiſtiſ: nec āpliuſ quicq̄ poteſt. Ideo naſci ſibi filioſ optant. quia non ipſi faciunt. Cetera iam dei ſunt omnia. ſcilicet conceptuſ ipſe & corporiſ informatio. & īſpiratio aīe. et partuſ īcolumiſ. et quecūq; deincepſ ad hominē conſeruandum ualent. Illiuſ munuſ eſt: ꝙ ſpiramuſ. ꝙ uiuimuſ. ꝙ uigemuſ. Nā p̄terq̄ ꝙ ipſiuſ benificio īcolumeſ ſumuſ corpe: et ꝙ uictum nobiſ ex uariiſ rebuſ ſubminiſtrat: ſapientiā quoq; homini tribuit quā terrenuſ pater nullo modo dare pōt. Ideoq; & de ſapientibuſ ſtulti: et de ſtultiſ ſapienteſ ſepe naſcuntur. quod quidam fato ac ſideribuſ aſſignant. Sed non eſt nunc locuſ de fato diſſerendi. Hoc dicere ſatiſ eſt. ꝙ etiam ſi aſtra efficientiā rerum continent: nihilominuſ omnia a deo fieri. qui aſtra ipſa & fecit & ordinauit. Inepti ergo q̄ hāc poteſtatē deo detrahūt: et operi eiuſ attribuūt. Hoc igiť dei munere celeſti atq; p̄claro.

2008 Ministerio de Cultura

an utamur: an nõ utamur: in noſtra uoluit eẽ poteſtate. Hoc enim conceſſo: ipſum hominem uirtutiſ ſacramentum religauit. quo uitam poſſet adipiſci. dedit ei et cõſtituit aduerſarium nequiſſimum et fallaciſſimum ſpiritũ. cũ quo in hac terreſtri uita: ſine ulla ſecuritatiſ reqe dimicaret. Cur autẽ deuſ hũc uexatorẽ generi hominum conſtituerit: breuiter exponam.

## Capitulum. xx. Cur deuſ dedit ſpiritum temptatorem.

ANte omnia diuerſitatẽ uoluit eẽ. ideoq; uulgo nõ aperuit ueritatẽ: ſed eã pauciſſimiſ reuelauit. que diuerſitaſ omne arcanum mundi continet. Hec eſt enim que facit uirtutem. que ſcilicet non modo eſſe: ſed ne apparere quidẽ. quia uirtuſ eſſe nõ poterit: niſi fuerit compar aliquiſ in quo ſuperando uim ſuam: uel exerceat uel oſtẽdat. Nam ut uictoria conſtare ſine certamine nõ poteſt: ſic nec uirtuſ q̃dem ipã ſine hoſte. Itaq; quoniã uirtutem dedit homini: ſtatuit illi e cõtrario inimicũ. ne uirtuſ ocio torpenſ: naturam ſuam perderet. cuiuſ omniſ ratio in eo ẽ: ut concuſſa et labefacta firmetur nec aliter ad ſummũ faſtigiũ poſſit uenire niſi prudenti manu ſemper agitata: ſe ad ſalutẽ ſuã dimicãdi tenore fundauerit. Noluit enĩ deuſ hominẽ ad ĩmortalem illam beatitudinem. delicato itinere peruenire. Daturuſ ergo uirtutẽ: dedit hoſtẽ priuſ. q animiſ hominũ cupiditateſ et uitia ĩmitteret. q eſſet auctor erroꝝ: maloꝝq; oĩm machinator: ut quoniam deuſ hominem ad uitam uocat: ille cõtra ut rapiat et traducat ad mortem. Hic eſt qui aut inducit aut decipit eoſ: qui ueritati ſtudent. aut ſi dolo et ſtudiiſ non quiuerit: uirilem gerit animam. qua ſublimiũ uigorẽ labefactare conetur: infãda dictu et execrabilia moliẽſ: uexat ĩterficit. Et tamẽ ut ꝓſternit multoſ: ſic a multiſ uictuſ. proſtratuſq; diſcedit. Magna ẽ enim uiſ hominiſ. magna ratio. magnum ſacramentum. A quo ſi quiſ non defecerit: nec fidem ſuã deuotionẽq; prodiderit: hic beatuſ: hic deniq; ut breuiter finiam: ſimiliſ deo ſit neceſſe eſt. Errat enĩ quiſquiſ hominẽ carne metitur. Nam hoc corpuſculũ. quo ĩduti ſumuſ: hominiſ receptaculum eſt. Nam ipſe homo neq; tangi: neq; aſpici: neq; comprehendi poteſt. quia latet intra hoc quod uidetur. Qui ſi delicatuſ ac tener in hac uita fuerit. q̃ ratio eiuſ expoſcit: ſi uirtute cõtẽpta. deſiderijſ ſe carniſ addixerit: cadet

2008 Ministerio de Cultura

et premetur ĩ terram. Si autem ut debet ſtatum ſuũ quem rectũ recte ſortituſ eſt: et prõpte conſtanter q; defẽderit: ſi terre quã calcare ac uincere debet nõ ſeruierit: uitã merebit͛ ſempiternã.

## Ca.xxi. Operiſ concluſio. et ueritatẽ ſuperari nõ poſſe.

HEc ad te Demetriane iterum paucis et obſcuriuſ fortaſſe q̃ decuit: pro rerum ac temporiſ neceſſitate peroraui. quibuſ cõtentuſ eẽ debeaſ. Plura et meliora laturuſ. ſi nobiſ indulgẽtia celituſ uenerit: tũc et ego te ad uere philoſophie doctrinam: et planiuſ et ueriuſ cohortabor. Statui enĩ q̃multa potero literiſ tradere: que ad uite beate ſtatum ſpectent. et quidẽ contra phi/loſophoſ. quoniam ſunt ad perturbandã ueritatem pernicioſi et graueſ. Incredibiliſ enĩ uiſ eloquẽtie. et argumẽtandi diſſerẽdiq; ſubtilitaſ: q̃uiſ facile deceperat. quoſ partim noſtriſ armiſ: partĩ uero ex ipſorum inter ſe concertatione ſumptiſ reuincemuſ. ut appeat eoſ induxiſſe potiuſ errorẽ q̃ ſuſtuliſſe. Fortaſſe mireriſ ꝙ tantum facinuſ audeam. Patiemur ne igitur extingui? Aut opprimi ueritatem? Ego uero libẽtiuſ ſub hoc onere defecerim. Nam ſi Marcuſ Tulliuſ eloquentie ipſiuſ unicum exemplar ab indoctiſ et ineloquentibuſ: qa tamen pro uero nitebantur: ſepe ſuperatuſ eſt. Cur deſperemuſ ueritatem ipſam. contra fallacem captioſamq; facundiam: ſua propria ui et claritate ualituram? Illi quidem ſe patronoſ ueritatiſ profiteri ſolẽt. Sed quiſ poteſt eã rem defendere: quam non didicit? Aut illuſtrare apud alioſ: ipe nõ nouit? Magnũ uideor polliceri. ſed celeſti opuſ ẽ mũere: ut nobiſ facultaſ ac tempuſ ad propoſita perſequẽda tribuatur. Quod ſi uita ẽ optanda ſapienti: profecto nullã aliã ob cauſã uiuere optauerim: q̃ ut aliquid efficiam. quod uita dignum ſit. & quod utilitatẽ legentibuſ. et ſi nõ ad eloquentiam: quia tenuiſ in nobiſ facundie riuuſ eſt: ad uiuendum tamen afferat. quod ẽ maxime neceſſarium. Quo perſpecto: ſatiſ me uixiſſe arbitror. et officium hominiſ impleſſe: ſi labor meuſ aliquoſ homineſ ab erroribuſ liberatoſ: ad iter celeſte direxerit.

2008 Ministerio de Cultura

ESt locuſ in primo felix oriente remotuſ
Qua patet eterni maxima porta poli.
Nec tãtũ eſtiuoſ hiemiſq; ꝑpiquuſ ad ortuſ:
In quo ſol uerno fundit ab axe diem.
Illic planicieſ tractuſ diffundit apertoſ.
Nec tumuluſ creſcit.nec caua ualliſ hiat.
Sed noſtroſ mõteſ:quoꝝ iuga celſa putanť:
Per biſſex ulnaſ eminet ille locuſ.
Hic ſoliſ nemuſ ē.et cõſituſ arbore multa
Lucuſ.perpetue frondiſ honore uirenſ.
Cum phetonteiſ flagraſſet ab ignibuſ axiſ:
Ille locuſ flammiſ inuiolatuſ erat.
Et cum diluuiũ merſiſſet fluctibuſ orbem:
Deucalioneaſ exuperauit aquaſ.
Non hũc exãgueſ morbi.non egra ſenectuſ.
Nec morſ crudeliſ: nec metuſ aſper: adit.
Nec ſceluſ infandũ.nec opũ ueſana cupido.
Aut metuſ: aut ardenſ cedit amore furor.
Luctuſ acerbuſ abeſt.et egeſtaſ obſita pãniſ.
Et cure inſomneſ.et uiolenta fameſ.
Non ibi tẽpeſtaſ: nec uiſ fuerit horrida uẽti.
Nec gelida terram rore pruina tegit.
Nulla ſuper cãpoſ tendit ſua uellera nubeſ.
Nec cadit ex alto turbiduſ humor aque.
Sed fonſ in medio eſt: quẽ uiuũ noĩe dicũt.
Perſpicuuſ lucenſ: dulcibuſ uber aquiſ.
Qui ſemel erũpenſ: ꝑ ſingula tẽpora menſũ:
Duodecieſ undiſ irrigat omne nemuſ.
Hic genuſ arboreũ procero ſtipite ſurgenſ:
Non lapſura ſolo mitia poma gerit.
Hoc nemuſ: hoſ lucoſ: auiſ ĩcolit unica phenix.
Vnica ſic uiuit: morte refecta ſua.
Paret: et obſequit̃ phebi memorãda ſatelleſ.
Hoc natura parenſ munuſ habere dedit.
Lutea cumprimũ: ſurgenſ aurora rubeſcat:
Comprimum roſea ſidera luce fugat:
Ter quater illa piaſ ĩmergit corpuſ ĩ undaſ.
Ter quater e uiuo gurgite libat aquam.

2008 Ministerio de Cultura

Tollitur: ac ſūmo conſedit in arboriſ alte
Vertice: que totum deſpicit una nemuſ.
Et cōuerſa nouoſ phebi naſcentiſ ad ortuſ:
Expectat radioſ: et iubar exorienſ.
Aſt ubi ſol pepulit fulgētiſ lu͞ia porte:
Et primum emicuit luminiſ aura leuiſ:
Incipit illa ſacri modula͞ia fundere cātuſ.
Et mira lucem uoce ciere nouam.
Quam nec iulee uoceſ: nec tibea poſſit
Muſica: cirrheiſ aſſimilare modiſ.
Sed neq; olor morięſ imitari poſſe putatē.
Nec cillenee filia canora lire.
Poſtq̃ phebuſ equoſ ī apta refudit olympi:
Atq; orbem totum pertulit uſq; meanſ:
Illa ter alarum repitito uerbere plaudit:
Non errabilibuſ nocte dieq; soniſ.
Atq; eadē celereſ etiā diſcriminat horaſ.
Igniferūq; caput ter uenerata: ſilet.
Antiſteſ nemorū: luce ueneranda ſacerdoſ:
Et ſola arcaniſ conſcia phebe tuiſ.
Que poſtq̃ uite iam mille pegerit ānoſ:
Ac ſe reddiderint tēpora longa grauē:
Vt reparet laſſū ſpatiiſ urgentibuſ euū:
Aſſueti nemoriſ dulce cubile fugit.
Cumq; renaſcēdi ſtudio: loca ſancta reliquit:
Tunc petit hūc orbē: morſ ubi regna tenet.
Dirigit in ſyriā celereſ longeua uolatuſ.
Pheniceſ nomen cui dedit ipſa uetuſ.
Secretoſq; petit: deſerta per auia lucoſ:
Hic ubi per ſaltuſ ſilua remota latet.
Tum legit aereo ſublimē uertice palmā:
Que gratū phenix ex aue nomē habet.
Quā nec dēte nocēſ a͞ial perrūpere poſſit.
Lubriciſ aut ſerpenſ aut auiſ ulla rapax.
Tum uētoſ claudit pēdentibuſ eoluſ ātriſ.
Ne uiolent flabriſ aera purpureum.
Neu concreta noto nubeſ per inania celi:
Submoueat radioſ ſoliſ. et obſit aui.

2008 Ministerio de Cultura

Cõſtruit ĩde ſibi: ſeu nidũ: ſiue ſepulchrũ.
Nam perit: ut uiuat: ſe tamen ipſa creat.
Colligit hinc ſuccoſ: et odoreſ: diuite ſilua.
Quoſ legit aſſiriuſ. quoſ opulentuſ arabſ.
Quoſ aut pigmee genteſ: aut india carpit.
Aut molli generat terra ſabea ſinu.
Cinama dehinc: aurãq; pcul ſpirãtiſ amomi.
Congerit: et mixto balſama cum folio.
Non caſie mitiſ: nec olentiſ uimen achanti:
Nec thuriſ lachrime: guttaq; piguiſ: abeſt.
Hiſ addit teneraſ nardi pubentiſ ariſtaſ.
Et ſociat mirre paſcua grata nimiſ.
Protinuſ inſtrato corpuſ mutabile nido:
Vitaliq; thoro membra quieta locat.
Oreq; dehinc ſuccoſ mẽbriſ: ſupraq; circũq;
Inicit: exequiiſ immoritura ſuiſ.
Tunc inter uarioſ aĩam cõmẽdat odoreſ.
Depoſiti tanti nec timet illa fidem.
Interea corpuſ genitale morte peremptũ
Eſtuat: et flammaſ protulit ipſe calor.
Aereoq; procul de lumine concipit ignẽ.
Flagrat. & ambuſtum ſoluitur in cinerẽ.
Hoſ uelut ĩ maſſã cinereſ: in morte coactoſ:
Conflat. & effectum ſeminiſ inſtar habet.
Hinc aĩal primũ ſine membriſ ferẽ oriri.
Sed fertur uermiſ lacteuſ eſſe color.
Creuerit ĩmenſum ſubito: cũ tẽpore certo.
Seq; oui teritiſ colligit in ſpeciem.
Inde reformatur qualiſ fuit ante figura.
Et phenix ruptiſ pullulat exuuiiſ.
Ac uelut agreſteſ cum filo ad ſaxa tenenẽ.
Mutari penne papilione ſolent.
Non illi cibuſ eſt noſtro cõceſſuſ in orbe.
Nec cuiq̃ implumem paſcere cura ſubeſt
Ambroſioſ libat celeſte nectare: roreſ.
Stellifero teneri qui cecidere polo.
Hoſ legit. hiſ alitur mediiſ in odoribuſ aleſ.
Donec maturam proferat effigiem.

2008 Ministerio de Cultura

Aſt ubi primeua cepit florere iuuenta:
Euolat: ad patriaſ iam reditura domoſ.
Ante tamē proprio quicq̄d de corꝑe reſtat:
Oſſaq; uel cinereſ: exuuiaſq; ſuaſ:
Vnguine balſameo mirraq; et thure ſoluto
Condit et in formā conglobat ore pio:
Quā pedibuſ geſtāſ cōtendit ſoliſ ad ortuſ.
Inq; ara reſidenſ promit in ede ſacra.
Mirandam ſeſe preſtat: prebetq; uehenti.
Tantuſ ibi decor eſt. tantuſ abūdat honor.
Principio color eſt: qualiſ ſub ſidere celi
Mitia quem croceo punica grana legunt.
Qualiſ ineſt foliſ: que fert agreſte papauer
Cum pendenſ ueſtit ſole rubente poluſ.
Hoc humeri: pectuſq; decenſ: uelaīe uulgēt.
Hoc caput: hoc ceruix: ſūmaq; terga nitēt.
Caudaq; porrigitur fuluo diſtincta metallo.
In cuiuſ maculiſ purpura mixta rubet.
Clarum inter pennaſ inſigne: deſuper: iriſ
Pingere ceu nubem deſuper alta ſolet.
Albicat inſigniſ mixto uiridente ſmaragdo:
Et puro cornu gemmea cuſpiſ hiat.
Ingenteſ oculoſ credaſ geminoſq; iacinthoſ:
Quorum de medio lucida flāma micat.
Equata toto capiti radiata corona
Phebei referenſ uerticiſ alta decuſ.
Crura tegūt ſquame flauo diſtincta metallo.
Aſt ungueſ roſeuſ pingit honore color.
Effigieſ inter pauoniſ mixta figuram
Cernitur et mixtam phaſidiſ inter auem.
Magniciem: terriſ arabum que gignitur: aleſ
Vix equare poteſt: ſeu uera: ſeu ſit auiſ.
Non tamē ē tarda: ut uolucreſ: que corꝑe magno
Inceſſuſ pigroſ per graue ponduſ habent.
Sed leuiſ: et uelox regali plena decore.
Taliſ in aſpectu ſe prebet uſq; hominum.
Conuenit egyptuſ tanti ad miracula uiſuſ.
Et raram uolucrem turba ſalutat ouanſ.

2008 Ministerio de Cultura

Protinuſ inſculpũt ſacrato ĩ marmore formã.
Et ſignant titulo: remq; diemq; nouo.
Contrahit in cetũ ſeſe genuſ omne uolantũ.
Nec prede memor eſt ulla: nec ulla metuſ.
Alitium ſtipata choro uolat illa per altũ.
Turbaq; perſequitur munere leta pio.
Sed poſtq̃ puri peruenit ad etheriſ auraſ:
Mox redit iſta. ſuiſ conditur illa locis.
Hec fortunate ſortiſ: natiſq; uolucriſ:
Cui de ſe naſci preſtitit ipſe deuſ:
Fēia ſit: uel maſculuſ hec: ſeu forteq; neutrũ
Felix que uenerisſ federa nulla colit:
Morſ illi uenuſ ē. ſola eſt in morte uoluptaſ.
Vt poſſit naſci: hec appetit ante mori.
Ipſa ſibi proleſ. ſuuſ eſt pater. et ſuuſ hereſ.
Nutrix ipſa ſui. ſemper alumna ſibi.
Ipſa quidē. ſed nō eadē q̄ ē ipſa. nec ipa ē.
Eternam uitam mortiſ adepta bono.

Ouidiuſ methamorphoſeoſ.

HEc tamē ex aliſ generiſ p̄mordia ducit.
Vna ē: que reparet: ſeq; ipſa reſeminet aleſ
Aſſyrii phenica uocāt. nō fruge. nec herbiſ:
Sed lacrimiſ thuriſ: et ſucco uiuit amomi.
Hec ubi quinq; ſue cōpleuit ſecula uite:
Ilicis in ramiſ: tremuleq; cacumine palme:
Vnguibuſ ac puro nidũ ſibi conſtruit ore.
Quo ſimul ac caſiaſ: et nardi leuiſ ariſtaſ:
Quaſſaq; cũ fulua ſubſtrauit cynama mirra
Se ſuper imponit: finitq; in odoribuſ euum.
Inde ferunt totidē: que uiuere debeat annoſ
Corpore de primo uolucrem phenica renaſci.

Danteſ.

COſſi per li gram ſaui ſe confeſſa:
Chella phenice muore: e poi renaſce
Che al cinq; centeno ano ſe apreſſa.
Herbe: ne biado in ſua uita non paſce.
Ma ſol de incenſo: lacrime: et amomo:
E nardo: e mirra: ſun le ultime phaſce.

2008 Ministerio de Cultura

SAlue feſta dieſ toto uenerabiliſ euo:
Qua deuſ infernū uicit. et aſtra tenet.
Tēpora florigero rutilāt diſtincta ſereno:
Et maiore poli lumine porta patet.
Altiuſ ignifomum ſolē celi orbita ducit.
Qui uaguſ oceanaſ exit: et intrat aquaſ:
Armatuſ radiiſ elementa liquentia luſtranſ
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida ſincero ꝑducūt ethera uultu.
Leticiamq; ſuam ſidera clara probant.
Terra ferax uario fundit munuſcula cultu.
Cum bene uernarit: reddit et annuſ opeſ.
Mollia purpureum pingūt uiolaria campū.
Prata uirent herbiſ. et micat herba comiſ.
Paulatim ſubeunt ſtellantia lumina florū.
Floribuſ arrident gramina cuncta ſuiſ.
Semine depoſito late ſegeſ exilit aruiſ:
Spondenſ agricule uincere poſſe famem.
Caudice deſerto lachrimat ſua gaudea palmeſ:
Vnde merū tribuat: dat modo uitiſ aquam.
Cortice de matriſ tenera lanugine ſurgenſ
Preparat ad partum turgida gemma ſinum.
Subq; hiemiſ tempuſ foliorum crine refulſo:
Iam reparat uiridenſ frondea tecta nemuſ.
Mixta ſalix: abieſ: coriluſ: ſiler: ulmuſ: acer: nux
Plaudit queq; ſuiſ arbor amena comiſ.
Conſtructura fauoſ apiſ hinc aluearia linquenſ
Floribuſ inſtrepitanſ poplite mella rapit.
Ad cantuſ reuocatur auiſ: que carmine clauſo:
Pigrior hyberno frigore muta fuit.
Hinc philomena ſuiſ attēperat organa cāniſ.
Fitq; repercuſſo dulcior aura melo.
Ecce renaſcentiſ teſtatur gracia mundi:
Omnia cum domino dona rediſſe ſuo.
Nanq; triūphanti poſt triſtia tartara xp̄o
Vndiq; fronde nemuſ: gramina flore fauēt.
Legibuſ inferni oppreſſiſ: ſuper aſtra meātem
Laudant rite deum: lux: poluſ: arua: fretū.

2008 Ministerio de Cultura

Qui crucifixuſ erat: deuſ ecce ꝑ omnia regnat.
Dantq; creatori cuncta creata precem.
Mobilitaſ anni: menſū: lux alma dierum:
Horarū ſplendor: ſtridula cuncta fauent.
Hinc tibi ſilua comiſ: plaudit quoq; cāpuſ ariſtiſ.
Hinc grateſ tacito palmite uitiſ agit.
Hinc tibi nūc auiū reſonāt uirgulta ſuſurro.
Haſ inter nimio paſſer amore canit.
Xp̄e ſaluſ rerū: bone cōditor: atq; redēptor:
Vnica progenieſ ex deitate patriſ:
Irrecit abiliter mananſ de corde parentiſ:
Verbum ſubſiſtenſ: et patriſ ore potenſ:
Equaliſ: concorſ: ſociuſ: cū cū patre coeuuſ:
Quo ſumpſit munduſ principe: principium:
Ethera ſuſpēdiſ. ſola congeriſ. equora fundiſ:
Queq; lociſ habitant: que moderata uigent.
Qui genuſ humanū cernenſ merſiſſe ꝑfundo:
Vtq; hominē eripereſ: eſ quoq; factuſ homo:
Nec noſtro tantum uoluiſti e corpore naſci.
Sed caro que naſci pertulit atq; mori.
Funeriſ exeqaſ pateriſ nouuſ auctor et orbiſ.
Intra mortiſ iter dando ſalutiſ opem.
Triſtia ceſſarunt inferne uincula legiſ.
Expauitq; chaoſ luminiſ ore premi.
Depereunt tenebre xp̄i fulgore fugate.
Eterne noctiſ pallia craſſa cadunt.
Sollicitā. ſed redde fidē: p̄cor alma poteſtaſ.
Tertia lux redut. ſurge ſepulte meuſ.
Nō decet ut uili tumulo tua mēbra tegātur.
Non precium mundi uilia ſaxa premant.
Indignū eſt cuiuſ claudunt cuncta pugillo:
Vt tegat incluſum rupe uetante lapiſ.
Lintea tolle p̄cor. ſudaria linque ſepulchro.
Tu ſatiſ eſ nobiſ. et ſine te nihil eſt.
Solue catenataſ inferni carceriſ umbraſ.
Et reuoca ſurſum quicquid ad ima ruit.
Redde tuam faciē. uideāt ut ſecula lumen.
Redde diem: qui noſ te moriente fugit.

2008 Ministerio de Cultura

Sed plane ĩpleſti remeanſ pie uictor olympi.
Tartera preſſa iacent. nec ſua iura tenent.
Inferuſ inſaturabiliter caua guttura pãdenſ
Qui raperet ſemper: fit tua preda deuſ.
Eripiſ innumerũ populũ de carcere mortiſ.
Et ſequitur liber quo ſuuſ auctor abiſ.
Euomit abſorptam pauide fera belua plebẽ.
Et de fauce lupi ſubtrahit agnuſ oueſ.
Hinc tumulũ repetẽſ poſt tartara carne reſũpta:
Belliger ad celoſ ampla trophea referſ.
Quoſ habuit penale chaoſ: iam reddidit iſte:
Et quoſ morſ peteret: hoſ noua uita tenet.
Rex ſacer ecce tui radiat parſ magna trophei:
Cum puraſ animaſ ſacra lauacra beant.
Candiduſ egreditur nitidiſ exercituſ undiſ.
Atq; uetuſ uitium purgat in amne nouo.
Fulgenteſ aĩaſ ueſtiſ quoq; candida ſignat.
Et grege de niueo gaudia paſtor habet.
Additur hac felix concorſ mercede ſacerdoſ:
Qui dare uult domino dupla talenta ſuo.
Ad meliora trahenſ gentili errore uaganteſ:
Beſtia ne raperet munit ouile dei.
Quoſ priuſ eua nocẽſ infecerat: hoſ modo reddit
Eccleſie paſtoſ ubere lacte ſinu.

Hoc Conraduſ opuſ ſuueynheym ordine miro
Arnolduſq; ſimul pannartſ una ede colendi
Gente theotonica: rome expediere ſodaleſ.

In domo Petri de Maximo. M.CCCC.LXVIII.

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

arib⁹ pſonis.xij.q.ij.q manumittit.⁊.c. octaua di-
ipiũ ſ; ꝯ eccl'iaꝫ teſtificari nõ põt:cũ ſit patrona.ni-
impetrata.C.de in ius.vo.l.ij.⁊.c.ꝑdicto q manu-
edigunt vt dicit hic.⁊.c.qui manumittit.
acceperunt.vel intellige proprie:quia ipſi libertatẽ
unt.xij.q.

xxj.q.j.c.j.§.de renun.admonet.

Miramur. Primo deciſe narrat factum. Secundo diffinit ⁊ ſoluit. Jo.an. Diuiſio.

l ¶ Antiquoꝝ.liiij.di.ex antiqs.c.frequens.⁊.c. quis autem.

m ¶ Mẽtio. vt pꝫ i ꝑdictis canõib⁹.liiij.di.ex antiqs. vbi nulla

ſas: argu. etſere ope nãumittit j.di.qcun- pſego tpa anumittit ⁹ remane- ſpũali qõ licitum eſt in ſi. aliter cõtra rimĩaliter: minus non ietur dñs. ⁹ nõ punit ſat ſed po itẽ redigat aſare.vel ſi it accuſator udicis ſi de ⁊ obligabit penã.j.de .di. ex anti ybi dr ꝙ ſa et liber ſu dixerunt. corrigit per tinẽt ius cõ t in odium t ſeruiãt in e.eo. liben ꝑ hoc dñs ligeret i ſer et dñis ſu- ꝑ intelligit poſſet dici libertas eſt venire in io ſpũali.j. Hug. dicit ior vr opi. ꝑ eo pacto factus fuit et dñis ſuis itutem re- j.eo.liben- io ignorãte tus fuerit: vt ſeruiat i. frequẽs. debet ei ſer promotus ẽ

noris gradu: quẽ non dignitate nature ſed neceſſitate temporis promeruerunt[a].

E x concilio ap.archi.

¶ Dñs in ſeruo quẽ manumittit ꝑt ſpũales opas retiere. c.iiij.

Nullus: ⁊ iſra. Si qs ð ſeruis ſuis quẽcꝫ dõaue rit libertati: ⁊ ipꝫ in preſbyterũ fecerit ordinari: ille aũt poſtea i ſuperbiã elatus dño ſuo canonicas[b] horas pſallere noluerit: accuſatus[c] apud epũm qui ordi nauit eum degradetur[d].

A Lex.iij.archiepo turoñ.

¶ Spurij vel ſerui ordiari nõ debent ⁊ nõ diuiditur. ca.v.

Conſuluit: ⁊ iſra. ¶ Cõ.t. t.r.ꝙ neqꝫ ſpurios[e] neqꝫ ſ-uos[f] ordiare debes: ⁊ ſi memor es ꝙ in conſecratiõe tibi dictuꝫ fuit: vide ne quẽlibet ſeruilis cõditionis ad ordines ꝓmouere preſumas.

I Nno.iij.variñ.epiſcopo.

¶ Manumiſſus ab eccleſia vt fiat clericus: ⁊ ipſi eccleſie perpetuo ſeruiat in diuinis: ad aliam eccleſiã ſe trãſferre nõ põt: ſec⁹ ſi pure fuerit manumiſſus. Uel ſic: ſecus ſi fuerit manumiſſus vt ſeruiat. Jo.an. ca.vj.

Eo libẽtius: ⁊ iſra. ¶ Adiecisti aliã qõnẽ: an illorũ filij qui eccleſie ſeruili cõditione tenentur traditi a parẽtib⁹ militie clericali cũ ſuoꝝ conniuentia dñoꝝ[g]: vt i eadẽ eccleſia debeãt deſeruire: aſſequẽtes ꝓpterea libertatẽ: poſt tps ea relicta poſſint ad aliã ſe trãſferre. ¶ In q credim⁹ diſtiguẽdũ vtruꝫ eo tenore[h] fuerint manumiſſi ⁊ oblati ordini clericali: ꝙ mãumittẽti eccl'ie dũ vixerint deberẽt ipendere[i] famulatũ i obſequijs diuinoꝝ: ⁊ tũc trãſferendi ſe ad aliã eſt eis licẽtia denegãda: vel manumiſſi extiterit abſolute: ſicqꝫ libertatẽ habeant ad aliã[k] trãſeundi.

I Dem.

¶ Jus qõ eſt de ſeruo fcõ diacono etiam de ſubdiacono debet intelligi. ca.vij.

Miramur non modicũ: cũ certũ ſit in cõſtitutiõib⁹ antiquoꝝ[l]: qñ ſerui i gradus eccleſiaſticos ordinati debeãt ſeruitutẽ vel non debeant reuocari: ⁊ infra. ¶ De ſubdiaconali ordine quia de eo nõ ſit mẽtio[m] i patrum ſtatutis: expreſſe videtur nobis: ꝙ ⁊ is cuꝫ diaconali gradu priuilegio gaudet eodem. Nam lꝫ ſacer ordo non reputaretur in eccleſia primitiua: tñ a cõſtitutione[n] grego. atqꝫ vrbani[o] ſm moderna tempora ſacer gradus eſſe minime dubitatur.

G Reg.ix.archi.neapolitano.

¶ Natus ex pr̃e ſeruo ⁊ libera mr̃e liber ẽ: ⁊ licite ꝓmouet.

Dilect⁹ fili⁹.g.dia- ca.viij. con⁹ ꝓpoſuit: ꝙ. J.miles ea occaſiõe ꝙ pr̃eꝫ ipſi⁹ hoĩeꝫ ſuum eſſe ꝓpõit: lꝫ mater ſua[p] cuius dꝫ imitari ꝯditiõeꝫ libera eẽ noſcat: ne ꝓmoueat i pſbyteꝝ i pedit pſumit. ¶ Quocirca mãdam⁹ qtẽn⁹ ſi tibi ꝯſtiterit ð premiſſis: eũdẽ militẽ ab hmõi ipedimento ceſſare compeſcas.

¶ Rũica De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non.

E x concilio cartha.

¶ Obligat⁹ rõcinijs: depoſito onere ⁊ reddita rõne ordinari põt: prius vo non. ca.j.

m Magnus epũs auguſti. dicit procuratores[q] actores

fit mẽtio de ſubdiacono expſſe: ſed de pſbytero ⁊ diacono fit mẽtio expſſe de ſubdiacono: ⁊ in inferioribus officijs fit mentio nõ expſſe ſꝫ gñaliter fit de ſubdiacono mentio in.c. ex antiquis.ð. reliqua vero officia. Illa cl'a reſpicit oẽ poſt diaconũ: q: ſm antiqua iura ſubdiacõalis ordo nõ erat ſacer: ⁊ ideo cõi iure cenſebat cum inferioribus ordinib⁹ in ꝑmitiua eccl'ia.lx.diſtin.nullus in epm.⁊.c.ꝑcedẽ.in quib⁹ ad honores ꝓuehi ꝓhibent oẽs inferiores poſt diaconũ: ⁊ iõ olim ſubdiaconus ſi promot⁹ fuerat dño ſuo ignorante reuocabat in ſeruitutẽ. hodie vero cũ diacono eodẽ priuilegio gaudet: vt ſi quis ignorãte dño ſubdiaconus fiat: vicariũ ꝓ ſe pſtet: aut ſi nõ hẽt ipſe reddat: h cauet de diacono ⁊ idẽ iuris ẽ de ſubdiacono ꝑ hanc decre.

n ¶ Conſtitutione. cõſtitutionẽ greg.hẽs.xxxi.di.ante triẽniũ.⁊.xxviij di.nullum.

o ¶ Urbani. ſcõi ſcꝫ: vt xxxij.di.erubeſcãt.⁊ illa iura.lxj.di.hodie correcta ſunt: q: hñ põt ſubdiaconus hodie eligi in epꝫ.ſ.ð eta.⁊ q̃.a multꝭ

Dilectus. Primo ponit querelaꝫ. Secundo ſuper ea dat iudicem. Secunda ibi: quocirca. Jo.an. Diuiſio

p ¶ Mater ſua. ſi iſte nat⁹ eſt ð legitĩo matrimonio ꝯdicit illud decretũ.xxxij.q.iiij.liberi dicti ſunt. vbi dr ꝙ nat⁹ ð legitimo matrimõio deteriorẽ ptẽ ſequit ſemp. ⁊ h dr ptus ſequit mr̃eꝫ ſi aũt dicis ꝙ nõ fuit na

umacia preſumitur illius: ⁊ ſic propter contumaciaꝫ non ſeruat deponitur ⁊ redditur dño ⁊ nullo priuile it vlterius quo ad dominum. rios: ſpurius eſt cui⁹ pr̃ eſt vulgus: ⁊ ſic nõ põt oñde oſtẽdit verecũdũ oñdit quẽ hr̃e nõ licꝫ.ff.de ſta. ho. ne nati ꝓmoueri nõ debẽt.ſ.de filijs pſby.c.j.⁊ vlti. c.j.⁊.ſ.e.ti.per totum.

g. Sunt due partes. Scða ibi: in quo. Jo.an. um.liiij.di.c.j.ij.⁊.iij. .j.q.ij.quãpio.⁊.ſ.e.inſtruẽdi.⁊.j.de pac.c.vl.i. eo i fuit ꝯditio: ſꝫ modus ad quẽ ꝑuadũ tenet.ſ.e.iſtruẽ ꝙ nõ fuit ꝯditio.ff.ð tute.muto.§.ſh ꝯditõe.j.ð ꝑ- e ma.te.libertas.vl' aliter: ſicut ſpõſalia pñt ꝯbi ſub

tus de mr̃imonio: tũc ſeqt ꝯditionem ẽt mr̃is: vt ibi ⁊ h vr idẽ ſꝫ ſm h nõ põt ſtare qõ h dicit q: ſi iſte nõ ẽ nat⁹ de mr̃imonio legitimo ꝓmoueri nõ põt ad ſacros ordĩes.ſ.de fi.pſby.c.j.⁊ h dicit ꝙ i pſbyteꝝ ordiet. Dico ergo ꝙ iſte erat nat⁹ de legitĩo mr̃imonio ⁊ tñ ſeqtur ꝯditionẽ libere matris. C.de rei vẽ.partũ.⁊.ff.de li.cã.placuit.⁊ ẽt ancille ſi ſibi nõ ẽ mr̃imoniũ: vt.ff.ð ſta.ho. lex nature.⁊.c.illud itelligit ſm lõbardã ꝯſuetudinẽ q adhuc obſeruat i multis regiõib⁹ vt part⁹ ſequat deteriorẽ ꝯditionẽ nat⁹ de mr̃imonio legitĩo: ſꝫ lex romana aliud tꝫ vt part⁹ ſequat ꝯditionẽ mr̃is nat⁹ de legitĩo mr̃imonio vt dñt.ll.ꝑdicte.vel.c. illud liberi põt reduci ad.ll.ꝑdictas.vt dicas ibi deteriorẽ partẽ ſequat i.debiliorẽ.ſ.feminã.nã ſexus femine⁹ debilis eſt.⁊ iõ iſte cũ ſit nat⁹ liber de libera mr̃e põt ꝓmoueri nõ obſtãte ꝯdictiõe militis. ꝑterea cũ iſte iã eſſet diaconus poterat i libertate remanere dato

Ministerio de Cultura